ZΩNAP. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ ἀποφαίνεται, καί φησιν ὅτι, ἐὰν πρεσβύτερος καταγνωσθῇ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ ἰδίᾳ διαγωγῇ, τουτέστιν ὡς μὴ καλῶς βιοὺς, ὀφείλει τοῖς πλησίον οὖσιν ἐπισκόποις προσαγγεῖλαι, ἤτοι γνωρίσαι, ὅπως κατεγνώσθη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἵνα δι' αὐτῶν ἀκροασαμένων τῶν πραχθέντων καταλλαγῇ τῷ ἐπισκόπῳ. Ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ἀλλ', ὅπερ μὴ γένοιτο, κενοδοξίᾳ ἐπαιρόμενος ἀποσχισθῇ μὲν τοῦ ἐπισκόπου, παρὰ μίαν δὲ, ἀντὶ τοῦ ἰδιαίτατα, μετά τινων ἱερουργήσῃ, ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον, φησὶ, τὸν ἴδιον βαθμὸν ἀπολέσει, ἀλλὰ καὶ ἀνάθεμα ἔσται. Χρὴ δὲ, φησὶ, σκοπεῖν καὶ ἐξετάζειν, μήποτε δικαίως αἰτιᾶται τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον, συνειδὼς αὐτῷ μέμφιν, καὶ εὐλόγως τὴν μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἐκκλίνῃ. Ἀναγνωστέον καὶ τὸν κθ' κανόνα τῆς συνόδου ταύτης, καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα τέταρτον, καὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου κανόνας γ', ιδ' καὶ ιε'. B

ARIST. « Πρεσβύτερος καταγινωσκόμενος παρ' « ἐπισκόπου τοῖς πλησίον ἐπισκόποις ἐκκαλεῖν « δεδόσεται· εἰ δὲ μὴ ἐγκαλέσοι, ἀλλὰ σχίζων C « καὶ φυσιούμενος, ἁγίασμα τῷ Θεῷ προσαγάγῃ, « ἔστω ἀνάθεμα. »

Τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐννοίας τῷ πρὸ αὐτοῦ κανόνι καὶ οὗτος.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Φῆλιξ ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀναφερέσθω κατὰ τὰ « ὁρισθέντα ἐκ τῶν παλαιῶν συνόδων, ἵνα, ἐάν « τις ἐπίσκοπος (ὅπερ ἀπεὶη) ἔν τινι ἐγκλήματι « περιπέσῃ, καὶ γενήσεται πολλὴ ἀνάγκη τοῦ « μὴ δύνασθαι συνελθεῖν πολλούς, διὰ τὸ μὴ « ἀκμεῖναι αὐτὸν ἐν τῷ ἐγκλήματι, ὑπὸ δώδεκα « ἐπισκόπων ἀκουσθῇ (13), καὶ ὁ πρεσβύτερος « ὑπὸ ἕξ (14) ἐπισκόπων καὶ τοῦ ἰδίου, καὶ ὁ « διάκονος ὑπὸ τριῶν. »

ΒΑΛΣ. Τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου D ἐμφαίνοντος τὰς μὲν καθαιρέσεις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων παρὰ ἑνὸς ἐπισκόπου γίνεσθαι, τὰς δὲ

et proprium episcopum ad judiciariam contentionem deduxerit. Cum antem dixisset Campsoryme se per multos metropolitanos sui metropolitani misericordiam postulasse, et non exauditum esse, et propterea ad magnam synodum venisse; judicatum est eum nihil fecisse contra canones.

ZONAR. Hic quoque canon eadem cum superiore constituit, ac si quis presbyter, inquit, in sua vivendi ratione, hoc est, veluti licentius actæ vitæ ab episcopo condemnatus fuerit; eum vicinis episcopis renuntiare, hoc est, de sua damnatione certiores facere oportet, ut illorum opera, ubi tota de re edocti fuerint, suo episcopo concilietur. Quod si id facere neglexerit, et ambitione (quod absit!) inflatus, se ab episcopi communione seperaverit, ac una, hoc est, privatim cum paucis sacra fecerit; illum non modo de suo gradu excidere, verum anathema quoque esse decernit. Animadvertendum porro est, inquit, atque investigandum, namquid justam adversus episcopum expostulandi causam habeat, crimenque illius aliquod noverit, ex quo jure se ab illius communione subducat. Consule hujus quoque synodi undetricesimum canonem, et Antiochenæ quartum, et synodi in Sanctorum Apostolorum templo congregatæ canones 13, 14 et 15.

ARIST. « Presbyter ab episcopo condemnatus, ad « vicinos episcopos appellare permittetur: si « vero non provocaverit, sed schisma faciens, et « fastu elatus, Deo sanctum obtulerit, sit ana- « thema. »

Ejusdem sententiæ cum præcedente est et hic canon.

CANON XII.

« Felix episcopus dixit: Referatur secundum ea « quæ ab antiquis synodis decreta sunt, ut si « quis episcopus (quod absit!) in aliquod crimen « incidat, et fieri non possit omnino, ut multi « conveniant, ne ipse in crimine hæreat, a « duodecim episcopis audiatur, et presbyter a « sex episcopis una cum proprio, et diaconus a « tribus. »

BALS. Cum canon 4 Antiochenæ synodi declarasset presbyteros et diaconos ab uno episcopo deponi, episcoporum autem depositiones a synodo

Guill. Beveregii notæ.

(13) Ὑπὸ δώδεκα ἐπισκόπων ἀκουσθῇ. Constantinus Harmenopulus præsentem canonem his verbis contractum dedit. Ἐπισκόπου κατηγορουμένου, εἰ δυσχερὲς εἴη τὴν πᾶσαν σύνοδον συνελθεῖν, δώδεκα γοῦν τὴν ὑπόθεσιν ἐξετασάτωσαν ἐπίσκοποι· πρεσβυτέρου δὲ ἕξ· διακόνου δὲ τρεῖς. *Cum episcopus accusatur, si difficile sit universam convenire synodum, duodecim saltem episcopi causam examinent; si presbyter, sex; si diaconus, tres.* Ubi scholiastes hæc observat, Ἐνεῦθεν ὁ πατριάρχης Λουκᾶς ἄκυρον ἡγήσατο τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἀμαθοῦντος Ἰωάννου καθαίρεσιν, ἣν ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐποιήσατο Κύπρου ὅτι ια' μόνοις συνῶν ἐπισκόποις, μὴ ἐπέκεινα· ἦν αὐτὸς τῆς τῶν λοιπῶν δωδεκάδος. *Hinc Lucas patriarcha motus irritam censuit Amathunti episcopi Joannis depositionem ab archiepiscopo Cypri factam; quod cum ei duntaxat 11 episcopi adessent, duodenarium ipse numerum non superaret.* Harmenop. sect. 1, tit. 5.

(14) Ὁ πρεσβύτερος ὑπὸ ἕξ. Quod hic constituitur, ut causa scilicet episcopi a duodecim, presbyteri a sex, et diaconi a tribus episcopis audiatur, a concilio Carthaginensi, sub Grato anno Domini 348 habito, prius constitutum fuit: cujus verba superius, in annotationibus ad octavum hujus concilii canonem recitavimus.

De sua enim dignitate in periculum veniet, hoc est, deponetur.

ZONAR. Cum de interdicendo clericis fenerario quæstu hic canon acturus sit, de avaritia primo disserit, eamque omnium malorum parentem appellat, continendamque, hoc est coercendam atque amputandam esse decernit, ne res alienas invadat, eisque abutatur. Abusum vero inconcessum alicujus rei usum nominavit. Usus vero rei inconcessus etiam est, aliquid honestæ causæ prætexentem res alienas auferre. Nam, et qui fenerant, quasi qui fenore accipiunt illud in suum commodum convertant, ita ex fenore lucro sese potiri affirmant. Resecandam itaque aliter avaritiam autumat, ac, ne lucri cupiditate constitutos a Patribus terminos quispiam transiliat, providendum. Terminos porro Patrum sacros canones nominavit. Nam et sanctorum apostolorum quarto et quadragesimo canone, sacri ordinis hominibus fenerare ne liceat, constitutum. Et primæ œcumenicæ synodi decimo septimo, qui recensentur in canone, si fenus exerceant, depositione multantur et condemnantur. Et Laodicenæ synodi canon 4 sacris initiatos rem aliquam fenore locare omnino vetat. Hos ergo canones Patrum terminos nuncupavit. Resecetur vero, inquit, inexplebilis habendi cupiditas, ut ne clerico cuiquam usuras, quacunque demum ex re, percipere ullo modo liceat. Nec enim pecunia solummodo, sed frumentum quoque, vinum et oleum, aliaque rerum genera innumerabilia fenori locantur. Et quemadmodum in pecunia, ita ex condicto usuræ in aliis rerum generibus exiguntur. Datis nempe quispiam, exempli causa, mutuis centum frumenti modiis, præfinito tempore elapso centum se insuper modiorum numerum accepturum paciscitur, idque in aliis eodem modo. Ne quis igitur caset in adulterando canone fraudi locus, ita ut a pecunia quidem feneranda, non tamen ab usuris ex aliarum rerum mutatione colligendis sacrati homines abstinerent; idcirco Patres, ne ex quacunque re demum usuras percipere liceat, addidere. Ac ea quidem, inquiunt, quæ relata nuper, hoc est, nobis significata sunt, obscura quippe, id est, incerta, involuta tenebris et ignota, efformabuntur, hoc est, a nobis accurate meditata definientur: quæ vero divinæ Scripturæ oraculis præscripta, sive constituta, decreta sunt, nihil de iis quidquam decernere, hoc est, constituere, sed ea, quæ jam definita sunt, sequi ac servare oportet. Divinæ porro Scripturæ appellatione sacros canones ac Scripturæ testimonia significavit, quale illud est: *Non dabis fratri tuo pecuniam ad usuram*; et illud, *Pecuniam suam non dedit ad usuram*, et quæcunque alia hujusmodi reperiuntur. Hinc rationem quoque, cur sacratis hominibus fenerare indecorum ac turpe sit, explicant. Quod enim in laicis, inquiunt, ansam reprehensionis præbet, hoc est, vituperationi criminationique obnoxium est, multo magis in clericis fuerit condemnandum. Ad hæc synodus ne-

A ἐκφεύξεται τὸν κίνδυνον. Κινδυνεύσει γὰρ περὶ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν, τουτέστι καθαιρεθήσεται.

ZONAP. Περὶ τοῦ μὴ τοκίζειν κληρικοὺς ὁ κανὼν διατάξασθαι μέλλων, περὶ ἀπληστίας διαλέγεται πρῶτον, καὶ ταύτην εἶναί φησι τῶν κακῶν ἁπάντων μητέρα, ἣν καὶ ἐπέχειν ὁρίζει, τουτέστι κωλύειν. Ἀνακόπτειν, ἵνα μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπεμβαίνῃ, καὶ κατακέχρηται αὐτοῖς. Κατάχρησιν δ' ὠνόμασε τὴν παρὰ τὸ δέον χρῆσιν· χρῆσις δὲ παρὰ τὸ δέον ἐστὶ καὶ τὸ εὐαφόρμως τάχα τὰ ἀλλότρια ἀφαιρεῖσθαι. Οἱ γὰρ δανείζοντες ἐπὶ τόκοις, ὡς δῆθεν ὠφελουμένων τῶν δανειζομένων, ἐκ τοῦ δάνους φασὶ καὶ αὐτοὺς συμμετέχειν τοῦ κέρδους. Καὶ ἄλλως δὲ ἀνακόπτειν δεῖ, φησὶ, τὴν πλεονεξίαν, ἵνα μὴ διὰ κέρδος τοὺς τῶν Πατέρων ὅρους τις ἐπερβαίνῃ, ὅρους τῶν Πατέ-
B ρων τοὺς ἱεροὺς κανόνας καλῶν. Ὅ τε γὰρ μὲ κανὼν τῶν ἀποστόλων τὸ δανείζειν τοὺς ἱερωμένους ἐπὶ τόκοις ἀπαγορεύει, καὶ ὁ τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου ιζ' κανὼν καθαιρέσει καθυποβάλλει καὶ καταδικάζει τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους ἐπὶ τόκοις δανείζοντας. Καὶ ὁ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου δ' κανὼν ἀποτρέπει τοῖς ἱερατικοῖς τὸ ἐπὶ τόκοις δανείζειν. Τούτους οὖν τοὺς κανόνας ὅρους τῶν Πατέρων ἐκάλεσεν. Ἀνακοπτέσθω δὲ, φησὶν, ἡ ἀπληστία, καὶ ἵνα μὴ ἐξῇ κληρικῷ οἰῳδήτινι τόκον λαμβάνειν ἀπὸ οἰουδήποτε πράγματος. Οὐ μόνον γὰρ ἀργύρια δανείζονται, ἀλλὰ καὶ σῖτος καὶ οἶνος καὶ ἔλαιον καὶ μυρία ἕτερα εἴδη. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν νομισμάτων συμφωνεῖται δίδοσθαι τόκος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν εἰ-
C δῶν. Δανείζων γάρ τις σῖτον τυχὸν μοδίους ἑκατὸν, συμφωνεῖ λαβεῖν μετὰ καιρὸν ὡρισμένον μοδίους ἐπέκεινα τόσους, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Ἵνα οὖν μὴ περιγράφηται ἡ κανὼν, νομίσματα μὲν μὴ δανειζόντων ἐπὶ τόκῳ τῶν ἱερωμένων, ἐν εἴδοσι δὲ τοῦτο ποιούντων, προσέθεντο οἱ Πατέρες, οἰουδήποτε πράγματος. Καὶ τὰ μὲν νεωστὶ ἀνενεχθέντα, τουτέστιν ὑπομνησθέντα, φασὶν, ἀμαυρὰ ὄντα, ἤγουν ἀσαφῆ, σκοτεινὰ, ἀγνοούμενα, τυπωθήσονται, ἀντὶ τοῦ ὁρισθήσονται παρ' ἡμῶν σκοπούμενα, ἃ καὶ ἡ θεία Γραφὴ ἐθέσπισεν, ἤτοι ἐνομοθέτησε, διωρίσατο, περὶ ἐκείνων οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, τουτέστιν ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἕπεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν τοῖς νενομοθετημένοις. Θείαν δὲ Γραφὴν τοὺς τε ἱεροὺς κανόνας ὠνόμασε, τὰς γραφικὰς ῥήσεις, τὸ *Οὐκ ἐκτοκιεῖς*
D *τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου*, καὶ τὸ, *Ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ*, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Εἶτα καὶ κατασκευάζουσι πῶς ἄτοπόν ἐστι καὶ αἰσχρὸν τὸ δανείζειν ἐπὶ τόκοις τοὺς ἱερωμένους, καὶ φασιν ὅτι ὅπερ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμόν ἐστιν, ἤγουν ψεκτὸν καὶ διαβαλλόμενον, ἀκολούθως ἐν κληρικοῖς πολλῷ μᾶλλον ὀφείλει καταδικάζεσθαι. Πρὸς ταῦτα ἡ σύνοδος εἶπεν· Οὐδεὶς κατὰ τῶν προφητῶν, οὐδεὶς κατὰ τοῦ Εὐαγγελίου χωρὶς κινδύνου ἐποίησεν. Τοῦτο δ' ἐστιν ὃ εἶπον· ὅτι, ἐπεὶ καὶ τῇ παλαιοτέρᾳ Γραφῇ, ταύτην γὰρ διὰ τῶν προφητῶν ἠνίξατο, καὶ τῇ νέᾳ, ἣν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐνέφηνεν, ἀποτετραμμένον ἐστὶ τὸ τοκίζειν, οὐδεὶς ποιῶν τὰ ἀπηγορευμένα αὐταῖς ἐκφεύξεται τὴν κίνδυνον. Κινδυνεύσει γὰρ περὶ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν, τουτέστι καθαιρεθήσεται.

minem adversus prophetas, neminem adversus Evangelia sine periculo fecisse, pronuntiavit. Quod quidem ita recipiendum est. Quoniam inquiunt, et Veteri Testamento, id namque per prophetas indicavere; et Novo, quod per Evangelium intelligi volunt, fenerare ne liceat interdictum est; neminem, qui contra ea quidquam admiserit, a periculo immunem esse: verum de dignitate in periculum venire, hoc est, depositione multari placet.

ΑΡΙΣΤ. « Τὸ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμον, ὁποῖόν ἐστι τὸ « τοκίζειν, πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς καταδί- « κάζεται. »

Καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς δεύτερος ἀποστολικὸς κανών, καὶ ὁ ἑπτακαιδέκατος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ πρῶτον, καὶ ὁ δέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, τὸν ἀπαιτοῦντα τόκους πρεσβύτερον ἢ διάκονον, καὶ μὴ παυόμενον, τῇ καθαιρέσει καθιστῶσιν ὑπόδικον. Εἰ γὰρ παρὰ λαϊκῶν τοῦτο γινόμενον ἐπίμεμπτόν ἐστι, καὶ αἰσχροκερδείας καὶ πλεονεξίας μῶμον αὐτοῖς ἐπιτρίβει, καὶ οὐδὲ εἰς ἱερωσύνην παραδέχονται, εἰ μὴ τὸ ἄδικον κέρδος εἰς πτωχοὺς ἀναλώσουσι, καὶ ὑποσχεθῶσι μηκέτι τῷ τοιούτῳ τῆς φιλοχρηματίας νοσήματι ἐμπεσεῖν, κατὰ τὸν ιδ' τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα· πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς ὑπὸ καταδίκην ἔσται.

A ARIST. « Quod in laicis reprehenditur, cujusmodi « est usuram accipere, in clericis multo magis « condemnatur. »

Et quadragesimus secundus canon apostolicus, et decimus septimus primæ synodi Nicænæ, et decimus sextæ in Trullo synodi, presbyterum vel diaconum, qui usuras exigit et non cessat, depositioni reddit obnoxium. Si enim hoc etiam a laicis factum culpandum est; et lucri turpis studii et avaritiæ infamiam iis infert, et nec ad sacerdotium admittuntur, nisi injustum lucrum pauperibus impendant, et promittant se non amplius in istum avaritiæ vitium incidere, secundum decimum quartum magni Basilii canonem: multo magis in clericis condemnandum est.

B

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Ἐν ταῖς προλαβούσαις συνόδοις μεμνήμεθα ταῦτα « ὁρισθέντα, ὥστε χρίσμα ἢ καταλλαγὴν (9) με- « τανοούντων ἢ κορῶν καὶ ναῶν καθιέρωσιν ὑπὸ « πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι. Ἐὰν δέ τις ἀναφανῇ « τοῦτο πράττων, τί δεῖ περὶ τούτου ὁρίσαι; Αὐ- « ρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ ὑμέτερον ἀξίωμα « ἤκουσε τὸ ἀνενεχθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλ- « λειτουργοῦ ἡμῶν Φορτουνάτου. Τί πρὸς ταῦτα « λέγετε; Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων εἰλέχθη « χρίσματος ποίησιν καὶ κορῶν καθιέρωσιν ὑπὸ « πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι· μήτε δὲ καταλλάξαι « τινὰ εἰς δημοσίαν λειτουργίαν πρεσβυτέρῳ « ἐξεῖναι· τοῦτο πᾶσιν ἀρέσκει. »

CANON VI.

« In prioribus synodis hoc fuisse constituta memi- « nimus, ut chrisma, vel pœnitentium reconci- « liatio, vel puellarum et templorum consecratio, « a presbyteris non fiat. Si quis autem hoc « facere compertus fuerit, quid de eo statuere « oportet? Aurelius episcopus dixit: Dignitas « vestra audivit quod a fratre et nostro in « sacris comministro Fortunato prolatum est: « quid ad ea dicitis? Ab omnibus episcopis « dictum est; Chrismatis confectio, et puellarum « consecratio, a presbyteris ne fiat: nec aliquem « publico rei sacræ mysterio reconciliare presby- « tero liceat; hoc omnibus placet. »

ΒΑΛΣ. Χρίσματος ποίησίς ἐστιν ἡ τοῦ ἁγίου μύ-

C BALS. Chrismatis confectio est sancti unguenti

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Ὥστε χρίσμα ἢ καταλλαγήν.* Scholium in codice Amerbachiano, τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐστιν ἴσως αἰτία παραφυλακῆς· κρατεῖται γὰρ παρ' αὐτῶν. Ἀλλ' ἡ κορῶν καθιέρωσις καὶ παρορᾶται, εἰ καὶ μὴ παρὰ πάντων. Μήποτε δὲ χρίσματος ποίησιν οὐ τὸ χρίειν φησὶ τοὺς ἅρτι φωτιζομένους, ἀλλὰ τὸ ἱερουργεῖν αὐτὸ τὸ ἅγιον μύρον. Τοῦτο πανταχοῦ πεκράτηκεν, ὑπ' οὐδενὸς πρεσβυτέρου τελεσιουργηθῆναι δυνάμενον καὶ τολμώμενον. Εἰκὸς δὲ ὅτι οὐκ ἄλλου πρεσβυτέρῳ μετανοοῦντι συγγινώσκειν, οὐδὲ ἀπολύειν τὸν ὑπὸ ἐπιτίμιον ὄντα, ἄνευ γνώμης τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου. *Hoc forte Romanæ cautæ est observationis: apud eos enim obtinet, Sed et puellarum consecratio neglectui habetur, etiamsi non ab omnibus. Chrismatis autem confectionem non vocat inunctionem modo illuminatorum, sed mysticam ipsam sancti unguenti peractionem. Hoc ubique obtinuit, nullo presbytero mystice illud peragere valente et auso. Observes autem, quod presbytero non licet veniam pœnitenti dare, neque pœnæ subjectam solvere, citra loci episcopi sententiam.* Quæ ultima scholii verba non modo a præsenti canone, verum etiam a Leone I, papa Rom., confirmantur, dicente. *Mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut et confitentibus actionem pœnitentiæ darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent.* Leo I, ep. 91. De hac re Marcus Alexandrinus ad Theodorum Balsamonem hanc quæstionem proposuit. Λαϊκὸς ἱερεὺς μετὰ ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς καλῶς ἐξαγορείας ἀνθρώπων τινῶν ἀναδέξεται, ἢ οὔ; *Sacerdos sæcularis recipiet confessiones aliquorum hominum cum permissu episcopi suscipiet, an non?* Respondit Balsamon, Οἱ θεῖοι κανόνες τὴν ἐξαγορείαν τῆς καταλλαγῆς τοῖς ἱερεῦσι μετὰ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς ἀναθέμενοι, κατὰ πολὺ προγενέστεροι τοῦ ἁγίου Παχωμίου εἰσὶν, ἀξιωθέντος ἰδεῖν δι' ὀπτασίας ἀγγελικῆς τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ μέμνηται που μοναχῶν, ἀλλὰ πρεσβυτέρων ἁπλῶς· κατὰ χρείαν γοῦν ἐπισκοπικὴν τοῖς λαϊκοῖς ἱερεῦσιν ἐνδυνάμως ἐπιτραπήσεται τῆς ἐξαγορείας τὸ δίκαιον, καὶ διὰ ταύτης ἡ τῶν μετανοούντων καταλλαγή. *Divini canones, qui confessionem reconciliationis sacerdotibus cum episcopali permissione committunt, multo antiquiores sunt sancto Pachomio, qui dignus habitus est, ut per visionem angelicam monachorum habitum videret: quamobrem monachorum nusquam meminerunt, sed presbyterorum absolute. Episcopali ergo judicio laicis sacerdotibus jus confessionis efficaciter concedetur, et per eam reconciliatio pœnitentiam.* Bals. resp. ad Marc. Alex. interreg. 19.

mystica peractio. Reconciliatio pœnitentium est eorum qui peccant, confessiones audire, et eos a pœna solvere, quibus pœna forte injuncta est. Medicus enim animæ eos 530 Deo conciliat, per pœnitentiam et ad id quod melius est conversionem. Puellarum autem consecratio, non est diaconissarum per manuum impositionem ordinatio, sed mos erat puellas virginitatem profitentes ad ecclesiam adduci, et eas episcopi, ut Deo dedicatas, per preces consecrabant, earumque custodiæ curam gerebant, ut ex 44 canone præsentis synodi declaratur. Hæc ergo a presbyteris fieri prohibuit synodus, quemadmodum et templorum consecrationem; et eorum facultatem dedit antistitibus. Illud autem, publice rei sacræ ministerio reconciliare, est ejusmodi. Ii, quibus pœna injuncta est, quique arcentur ab ecclesia, non permittuntur cum fidelibus consistere, sed per se Deum laudare non prohibentur. Quando autem a pœna absoluti fuerint, tunc consistunt cum fidelibus, et publice seu palam Deum cum populo laudant. Lege et 45 canonem præsentis synodi : nec tibi repugnare videatur 52 canon apostolicus, qui dicit episcopos et presbyteros suscipere eos qui convertuntur. Sed dic, istos presbyteros episcoporum adhortatione pœnitentes suscipere. Quare nota, quod qui, sine episcopali permissione hominum confessiones excipiunt, sacrati monachi male faciunt; multo autem magis profani. Ii enim nec cum adhortante episcopo possunt talo quidquam exercere. Et ideo synodalis quoque declaratio facta est, ex supplicatione venerabilis monasterii Evergetidis; quod, quoniam statutum monasterii decernit eum, qui statis temporibus ejus præfectus est, monachorum confessiones audire, profano autem non permittitur confessiones excipere; necessario sequitur præfectum esse sacerdotem. Præfecti autem, ut sæpe diximus, homines profani fiunt. Nam et mulieres quoque monasteriis præficiuntur, sed hominum confessiones non audiunt. His ita se habentibus, dicunt aliqui, quod, quoniam ab antistitibus fit puellarum consecratio, non licebit monasterii præfecto, qui est sacratus, vel simpliciter sacerdoti monacho, quemvis monachum tondere sine episcopali permissione. Idem enim est puellarum consecratio et monachorum tonsura. Mihi autem videtur, sacerdotes præfectos posse citra ullum impedimentum tondere, etiam sine episcopali permissione. Si enim decimus quartus canon septimæ synodi præfecto permittit etiam lectoris characterem in proprio monasterio facere, multo magis ei tondere permisit. Et lege quæ in eo ipso quarto decimo canone scripta sunt. Qui autem sunt simpliciter sacerdotes monachi, ob præsentem canonem tonsuras cum scientia epi-

ρου τελετή· καταλλαγὴ μετανοούντων τὸ δέχεσθαι λογισμοὺς ἁμαρτανόντων, καὶ λύειν τοὺς ἴσως ἐπιτιμηθέντας ἐκ τοῦ ἐπιτιμίου. Καταλλάσσει γὰρ τούτους ὁ ψυχικὸς ἰατρὸς μετὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς μετανοίας καὶ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιστροφῆς. Κορῶν δὲ καθιέρωσις οὐχὶ διακονισσῶν χειροθεσία ἐστίν· ἀλλ' ἔθος ἦν πόρας προάγεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ παρθενίαν ὁμολογούσας, καὶ ταύτας οἱ ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιέρουν, ὡς ἀνατεθείσας τῷ Θεῷ, καὶ ἐκείνοι ἐφρόντιζον τῆς φυλακῆς αὐτῶν καθὼς δηλοῦται ἀπὸ τοῦ μδ' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Ταῦτα οὖν γίνεσθαι παρὰ πρεσβυτέρων ἡ σύνοδος ἀπηγόρευσεν, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν ναῶν καθιέρωσιν· καὶ δέδωκε τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι. Τὸ δὲ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν τοιοῦτόν ἐστιν. Οἱ ἐπιτιμηθέντες, καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰργόμενοι, οὐ παραχωροῦνται συνίστασθαι μετὰ τῶν πιστῶν, καθ' ἑαυτοὺς δὲ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν οὐ κωλύονται. Ὅτε δὲ τοῦ ἐπιτιμίου λυθῶσι, τότε συνίστανται τοῖς πιστοῖς, καὶ δημοσίᾳ ἤγουν φανερῶς, ὑμνοῦσι τὸν Θεὸν μετὰ τοῦ δήμου. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν μγ' κανόνα τῆς παρούσης συνόδου· καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι ὁ νβ' ἀποστολικὸς κανών, λέγων τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς πρεσβυτέρους δέχεσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας. Ἀλλ' εἰπὲ καὶ τούτους τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ προτροπὴν τῶν ἐπισκόπων δέχεσθαι τοὺς μετανοοῦντας. Ὥστε σημείωσαι ὅτι οἱ χωρὶς ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς δεχόμενοι λογισμοὺς ἀνθρώπων ἱερωμένοι μοναχοί, κακῶς ποιοῦσι· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἀνίερου. Οὔτοι γὰρ οὐδὲ μετὰ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς δύνανται τοιοῦτόν τι ἐνεργῆσαι. Διὸ καὶ σημείωμα γέγονε συνοδικὸν ἐκ προσελεύσεως (10) τοῦ μέρους τῆς εὐαγοῦς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος, ὡς, ἐπεὶ τὸ τυπικὸν τῆς μονῆς διορίζεται δέχεσθαι τὸν κατὰ καιροὺς καθηγούμενον αὐτῆς τοὺς λογισμοὺς τῶν μοναχῶν, οὐκ ἐφεῖται δὲ ἀνιέρῳ δέχεσθαι λογισμούς, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῷ εἶναι τὸν καθηγούμενον ἱερέα. Ἡγούμενοι δὲ, ὡς πολλάκις εἴπομεν, ἀνίεροι γίνονται. Ὅτι καὶ γυναῖκες ἡγουμενεύουσι μὲν, λογισμοὺς δὲ ἀνθρώπων οὐ δέχονται. Τούτων οὕτως ἐχόντων, λέγουσί τινες ὡς, ἐπεὶ παρὰ ἀρχιερέων ἡ τῶν κορῶν καθιέρωσις γίνεται, οὐκ ἔσται ἐπ' ἀδείας ἱερωμένῳ καθηγουμένῳ ἢ ἁπλῶς ἱερεῖ μοναχῷ ἀποκείρειν οἱονδήτινα μοναχὸν χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς. Ταυτὸν γάρ ἐστιν ἡ τῶν κορῶν καθιέρωσις καὶ ἡ τῶν μοναχῶν ἀπόκαρσις. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀπαρεμποδίστως τοὺς ἱερεῖς καθηγουμένους ἀποκείρειν καὶ δίχα ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς. Εἰ γὰρ ὁ ιδ' κανὼν τῆς ζ' συνόδου ἐκχωρεῖ τῷ καθηγουμένῳ καὶ σφαγίδα ἀναγνώστου ποιεῖν εἰς τὴν οἰκείαν μονὴν, πολλῷ πλέον ἐξεχώρησεν αὐτῷ ποιεῖν τὴν ἀπόκαρσιν. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τῷ αὐτῷ ιδ' κανόνι γραφέντα. Οἱ δὲ ἁπλῶς ἱερεῖς μοναχοὶ ὀφείλουσι τὰς ἀποκάρσεις ποιεῖν μετὰ εὐδήσεως ἐπισκοπικῆς· διὰ τὸν παρόντα κανόνα· εἰ μή που τις

Guill. Beveregii notæ.

(10) *Σημείωμα γέγονε συνοδικὸν ἐκ προσελεύσεως.* Omnes codices, tam manuscripti quam impressi, præter Bodleianum, legunt, σημείωμα γέγονε συνοδ...ν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Θεοδοσίου ἐκ προσελεύσεως, etc. *Synodalis declaratio facta est sub sanctissimo patriarcha domino Theodosio, ex supplicatione*, etc.

καὶ τοῦτο θελήσει γίνεσθαι κατὰ μόνην τοῦ μοναχοῦ ἱερέως θέλησιν ἀπὸ τῆς μακρᾶς συνηθείας τῆς ἀντὶ νόμου καὶ κανόνος κρατούσης μέχρι τοῦ νῦν.

ZONAP. Χρίσματος ποίησις ἡ ἐπὶ τῷ ἁγίῳ μύρῳ ἐστὶ τελετή. Καταλλαγὴ δὲ μετανοούντων τὸ λῦσαι τὸν ἐξομολογησάμενον τοῦ ἐπιτιμίου, καὶ ἐν μετανοίᾳ γενόμενον καὶ ἐπιτιμηθέντα. Ὡς γὰρ ἤδη ἱκανῶς ἴσως ὁ τοιοῦτος δουλεύσας τῷ ἐπιτιμίῳ, ἢ καὶ τὸν ὡρισμένον πληρώσας χρόνον, καὶ ἀνάλογον ἐπιδειξάμενος τὴν μετάνοιαν, λύεται τοῦ ἐπιτιμίου, καὶ ἡ συνεστάναι τοῖς πιστοῖς παραχωρεῖται, ἢ καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν. Καταλλάττει γὰρ ὥσπερ αὐτὸν τῷ Θεῷ ὁ ἀρχιερεὺς διὰ τῆς μετανοίας, καὶ οὕτω συνίστησιν αὐτὸν τοῖς πιστοῖς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν ἁγιασμάτων καταξιοῖ· ἢ καὶ, ἔτι τοῦ χρόνου τῆς μετανοίας ἐπιδεψιλευομένου καταλλάττεται, ἔστιν ὅτε, ὅτε δηλαδὴ περὶ τὴν ζωὴν κινδυνεύει, ὡς φησι περὶ τούτου ὁ ἑφεξῆς κανών. Κορῶν δὲ καθιέρωσις οὐχὶ διακονισσῶν χειροθεσία ἐστίν· ἀλλ' ἔθος ἦν προσάγεσθαι κόρας ταῖς ἐκκλησίαις παρθενίαν ὁμολογούσας, καὶ ἁγνεύειν ὑπισχνουμένας, καὶ ταύτας οἱ ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιέρουν, ὡς ἀνατεθείσας τῷ Θεῷ, καὶ ἐκεῖνοι ἐφρόντιζον τῆς φυλακῆς καὶ ἀναγωγῆς αὐτῶν, μετὰ τὸ χωρισθῆναι αὐτὰς ἐκ τῶν πατέρων αὐτῶν καθὼς δηλοῖ ὁ μδ' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου. Ταῦτα οὖν γίνεσθαι παρὰ πρεσβυτέρων ἀπηγόρευσεν ἡ σύνοδος. Παρὰ γὰρ ἀρχιερέων καὶ τὸ ἅγιον χρίσμα τελεῖται καὶ ἁγιάζεται, καὶ καταλλαγὴ μετανοούντων γίνεται. Οἷς γὰρ δεσμεῖν δέδοται, τούτοις καὶ τὸ λύειν ἐπιτέτραπται. Καὶ ἅμα διακρίσεως ἀκριβοῦς χρεία εἰς τὸ γνῶναι, εἰ ἐκ ψυχῆς μετενόησε καὶ ἀρκούντως ὁ ἁμαρτήσας, πρὸς ἃ ὁ πρεσβύτερος ἴσως οὐκ ἱκανὸς ἔσται. Καὶ ἡ κορῶν καθιέρωσις παρὰ ἀρχιερέων γίνεσθαι διατέτακται, ἵνα εἴδησιν ἔχων ὅτι καθιερώθησαν, φροντίζῃ καὶ τῆς αὐτῶν διαγωγῆς τε καὶ φυλακῆς ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων. Τὸ δὲ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ ἐπιτιμηθέντες καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰργόμενοι ἐν ταῖς συνάξεσι μὲν μετὰ τῶν πιστῶν οὐ παραχωροῦνται συνίστασθαι· καθ' ἑαυτοὺς δὲ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν καὶ δέεσθαι αὐτοῦ οὐ κωλύονται· ὅτε δὲ τοῦ ἐπιτιμίου λυθῶσι, τότε συνίστανται τοῖς πιστοῖς, καὶ δημοσίᾳ, ἤγουν μετὰ τοῦ δήμου τῶν πιστῶν, τοῦ πλήθους δηλαδή, λειτουργοῦσιν, ἀντὶ τοῦ φανερῶς ὑμνοῦσι τὸ θεῖον, καὶ λατρεύουσι τῷ Θεῷ. Ἐξέληπται γὰρ τὸ λειτουργεῖν καὶ ἐπὶ λατρείας καὶ ὕμνου.

ARIST. « Καὶ χρίσματος ποίησις, ἤγουν μύρου κατασκευή, κορῶν καθιέρωσις, καὶ καταλλαγή τινος εἰς δημοσίαν λειτουργίαν, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γινέσθω. »

Τὴν τοῦ ἁγίου μύρου κατασκευὴν, καὶ τελείωσιν, καὶ τὴν καθιέρωσιν τῶν παρθένων, καὶ τὴν τελείαν καταλλαγὴν τῶν ἐν μετανοίᾳ, ὥστε αὐτοὺς δημοσίᾳ μετὰ τῶν πιστῶν συνίστασθαι, καὶ τῶν θείων μετα-

A scopi facere debent: nisi quis forte hoc quoque sola monachi sacerdotis voluntate fieri velit, ex longa consuetudine, quæ pro lege et canone hucusque obtinuit.

ZONAR. Chrismatis confectio est sacri olei ex mystico cæremoniarum ritu consecratio. Pœnitentium vero reconciliatio fit, cum quispiam crimen confessus, postquam inter pœnitentes egit, multamque persolvit, a pœna in futurum tempus absolvitur. Tanquam enim is forte jam satis supplicii luerit, vel etiam quia definitum tempus impleverit, ac satis magnum animi dolorem pro ratione criminis indicarit, a pœna liberatur, eique vel cum fidelibus consistere, vel sacris etiam mysteriis communicare permittitur. Deo enim quodammodo conciliat eum B antistes, intercedente pœnitentia, ac in ecclesia cum fidelibus constituit, atque ad sanctorum communicationem admittit. Conciliatur præterea quis aliquando, licet pœnitentiæ tempore nondum elapso, si de vita videlicet in periculum veniat, ut de hac re canon in sequentibus disserit. Virgines porro consecrare non idem est, ac diaconissas manuum impositione constituere; verum antiqui moris fuit, puellas, quæ virginitatem profiterentur et castimoniam voverent, in templo sistere, quas episcopi adhibitis precationibus, veluti Deo dicatas, consecrabant, earumque custodiæ ac institutionis, postquam a parentibus secessissent, curam ipsi suscipiebant, ut ex quarto et quadragesimo hujus synodi canone facile apparet. 521 Hæc ergo a presbyteris fieri synodus vetuit. Per antistites enim et sanctum chrisma solemni ritu conficitur et sanctificatur, et pœnis obnoxii conciliantur. Quibus enim ligandi, iisdem et solvendi potestas permissa est. Solerti præterea judicio est opus, ut, an ex animo doleat qui peccavit et satis supplicii luerit, investiges; ad quæ providenda minus idoneus forte sacerdos fuerit. Virgines quoque per antistites consecrari decretum est, ut cum eas initiatas esse episcopi norint, earum institutioni et custodiæ singuli deserviant. Quod autem dicitur, ad publicum rei sacræ ministerium conciliare, id vero est ejusmodi: Quibus multæ ludictæ sunt, quique ab Ecclesia arcentur, iis in conventu fidelium consistere haudquaquam licet; privatim tamen divinis laudibus ac precationi vacare minime prohibentur. Ubi vero pœnæ obnoxii esse desierint, tunc ad fidelium congressum admittuntur, et publice, hoc est, cum populo, fidelium videlicet multitudine, rei sacræ laudibus ac veneration inserviunt. Hoc loco namque veneratio et laudes per rei sacræ ministerium significantur.

ARIST. « Et chrismatis confectio, sive unguenti « præparatio, puellarum consecratio, et reconciliatio cujuspiam ad sacra publice celebranda, « a presbyteris ne fiat. »

Sancti chrismatis præparationem, et perfectionem, et consecrationem virginum, et perfectam eorum, qui pœnitentiam agunt, reconciliationem, ut illi publice cum fidelibus consistant, et divinorum

sacramentorum fiant participes, presbytero facere non permittitur : sed ea ab episcopo fieri debent.

A λαμβάνειν ἁγιασμάτων, πρεσβύτερος οὐ συγχωρῆται ποιεῖν· ἀλλὰ παρ' ἐπισκόπου ταῦτα ὀφείλουσι γίνεσθαι.

CANON VII.

« Si quis in periculo constitutus seipsum sacris « altaribus, absente episcopo, reconciliare petiverit, jure debet presbyter episcopum consulere, « et sic periclitantem ex ejus præcepto reconciliare. Hanc autem rem salutari consilio « confirmare debemus. Synodus dixit : Sufficit, « quod vestra sanctitas nos necessario juvare « æquum censuit. »

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Ἐάν τις ἐν κινδύνῳ καθεστὼς αἰτήσῃ ἑαυτὸν « καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις, τοῦ « ἐπισκόπου ἀπόντος, ὀφείλει εἰκότως ὁ πρεσβύ- « τερος ἐρωτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, καὶ οὕτως τὸν ἐν « κινδύνῳ καταλλάξαι κατὰ τὴν ἐκείνου παραγ- « γελίαν. Τοῦτο δὲ τὸ πρᾶγμα ὀφείλομεν σω- « τηριώδει βουλῇ κυρῶσαι. Ἡ σύνοδος εἶπεν· « Ἀρκεῖ ὅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἀναγκαίως « ἡμᾶς ὠφελῆσαι κατηξίωσεν. »

BALS. Confessiones hominum audire et peccata remittere, sine episcopali permissione, sacerdotibus non licere, ex præsenti quoque canone evidenter ostenditur. Dicit enim. Si quis in periculo mortis fuerit constitutus, et petiverit reconciliari, id est, sibi permitti, ut post confessionem divinorum sacramentorum sit particeps (absit autem episcopus), non potest sacerdos eum reconciliare : sed interrogare debet episcopum, qui obtinet locum apostoli, et ligandi ac solvendi potestatem a Deo accepit, et ejus hortatu facere reconciliationem, si modo expeditum sit interrogationem fieri. Si enim longe abest episcopus, et mors imminet, etiam absque interrogatione episcopi dabitur reconciliatio a sacerdote, secundum canonem 43 præceptis synodi. Si ergo nec extremam quidem reconciliationem dat sacerdos absque episcopali permissione, ut qui ligandi et solvendi potestatem non habeat; multo magis nec sani confessionem recipiet. His autem ita se habentibus, et cum canon 6 non statuat, quid in sacerdotem, qui sine permissione episcopi confessiones audivit, secundum Fortunati interrogationem fieri debeat, sed nec præsens canon quidquam de eo decernat; dixerunt quidam, episcopali judicio relinqui supplicium ejus, qui canonem transgressus est. Sanctissimus autem ille patriarcha dominus Michael, qui fuit supremus philosophorum, dicebat eum sacerdotem deponi debere, secundum canones qui statuunt, deponendos esse eos, qui ultra provinciam aliquid sacerdotale exercent, et canonum transgressores.

B

C

522 ZONAR. Hic quoque judicandi facultatem penes episcopos canon esse decernit. Si quis enim, inquit, vel ex morbo, vel ex alia causa de vita periclitetur, qui pœnis luendis sit addictus, atque a sancto altari procul arceatur, is vero altaribus sacris conciliari, hoc est, ad divinam communicationem episcopo absente admitti postulet; presbyter, inquit canon, episcopum consulere, ac eum, qui in periculo versatur, ex illius præcepto conciliare debet. Merito autem a pœnis liberandi potestas episcopis adjudicata fuit, cum ob explicatam rationem, tum quia summis sacerdotibus, quos penes ligandi ac solvendi auctoritas est, proprie verborum illa prolatio convenit. Quinimo monachi quoque, qui hoc tempore confessiones excipiunt,

D

ΖΩΝΑΡ. Κανταῦθα τὴν διάκρισιν ὁ κανὼν τοῖς ἐπισκόποις ἀνατίθησιν. Ἐάν γάρ, φησὶ, κινδυνεύῃ τις περὶ τὴν ζωὴν ἐκ νόσου ἢ ἐξ ἄλλης αἰτίας, ἐπιτετιμημένος ὤν, καὶ τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ προσελθεῖν κωλυόμενος, καὶ αἰτήσῃ καταλλαγῆναι αὐτὸν τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις, ἀντὶ τοῦ δεκτὸν γενέσθαι εἰς τὴν θείαν μετάληψιν, ἄπεστι δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὀφείλει, φησὶν ὁ κανών, ἐρωτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον ὁ πρεσβύτερος, καὶ οὕτως τὸν ἐν κινδύνῳ καταλλάξαι, καθὼς ἐκεῖνος ὑπέθηται. Εἰκότως δὲ τοῖς ἐπισκόποις ἡ λύσις ἀνετίθετο τῶν ἐπιτιμίων διά τε τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν αἰτίαν, καὶ ὅτι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἡ ἐξαγόρευσις ἁρμόζει, ὡς δεσμεῖν καὶ λύειν δεδυνημένοις. Καὶ οἱ νῦν γὰρ λογισμοὺς δεχόμενοι μοναχοί, εἰ μὴ ἐξ ἀρχιερέως ἐπιτραπῶσι δέχεσθαι λογισμούς, οὔτε

δεσμεῖν οὔτε λύειν ἔχουσιν ἐξουσίαν. Τοῖς γὰρ ἱεροῖς ἀποστόλοις τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν ὁ Χριστός. Τόπον δὲ τῶν ἀποστόλων οἱ ἀρχιερεῖς πληροῦσιν.

ARIST. « Τὸν ἐν κινδύνῳ καθεστῶτα καταλλάξαι « τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις θέλων ἱερεὺς, ἐρωτάτω « τὸν ἐπίσκοπον, καὶ κατὰ τὸ δοχθὲν ποιείτω. »

Ὁ προγραφεὶς κανὼν παρ' ἐπισκόπου τὴν καταλλαγὴν προσέταξε γίνεσθαι· ὁ δὲ παρὼν διατάττεται, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, καὶ παρὰ πρεσβυτέρων ταύτην τελεῖσθαι.

KANΩN H'.

« Περὶ τῶν τοὺς Πατέρας αἰτιωμένων, καὶ ὥστε « μηδενὶ διαβεβλημένων ἐξεῖναι ἐπισκόπου κατ- B « ηγορεῖν. Νουμήδιος ἐπίσκοπος Μαζουλιτάνος « εἶπεν· Εἰσὶ πολλοὶ οὐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, « οἵτινες ἡγοῦνται τοὺς Πατέρας καὶ ἐπισκό- « πους (11), ὡς ἔτυχεν, ὀφείλειν ἐνάγεσθαι· τοὺς « τοιούτους δεῖ προσδέχεσθαι, ἢ μή; Αὐρήλιος « ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀρέσκει τοίνυν τῇ ἀγάπῃ « ὑμῶν τοὺς εἴς τινα μύσῃ ἐμπεπλεγμένους κατὰ « Πατέρων φωνὴν κατηγορίας ἀποτίθεσθαι; Ἐκ « πάντων τῶν ἐπισκόπων εἰλέχθη· Ἐάν διαβέβλη- « ται ὁ τοιοῦτος, μὴ προσδέχεσθαι.

BAAΣ. Ὁ ς' κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς δευτέρας συνόδου διορίζεται μὴ εἶναι εὐπαραδέκτους εἰς ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν κατηγορίας ἅπαντας· ἀλλὰ μόνους τοὺς ἀνεπιλήπτους. Ἀνέγνωθι οὖν τὸν τοιοῦτον κανόνα προγενέστερον ὄντα· καὶ τῆς παρούσης συνόδου κανόνα ρκη', ρκθ', ρλ' καὶ ρλα'.

ZΩNAP. Καὶ ὁ ρκη' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου, καὶ ὁ ρκθ' καὶ ὁ ρλ' περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως διατάττονται, πλατύτερον διαγορεύοντες τίνες εἰσὶν ἄδεκτοι εἰς ἐπισκόπου κατηγορίαν. Καὶ ἡ δευτέρα δὲ οἰκουμενικὴ σύνοδος, προγενεστέρα οὖσα τῆς συνόδου ταύτης, ἓν ἑκτῳ κανόνι περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου ὥρισατο, διαταξαμένη τίνες δεχθήσονται κατηγοροῦντες ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν. Ἀναγνωστέον οὖν τὸν κανόνα ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐκείνου ἐξήγησιν. Τὸ δὲ, οὐκ ἀγαθῆς ἐπιστροφῆς, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀγαθῆς διαγωγῆς, οὐ καλοῦ βίου, εἴρηται.

ARIST. « Ἔδοξε τοὺς εἴς μύσῃ ἐμπεπλεγμένους « κατηγορίας μὴ ἀποτίθεσθαι· ἀλλ' ἀδέκτους εἶναι D « πρὸς τὸ κατηγορεῖν. »

Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ κανόνι τῶν ἐν Κωνστα-

ci episcopo concedente id faciant, neque ligandi neque solvendi ullam facultatem habent. Sacris enim apostolis ea potestas a Christo data. In apostolorum porro locum summi sacerdotes substituti atque suffecti sunt.

ARIST. « Sacerdos, quempiam in periculo constitutum sacris altaribus reconciliare cupiens, « episcopum consulat; et, quod ei visum est, « faciat. »

Canon antescriptus ab episcopo fieri reconciliationem mandavit: at præsens etiam a presbyteris cum episcopi voluntate eam fieri jubet.

CANON VIII.

« De iis qui majores natu criminantur, et ut nulli, « cujus vita infamia laborat, liceat episcopum « accusare. Numidius episcopus Mazulitanus dixit: « Sunt multi non bonæ conversationis, qui existimant majores natu et episcopos debere passim et temere reos agi: eosne oportet admittere, an non? Aurelius episcopus dixit: Placet « ergo dilectioni vestræ eos, qui aliquibus sce- « leribus illaqueati sunt, accusationis vocem « adversus Patres edere? Ab omnibus episcopis « dictum est: Si quis infamia laboret, ne admittatur. »

BALS. Sextus canon universalis secundæ synodi statuit, non esse omnes ad episcoporum et clericorum accusationes admittendos, sed eos solum qui sunt a reprehensione alieni. Lege ergo cum C canonem, qui est antiquior; et præsentis synodi canones 128, 129, 130 et 131.

ZONAR. Centesimus quoque vicesimus octavus, vicesimus nonus, et tricesimus hujus synodi canones eadem hac de re disserunt, et fusius, quibusnam episcopi nomen deferri haud liceat, exponunt. Secunda quoque œcumenica synodus, quæ hac synodo antiquior fuit, idem hoc argumentum sexto canone pertractans, quinam episcoporum ac clericorum accusatores admittendi sint, definivit. Is ergo canon cum sua explicatione legendus. Illud vero, conversationis non bonæ, pro vita moribusque minime probatis, accipiendum.

ARIST. « Visum est, ut isti qui sceleribus sunt « illaqueati, accusationes non edant; nec ad « crimen alicui inferendum admittantur. »

Dictur et in sexto sanctorum Patrum Constan-

Guill. Beveregii notæ.

(11) *Τοὺς πατέρας καὶ ἐπισκόπους.* Græcus horum canonum interpres, *majores natu*, interpretatur *πατέρας*. In Latina enim editione, ex qua hæc versio Græca hausta est, locus hic sic legitur: *Præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis, qui existimant majores natu vel episcopos passim vageque in accusationem pulsandos*; quemadmodum Dionysius Exiguus in sua horum canonum collectione legit. Ubi episcopi diserte vocantur *majores natu*; quo etiam nomine appellantur a Julio, papa Romano, in rescripto ad Orientales pro Athanasio et aliis, dicente: *Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendant, si tamen ipsi diani et irreprehensibiles apparuerint, et actis publicis docuerint omni se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.* Jul. rescript. cap. 20, necnon a concilio Carthaginensi 4 sub Grato habito, anno Domini 348, ubi dicitur: *Gratus episcopus dixit, manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contemnit, sed diaboli, qui superbiæ inventor et princeps est. Unde si ovis tumidus vel contumeliosus exstiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur; presbyter, a sex; si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur.* Concil. Carthag. 4, can. 11.

tinopole congregatorum canone, accusatores ad episcopos accusandos sine examinatione non admitti. Sed primo religionem eorum examinare, ne hæretici sint; deinde et opiniones eorum investigare, ne forte condemnati sint, aut ejecti, aut excommunicati, aut ab aliis criminibus accusati; et qui forte se criminum ipsis objectorum innocentes non ostendant. Hoc itaque et præsenti videtur canoni, ut nemo, qui et ipse criminum reus est, ad episcopi accusationem admittatur.

A τινουπόλει συνελθόντων ἁγίων Πατέρων μὴ ἀνεξετάστως τοὺς κατηγόρους εἰς κατηγορίαν ἐπισκόπων παραδέχεσθαι· ἀλλὰ πρῶτον ἐξετάζειν τὴν θρησκείαν αὐτῶν, ἵνα μὴ αἱρετικοὶ ὦσιν· εἶτα καὶ τὰς ὑπολήψεις αὐτῶν ἀνερευνᾷν, μήποτε κατεγνωσμένοι εἶεν, καὶ ἀποβεβλημένοι, καὶ ἀκοινώνητοι, ἢ ὑφ' ἑτέρων ἐπ' ἐγκλήμασι κατηγορούμενοι· καὶ μήπω ἀθώους ἑαυτοὺς τῶν ἐπαχθέντων αὐτοῖς ἐγκλημάτων ἀπέδειξαν. Τοῦτο γοῦν καὶ τῷ παρόντι δοκεῖ κανόνι, τὸ μή τινα ἔνοχον ἐγκλήμασιν ὄντα εἰς κατηγορίαν ἐπισκόπου παραδίχεσθαι.

523 CANON IX.

« De iis, qui pro suorum peccatorum meritis ex « ecclesiastico cœtu ejiciuntur. Augustinus epi- « scopus et Numidiæ provinciæ legatus dixit: « Hoc decernere velitis, ut eos, qui pro suorum B « criminum meritis Ecclesia ejecti sunt, si « quis episcopus vel presbyter in communio- « nem recipiat, ipse quoque pari cum eis cri- « mini obnoxius videatur, qui proprii episcopi « canonicam sententiam effugiunt. Ab omnibus « episcopis dictum est: Omnibus placet. »

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Περὶ τῶν κατ' ἀξίαν τῶν οἰκείων ἀποπεμάτων τοῦ « ἐκκλησιαστικοῦ συλλόγου ἐκβαλλομένων Αὐγου- « στῖνος ἐπίσκοπος καὶ τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδι- « κῆς χώρας εἶπε· Τοῦτο ὁρίσαι καταξιώσατε, « ὥστε τοὺς ἀξίως τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ἀπὸ « τῆς Ἐκκλησίας διαχθέντας, ἐάν τις ἐπίσκοπος « ἢ πρεσβύτερος δέξηται εἰς κοινωνίαν· καὶ αὐ- « τὸς ἔτι μὴν τῷ ἴσῳ ἐγκλήματι ὑπεύθυνος φανῇ « ἅμα τοῖς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου τὴν κανονικὴν « ψῆφον ἀποφεύγουσι. Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκό- « πων εἰλέχθη· Πᾶσιν ἀρέσκει. »

BALS. Lege sanctorum apostolorum canones 11, 12, 32, Antiochenæ synodi canonem 6 et Sardicensis synodi canonem 13, docentes quid debeat fieri eis, qui depositos vel segregatos clericos recipiunt: similiter et iis, qui laicos segregatos recipiunt. Præsens autem canon decernit, ut clericos Ecclesia ejectos propter justas ab ipsis perpetratorum criminum pœnas, si alius episcopus vel presbyter ad communionem susceperit, is quoque, similiter ac qui suscipitur, puniatur. Iis ergo, quæ ab aliis canonibus et a præsenti constituta sunt, collectis, dic quod si clericum depositum alius episcopus in sacerdotalem communionem susceperit, deponetur: si autem una cum segregato oraverit, segregabitur. Propterea enim præsens quoque canon dicit: Similiter ac is qui Ecclesia ejectus est, episcopum, qui eum suscepit, esse puniendum. Nota autem, quod etiam præsens canon non citra examinationem, sed post condemnationem peccato convenientem, vult clericos deponi vel segregari.

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας ια', ιβ', λβ', τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου καν. ς', καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ καν. ιγ', διδάσκοντας τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς δεχομένους καθῃρημένους ἢ ἀφωρισμένους κληρικούς· ὡσαύτως καὶ εἰς τοὺς δεχομένους ἀφωρισμένους λαϊκούς. Ὁ δὲ παρὼν διορίζεται τοὺς διωχθέντας ἀπὸ Ἐκκλησίας κληρικοὺς διὰ ἀξίαν ἐκδίκησιν τοῦ παρ' αὐτῶν τολμηθέντος ἐγκλήματος, ἐὰν ἕτερος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος δέξηται εἰς κοινωνίαν, καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῷ δεχθέντι καλάζεσθαι. Συναγαγὼν οὖν τὰ παρὰ τῶν ἑτέρων κανόνων καὶ τοῦ παρόντος κανόνος διορισθέντα, εἰπὲ ὅτι, ἐὰν κληρικὸν καθῃρημένον δέξηται ἕτερος ἐπίσκοπος εἰς κοινωνίαν ἱερατικήν, καθαιρεθήσεται· ἐὰν δὲ μετὰ ἀφωρισμένου συνεύξηται, ἀφορισθήσεται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ παρὼν κανὼν εἶπεν ὁμοίως τῷ ἐκβληθέντι τῆς ἐκκλησίας τὸν δεξάμενον αὐτὸν ἐπίσκοπον καλάζεσθαι. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ὁ παρὼν κανὼν οὐκ ἀσυντηρήτως, ἀλλὰ μετὰ καταδίκην ἀξίαν τῷ ἁμαρτήματι θέλει τοὺς κληρικοὺς καθαιρεῖσθαι ἢ ἀφορίζεσθαι.

ZONAR. Hoc idem sanctorum apostolorum undecimus et duodecimus et tricesimus secundus constituerunt. Quæ igitur in iis scripta sunt, hic etiam sufficient. Quinetiam synodi Antiochenæ canon 6 de eodem loquitur, et Sardicensis canon 13.

ZΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὅ τε ια', καὶ ιβ', καὶ λβ', διετάξαντο. Ἃ γοῦν ἐν ἐκείνοις ἐγράφη, κάνταῦθα ἀρκέσουσι. Καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ συνόδου ἕκτος κανὼν περὶ τούτου διαλαμβάνει, καὶ ὁ ιγ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

ARIST. « Qui cum excommunicato communicat, « ipse sit excommunicatus. »

Qui a proprio episcopo excommunicatum recipit, et cum eo sacra ministrat, segregationis non ignarus, et ipse sit excommunicatus. Similiter et qui hæreticis communicat, iisque comprecatur, cum fidelibus ne communicet; sed Ecclesia extrudatur.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἀκοινωνήτῳ κοινωνῶν ἀκοινώνητος. »

Ὁ τὸν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθέντα δεχόμενος, καὶ συλλειτουργῶν αὐτῷ, ἐν εἰδήσει ὢν τοῦ ἀφορισμοῦ, ἀφωρισμένος καὶ αὐτὸς ἔστω. Ὡσαύτως καὶ ὁ αἱρετικοῖς κοινωνῶν, καὶ συνευχόμενος αὐτοῖς τοῖς πιστοῖς οὐ συγκοινωνήσει, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθήσεται.

CANON X.

« De presbyteris, qui a propriis episcopis conde-

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Περὶ πρεσβυτέρων τῶν ἀπὸ τῶν οἰκείων καταγι-

« νωσαμένων ἐπισκόπων Ἀλύπιος ἐπίσκοπος τοῦ A
« ποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· Οὐδὲ
« ἐκεῖνο δεῖ παρεῖδσαι, ἵνα, ἐάν τις τυχὸν πρεσβύ-
« τερος, ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καταγνωσθείς,
« φυσιόητί τινι καὶ ὑπερηφανίᾳ ἐπαρθείς, ἡγήσ-
« εται ὀφείλειν κεχωρισμένως ἅγια τῷ Θεῷ προσ-
« φέρειν, ἢ ἄλλο ἀνορθοῦν θυσιαστήριον ἐπιθεῖη
« κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ καταστά-
« σεως· ὁ τοιοῦτος ἀτιμώρητος μὴ ἐξέλθῃ. Βα-
« λεντῖνος ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς
« Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· Ἀναγκαίως τῇ ἐκκλη-
« σιαστικῇ πίστει καὶ τάξει σύμφωνά εἰσι τὰ παρὰ
« τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλυπίου προενεχθέντα. Λοι-
« πὸν τί δοκεῖ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ εἴπατε. Ἡ σύν-
« οδος εἶπεν· Ἐάν τις πρεσβύτερος, κατὰ τοῦ ἰδίου
« ἐπισκόπου φυσιωθεὶς σχίσμα ποιήσῃ, ἀνάθεμα B
« ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ λα' ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς παρασυνάγοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρέσει καθυποβάλλει, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι διορίζεται· πλὴν μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν καὶ ὁ ς' τῆς ἐν Γάγγρᾳ ἀναθεματίζει τούτους. Τίνι γοῦν ὀφείλομεν προσέχειν ζητητέον. Οἶμαι οὖν ὅτι καὶ ἄμφω κατὰ τοὺς κανόνας γενήσεται. Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα οἱ σχισματικοὶ παραγγελθήσονται τοῦ κακοῦ ἀποσχέσθαι· καὶ μὴ πεισθέντες, καθαιρεθήσονται ἢ ἀφορισθήσονται· εἰ δὲ καὶ οὕτω τῇ φυσιότητι, τουτέστι τῇ κενοδοξίᾳ καὶ τῇ ἀνηκοΐᾳ, ἐμμένουσιν, ἀναθέματι καθυποβληθήσονται, ὡς σεσηπότα μέλη ἐκ τοῦ C ὑγιαίνοντος σώματος τῆς Ἐκκλησίας ἐκκοπέντες. Τὸ γὰρ ἀπαντεῦθεν ἀναθεματισθῆναι τοὺς μὴ διὰ δογματικὴν προσκεκρουκότας αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ἀλαζονείαν καὶ νοὸς κουφότητα κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἀνακτήσαντας, βαρύτατόν ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν α' κανόνα τοῦ μεγάλου Βασιλείου, διδάσκοντα διαφορὰν αἱρετικῶν, σχισματικῶν καὶ παρασυναγόντων. Ἐνταῦθα δὲ καταχρηστικῶς ἐξελήφθη τὸ σχίσμα καὶ ἡ παρασυναγωγὴ εἰς τοὺς κατὰ ἀλαζονείαν κατὰ φοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν φυσιωθέντας καὶ ἀποσχισθέντας.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν πρεσβύτερος ἐπιτιμηθεὶς ἀφορισμῷ ἴσως ἐπαρθῇ φυσιότητι, τουτέστι κενοδοξίᾳ καὶ ὄγκῳ, καὶ ἰδίᾳ προσφέρῃ τῷ Θεῷ, ἱερουργῶν καθ' ἑαυτὸν, ἢ αὐτὸς νέον θυσιαστήριον καινουργήσῃ κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ καταστάσεως· συγχέει γὰρ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ὡς τῶν πρεσβυτέρων ὑπείκειν ὀφειλόντων τῷ ἐπισκόπῳ, ἐκεῖνος καὶ ἀντιπράττων καὶ ἀνθιστάμενος αὐτῷ, καὶ κατὰ τῆς πίστεως ποιεῖ· οἱ γὰρ ἄπιστοι, βλέποντες ὅτι ἀτάκτως διάγουσιν οἱ ἱερωμένοι, κωμῳδήσουσι τὴν θρησκείαν· τοὺς γοῦν τοιούτους οὐκ ἀτιμωρήτους δεῖ, φασὶν, εἶναι, διὸ καὶ ἀναθέματι αὐτοὺς ἡ σύνοδος κατεδίκασε. Καὶ ὁ ς' δὲ τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου κανὼν ὑπὸ ἀνάθεμα τοὺς παρασυνάγοντας ἐποιήσατο. Ὁ δὲ τῶν ἀποστόλων λα' κανὼν καθαίρεσιν τῶν τοιούτων καταψηφίζεται.

« mmantur, Alypius episcopus regionis Numidicæ
« legatus dixit; Nec illud prætermittendum est,
« ut si quis forte presbyter a proprio episcopo
« condemnatus, tumore quodam et arrogantia
« elatus, existimaverit debere separatim Deo
« sancta offerre, vel aliud altare erigendum puta-
« verit adversus ecclesiasticam fidem et consti-
« tutionem: is ne impunis evadat. Valentinus
« episcopus primæ cathedræ Numidicæ regionis
« dixit: Necessario ecclesiasticæ fidei et ordini
« consentiunt, quæ a fratre nostro Alypio pro-
« lata sunt. Quod superest, quid vestræ videtur
« dilectioni dicite. Synodus dixit: Si quis pre-
« sbyter adversus proprium episcopum inflatus
« schisma fecerit, sit anathema. »

BALS. Tricesimus primus canon apostolicus eos, qui a congregatione divertunt, si sint quidem clerici, depositioni subjicit: laicos autem segregandos decrevit; sed post primam et secundam et tertiam admonitionem. Præsens autem canon et sextus Gangrensis eos anathematizat. Quid ergo sequi debeamus quærendum est. Existimo ergo, quod utrumque fiat ex canonibus. Primum enim secundum canonem apostolicum schismaticis denuntiabitur, 525 ut a malo abstineant: et, nisi paruerint, deponentur vel excommunicabuntur. Sin autem sic quoque in inflatione, hoc est, vana gloria et inobedientia, perstiterint, anathemati subjicientur, ut membra putrida e sano Ecclesiæ corpore amputati. Ex hoc enim ipsos esse anathematizatos, qui non propter causam dogmaticam offenderunt, sed propter arrogantiam et mentis levitatem adversus ecclesiasticam constitutionem se insolenter gesserunt, est gravissimum, ut mihi quidem videtur. Lege etiam canonem 1 magni Basilii, qui docet differentiam hæreticorum, schismaticorum et eorum qui a congregatione divertunt. Hic autem abusive acceptum est schisma, et a congregatione diversio, pro iis qui ex arrogantia adversus suum episcopum inflati sunt et ab eo abscisi.

ZONAR. Si quis sacerdos segregatione forte multatus, inflatione, hoc est, arrogantia superbiaque efferatur, ac Deo privatim offerat, aliisque non adhibitis sacra faciat, aut novum ipse altare adversus ecclesiasticam fidem ac constitutionem excitaverit; evertit ille siquidem Ecclesiæ constitutionem, qui cum episcopo audientes esse presbyteri debeant, obluctatur ipse, et obsistit; fidei vero quoque est injurius, quæ infidelium irrisione, postquam sacris initiatos homines perverse vitam agere animadverterint, ludetur. Ejusmodi igitur homines, nequaquam impune abire oportere synodus asserit, illosque proinde anathematis pœna teneri jubet. Eamdem quoque anathematis pœnam, sexto canone in eos, qui privatim ecclesiam habere volunt, Gangrensis synodus statuit. Sanctorum vero apostolorum primus et quadragesimus canon depositionis in eos pœnam decrevit.

ARIST. « Qui ab episcopo condemnatur, si postea » discesserit, et altare fixerit, vel obtulerit, pu « niendus. »

Qui a proprio segregatus episcopo, ad synodum, cui episcopus suus subjacet, non accedit, ut quæ ad segregationem ejus pertinent examinaret, et quod præter rationem factum est corrigeret; sed superbia et fastu elatus, eo quidem contempto se ab Ecclesia separaverit, et aliud struxerit altare, et sancta Deo obtulerit; talis, ut contra fidem et constitutionem ecclesiasticam hæc faciens, non impune feret, sed anathemate percutietur.

A ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ὑπὸ ἐπισκόπου καταγνωσθείς, εἶτα « διαστὰς, καὶ θυσιαστήριον πήξας, ἢ προσενεγ« κών, τιμωρητέος. »

Ὁ παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθεὶς, καὶ μὴ προσελθὼν τῇ συνόδῳ, ἥτινι ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ ὑπόκειται, ἐπὶ τῷ ἐξετάσαι τὰ τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ τὸ παραλόγως γενόμενον διορθώσασθαι, ἀλλ' ὑπερηφανίᾳ καὶ τύφῳ ἐπαρθεὶς, τούτου μὲν καταφρονήσει, ἀποσχίσει δὲ ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξει, καὶ ἅγια τῷ Θεῷ προσάξει· ὁ τοιοῦτος, ὡς κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ καταστάσεως ταῦτα ποιῶν, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, ἀλλ' ἀναθεματισθήσεται.

CANON XI.

« Si quis presbyter in suæ vitæ agendæ ratione B « condemnatus fuerit, debet is vicinis episcopis « renumerare, ut ipsi rem audiant, et per ipsos « proprio episcopo reconcilietur; si hoc autem « non fecerit, sed (quod absit!) superbia inflatus, se a proprii episcopi communione separa« verit, et una cum aliquibus schisma faciens « Deo sanctum obtulerit, is anathema reputabi« tur, et proprium locum perdet; hoc scilicet « considerato, numquid adversus episcopum ju« stam habeat expostulationem. »

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Ἐάν τις πρεσβύτερος (12) ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ « καταγνωσθῇ, ὀφείλει ὁ τοιοῦτος τοῖς γειτνιῶσιν « ἐπισκόποις προσαγγεῖλαι, ἵνα αὐτοὶ τοῦ πράγ« ματος ἀκροάσωνται, καὶ δι' αὐτῶν τῷ ἰδίῳ ἐπι« σκόπῳ καταλλαγῇ· τοῦτο δὲ ἐὰν μὴ ποιήσῃ, « ἀλλ', ὅπερ ἀπεῖη, ὑπερφίᾳ φυσιούμενος ἐκ τῆς « τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου κοινωνίας ἑαυτὸν χωρίσῃ, « καὶ παρὰ μίαν μετά τινων σχίσμα ποιῶν, ἅγια« σμα τῷ Θεῷ προσενέγκῃ· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα « λογισθήσεται, καὶ τὸν ἴδιον τόπον ἀπολεσάτω, « δηλονότι σκοπουμένου, μήποτε κατὰ τοῦ ἐπι« σκόπου μέμψιν ἔχῃ δικαίαν. »

donationibus et legatis. Ac episcopalia quidem episcopatui tradentur : reliqua autem eorum dominii, quemadmodum hic quoque canon hoc tractat. Clerici autem si, postquam in clerum recepti sunt, aliis modis et non ex ecclesia res emerint, non cogentur ea ecclesiæ addicere : si quis enim forte clericus fiat puerorum ludimagister, vel scriptor, vel magni alicujus viri amanuensis aut a secretis, et magnas ex eo facultates paraverit; quare cogetur ea, quæ his rationibus acquisita sunt, ecclesiæ addicere? Præsens autem interpretatio a verbis canonis dependet, statuentis quæ ex liberalitate vel hæreditatibus provenerunt, eos habere in potestate, præterquam quod pars quædam ecclesiæ dari debet. **559** Cum autem canon tractet de immobilibus, rogaverit quispiam, an idem servari debeat etiam in mobilibus. Et existimo quod idem etiam in his fiet; propterea quod nulla est differentia mobilium et immobilium, quod ad acquisitionem attinet. Proprie autem dixit, pro, si directo ei relicta sint, quoniam multa quibuslam relinquuntur, ut ea aliis quomodocunque reddant ac restituant. Ex hujusmodi ergo non postulat ut quidquam ecclesiæ consecret : sed ex eis quæ proprie seu privatim ei relicta sunt, et quorum ille est dominus. Nota igitur canonem, qui dicit, quod episcopi et clerici debeant necessario suis ecclesiis partem aliquam, quæ illis videbitur ex iis quæ propriè ad eos pertinent, relinquere; omnino autem extremo spiritu : et in hoc, cujusmodi et quantulumcunque est, non repudiabitur.

ZONAR. Si qui homines, cum rei familiaris inopia laborarent, ad episcopatum evecti aut in clerum cooptati sunt, deinde vero divitiis affluant, agrosque aut prædia, postquam episcopi aut clerici sunt, proprio nomine emercati possideant; illa ex bonis ecclesiæ quæsiisse censentur, ac nisi ecclesiæ conseceraverint, Dominicas, hoc est, Deo dicatas possessiones, diripuisse judicabuntur. Id namque illa significant : tanquam qui Dominica bona invaserint. Proinde civilibus quoque legibus cautum est, ut episcopi, cum eligendi sunt, quid in ipsorum possessionibus sit testatum faciant; ut illas, quibuscunque collibitum fuerit, ex legum præscripto relinquere liceat. Quadragesimus vero sanctorum apostolorum canon, Nota sint, inquit, propria episcopi bona, si quidem propria quoque habet; notaque item Dominica sint et quæ sequuntur. Idem vicesimo quarto, quoque Antiochenæ synodi canone cautum est. Quod si episcopo cuiquam aut clerico aliquid alicujus liberalitate ipsi proprie addictum, legatum quippe aut donatio aut cognata hæreditas, obvenerit, ex eo quoque ecclesiæ partem pro suo arbitrio consecrabit. Proprie vero dixit addictum, hoc est, quod homini ex directo fuerit relictum; quoniam multa aliquibus relinquuntur, ut aliis tradant, aut in captivorum redemptionem, aut in

A τα πράγματα, ἀλλ' ἡ μόνος ὁ ἀπὸ τῶν ἐπισκοπικῶν δικαίων καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν δωρεῶν καὶ ληγάτων. Καὶ τὰ μὲν, ἤγουν τὰ ἐπισκοπικὰ, τῇ ἐπισκοπῇ προσκυρωθήσεται· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ ἔσονται, καθὼς τοῦτο καὶ ὁ κανὼν διαλαμβάνει. Οἱ δὲ κληρικοὶ, ἐὰν μετὰ τὴν κλήρωσιν ἀπὸ ἑτέρων τρόπων, οὐχὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας, ἀγοράσωσι πράγματα, οὐκ ἀναγκασθήσονται ταῦτα προσκυρῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἐὰν γὰρ τυχὸν παιδοδιδάσκαλος γένηταί τις κληρικὸς ἢ καλλιγράφος ἢ ὑπογραφεὺς μεγιστᾶνός τινος, καὶ ἐντεῦθεν πολυκτήμων καταστῇ, ἵνα τί καταναγκασθήσεται τὰ ἀπὸ τοιούτων τρόπων ἐπικτηθέντα αὐτῷ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρῶσαι; Ἡ παροῦσα δὲ ἑρμηνεία ἐξέχεται καὶ τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, διαλαμβάνοντος τὰ ἀπὸ φιλοτιμιῶν ἢ κληρονομιῶν ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας αὐτοὺς ἄνευ μέρους τινὸς ὀφείλοντος δοθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ. Τοῦ δὲ κανόνος περὶ ἀκινήτων διαλαμβάνοντος, ἐρωτήσει τις, ἐὰν τὸ αὐτὸ ὀφείλει κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κινητῶν; Καὶ οἶμαι ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τούτοις γενήσεται διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν κινητῶν καὶ ἀκινήτων ὅσον εἰς τὴν ἐπίκτησιν. Κυρίως δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ εἰ ἐξ ὀρθοῦ αὐτῷ καταλειφθῇ· ἐπεὶ πολλὰ καταλειμπάνονταί τισιν, ὥστε αὐτὰ ἑτέροις ἀποκαταστῆσαι ἢ ἀναλῶσαι ὁπουδήποτε. Ἐκ τῶν τοιούτων οὖν οὐκ ἀπαιτεῖται ἀφιερῶσαί τι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐκ τῶν κυρίως, ἤτοι ἰδικῶς, αὐτῷ καταλελειμμένων, καὶ ὧν κύριός ἐστιν ἐκεῖνος. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα τὸν λέγοντα ὅτι ἐξ ἀνάγκης ὀφείλουσιν οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἐπίσκοποι καταλειμπάνειν ταῖς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαις μέρος τι, τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν κυρίως διαφερόντων τούτοις, πάντως δὲ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς· καὶ τοῦτο, οἷον ἂν καὶ ὅσον ἐστὶν, οὐκ ἀποπεμφθήσεται.

ZONAR. Ἐὰν ἄποροί τινες γένωνται ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, εἶτα εὐπορήσωσι, καὶ κτήσωνται, ἐν τῷ εἶναι ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀγροὺς ἢ χωρία, ὠνησάμενοι αὐτὰ εἰς ὄνομα οἰκεῖον, δοκοῦσιν ἐκ πραγμάτων τῆς ἐκκλησίας ταῦτα κτήσασθαι, καὶ ἔνοχοί εἰσιν, ὥσπερ εἰ δεσποτικὰ πράγματα, ἤγουν κυριακὰ, διηρπάκασι (τοῦτο γὰρ ἐνέφηνε διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὡς ἴφοδον πεποιηκότες), εἰ μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα ἀφιερώσουσιν. Διὸ καὶ οἱ νόμοι τῆς πολιτείας ἀπαιτοῦσι τοὺς ἐπισκόπους, ὅτε μέλλουσι χειροτονεῖσθαι, φανερὰ ποιεῖν ἃ κέκτηνται, ἵνα ἔχωσιν ἄδειαν, οἷς βούλονται, νομίμως ταῦτα καταλιμπάνειν. Καὶ ὁ ρ' δὲ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Ἔστω, φησὶ, φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα, εἴγε καὶ ἴδια ἔχει, καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κδ' κανὼν περὶ τούτου θεσμοθετεῖ. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπισκόπῳ ὄντι τινὶ ἢ κληρικῷ περιέλθῃ κυρίως φιλοτιμία τινὸς, οἷον ληγᾶτον ἢ δωρεὰ ἢ κληρονομία συγγενικὴ, δεῖ, φησὶ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀφιερῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ μέρος κατὰ τὴν οἰκείαν προαίρεσιν. Κυρίως δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἐξ ὀρθοῦ αὐτῷ καταλειφθῇ, ἐπεὶ πολλὰ καταλιμπάνονταί τισιν, ὥστε αὐτὰ ἑτέροις ἀποκαταστῆναι, ἢ ἀναλῶσαι αὐτὰ εἰς αἰχμαλώτων ἀναῤῥύσεις, ἢ εἰς οἰκοδομὰς οἴκων ἱερῶν, καὶ εἰς ἄλλας αἰτίας ὁμοίας. Ἐκ τῶν τοιούτων οὖν οὐκ ἀπαιτεῖται ἀφιεροῦν τι

τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ ἐκ τῶν κυρίως, ἤτοι ἰδικῶς, αὐτῷ καταλελειμμένων, καὶ ὧν κύριος ἐκεῖνός ἐστιν. Εἰ δὲ προέθεντο καὶ ὑπέσχοντο μέρος ἀφιερῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶτα μετετράπησαν, ἀντὶ τοῦ μετεβλήθησαν, ἀνάξιοι κριθήσονται οὗτοι τῆς ἱερατικῆς τιμῆς.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μετὰ τὸ προκόψαι ἀγρὸν ἐξωνούμενος, οὐδὲν ἔχων, ἔστω τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτον « προσάγειν, εἰ μὴ ἐκ διαδοχῆς συγγενείας ἢ « καθαρᾶς φιλοτιμίας τούτῳ περιελήλυθε. »

Οἱ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς μὴ ἔχοντες ἴδια πράγματα, ἢ καὶ οἱ κληρικοί, οἱ πρὸ τοῦ κληρωθῆναι ὄντες πενέστατοι, ἐὰν μετὰ τὸ προκόψαι ἀκίνητά τινα ἐξωνήσωνται, τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα προσάξουσιν, ὡς ἐκ τῶν προσόδων αὐτῆς ταῦτα ἐπικτησάμενοι· εἰ μή που ἀπὸ κληρονομίας ἢ ἀπό τινος δωρεᾶς, τῇ ἀληθείᾳ πρὸς αὐτοὺς γενομένης, φαίνονται ταῦτα περιελθεῖν εἰς αὐτούς.

ΚΑΝΩΝ ΛϚ'.

Ὥστε πρεσβυτέρους πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας, ἐν « ᾗ καθιεροῦνται, μὴ πιπράσκειν, καὶ ὥστε μη- « δενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι πράγματι καταχρήσασθαι « ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. « Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ « γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα « μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιεροῦν- « ται· ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι « πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης « τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Μὴ « οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι « καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς « ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. »

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἱερεῖς τινες ἐπώλουν ἐκκλησιαστικὰ πράγματα παρὰ γνώμην τῶν οἰκείων ἐπισκόπων. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπίσκοποι ἐπίπρασκον χωρία τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν παρὰ γνώμην τῆς κατ' αὐτοὺς συνόδου, ἢ καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὅτε πρόκειται ἀνάγκη ποιῆσαι τοιοῦτόν τι ἐπίσκοπον, μετὰ συναινέσεως τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων τοῦτο ποιεῖν· ἄλλως δέ πως μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας αὐτὸν καταχρήσασθαι πράγματι καταγεγραμμένῳ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βρεβίοις, ἤγουν ἐν τῇ μάτρικι, τουτέστιν ἐν τῇ ἀπογραφῇ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τίτλου, ἤτοι βιβλίου. Τίτλος γὰρ λέγεται ποτὲ μὲν ἡ ἐπιγραφή, ποτὲ δὲ ἡ αἰτία, ποτὲ δὲ καὶ τὸ βιβλίον. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος μήτε ἐπίσκοπον παρὰ γνώμην τῆς συνόδου καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, μήτε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων πωλεῖν πράγματα ἐκκλησιαστικά, μὴ εἴπῃς ἐξισοῦσθαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῖς ἐπισκόποις τοὺς πρεσβυτέρους· ἀλλ' εἰπὲ ὅτι οἱ μὲν πρεσβύτεροι παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων οἱονδηποτοῦν πρᾶγμα κινητὸν ἢ καὶ εὔφθαρτον, οἷον τυχὸν ἢ σῖτον, πωλεῖν οὐ δύνανται· ὁ δὲ ἐπίσκοπος τὰ μὲν εὔφθαρτα κινητὰ καὶ τὰ αὐτοκίνητα καὶ παρὰ γνώ-

A sacrarum ædium ædificationem, aut in alios ejusmodi usus insumant. Nihil ergo ex hujusmodi rebus, sed ex iis tantum, quæ ipsi proprie ac peculiariter sunt relictæ, quarumque ipse dominus est, ecclesiæ consecrare necessario cogetur. Quod si qui, parte aliqua jam ecclesiæ destinata, postea retro conversi sunt, hoc est, sententiam mutarunt, sacerdotii honore indigni esse judicabuntur.

ARIST. « Qui post promotionem, nihil habens, « agrum emerit, in ecclesiam eum conferat, nisi « successione cognationis aut pura liberalitate ei « obvenerit. »

B Qui ante episcopatum propria non habent bona, vel etiam clerici, qui antequam in clerum cooptati fuerint, pauperrimi erant; si postquam promoti sunt, immobilia aliqua redimant, ea ad ecclesiam afferent, ut qui ex illius reditibus eadem acquisivissent: nisi forte ab hæreditate, aut ab alicujus donatione, vere ad ipsos facta, appareant ea ad ipsos obvenire.

560 CANON XXXVI.

« Ut presbyteri res ecclesiæ, in qua consecrantur, « non vendant: et ut nulli liceat episcopo re « abuti, quæ est ex titulo ecclesiasticæ matriculæ. « Similiter placuit, ut presbyteri, præter mentem « suorum episcoporum res ecclesiæ, in qua con- « secrantur, non vendant: quemadmodum epi- « scopis quoque prædia ecclesiæ, ignorante sy- « nodo, vel suis presbyteris vendere non licet. « Non exsistente ergo necessitate, non liceat « episcopo re abuti, quæ est ex titulo ecclesia- « sticæ matriculæ. »

C

BALS. Ut est verisimile, quidam sacerdotes res ecclesiasticas, præter suorum episcoporum sententiam, vendebant. Quin etiam episcopi suarum ecclesiarum prædia emancipabant, præter synodi, vel etiam suorum sacerdotum sententiam. Dicit ergo canon, ne hoc fiat amplius; sed quando tale quid faciendi necessitas premit episcopum, id cum synodi suæ consensu et suorum presbyterorum faciat. Ei autem aliter re uti non liceat, quæ in brevibus ecclesiasticis seu in matricula scripta est, hoc est, D in repertorio ecclesiastici tituli seu libri. Titulus enim dicitur aliquando inscriptio, aliquando vero causa, aliquando autem et liber. Cum autem audis canonem dicentem, nec episcopum præter synodi sententiam et suorum presbyterorum ecclesiæ prædia vendere; nec presbyteros præter sententiam suorum episcoporum vendere res ecclesiasticas; ne dixeris, quod ad hoc attinet, presbyteros æquari episcopis: sed dic quod presbyteri quidem, præter episcoporum sententiam, quamcunque rem mobilem vel immobilem vel etiam quæ facile corrumpi potest, vinum forte vel frumentum, vendere non possunt; episcopus autem ea quidem, quæ facile corrumpi possunt, mobilis, et quæ per se mobilia. etiam præter suorum clericorum sententiam, potest alie-

mere; sed non itidem immobilia. Propterea enim præsens quoque canon jubet presbyteros non vendere bona ecclesiastica sine episcopis : episcopis autem prohibuit immobilia, sine necessitate et sine synodali et presbyterorum sententia, vendere Quod autem habet episcopus potestatem, etiam præter suorum presbyterorum mentem et synodi, vendendi per se immobilia et mobilia, quæ facile corrumpi possunt, patet ex 38 et 41 can. apostolicis, quos etiam lege : atque etiam ex præsenti canone, qui prohibet ecclesiasticorum prædiorum et fundorum alienationem sine cognitione et examinatione faciendam. Ne huic autem interpretationi repugnare videantur canones, qui sacra ecclesiastica ab episcopis vendi prohibent. Etsi enim sint mobilia, immobilium tamen locum obtinent, sicut et hoc sæpe in legibus invenitur. Porro quando ecclesiasticum immobile ob prævalentem necessitatem vendendum est, non debet episcopus rem reditum habentem vendere ; sed qualem canone 38 præsentis synodi eam esse vult, et secundum dictas illic distinctiones. Abusus autem canon meminit, ne dicas prohiberi solum venditionem immobilium, non autem etiam alias alienationes. Neque enim per emphyteusin, neque per donationem, neque per permutationem, neque ad multum tempus potest episcopus rem ecclesiasticam alienare, nisi urgeat necessitas.

A μὴν τῶν οἰκείων κληρικῶν ἐκποιεῖν δύναται, οὐ μὴν καὶ τὰ ἀκίνητα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κανὼν τοὺς μὲν πρεσβυτέρους παρεκελεύσατο μὴ πωλεῖν πράγματα ἐκκλησιαστικὰ ἄνευ τῶν ἐπισκόπων· τοῖς δὲ ἐπισκόποις ἐκώλυσε πιπράσκειν ἀκίνητα ἄνευ ἀνάγκης καὶ συνοδικῆς γνώμης καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Ὅτι δὲ ἐξουσίαν ἔχει ὁ ἐπίσκοπος καὶ παρὰ γνώμην τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου πιπράσκειν ἐκκλησιαστικὰ ἀκίνητα καὶ εὐφθαρτα κινητά, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ μδ' ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ τοῦ μα', οὓς καὶ ἀναγνωθι· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος κωλύοντος τὴν ἀδιάγνωστον ἐκποίησιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν χωρίων καὶ μονῶν. Μὴ ἐναντιωθῶσι δέ σοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν οἱ κανόνες, οἱ κωλύοντες παρὰ ἐπισκόπων πιπράσκεσθαι ἱερὰ ἐκκλησιαστικά. Κἂν γὰρ κινητὰ ταῦτα ὦσιν, ἀλλὰ ἀκινήτων ἐπέχουσι τόπον· καθὼς καὶ ἐν τοῖς νόμοις τοῦτο πολλαχοῦ εὑρίσκεται. Καὶ ὅταν δὲ μέλλῃ διαπραθῆναι ἐκκλησιαστικὸν ἀκίνητον διὰ προκειμένην ἀνάγκην, οὐκ ὀφείλει πωλεῖν ὁ ἐπίσκοπος πρᾶγμα ἔχον πρόσοδον, ἀλλ' οἷον ὁ κς' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου φησὶ, καὶ κατὰ τὰς ἐκεῖσε εἰρημένας διαστίξεις. Καθαχρήσεως δὲ ὁ κανὼν ἐμνήσθη, ἵνα μὴ εἴπῃς μόνην κωλύεσθαι τὴν διάπρασιν τῶν ἀκινήτων, οὐ μὴν καὶ τὰς ἄλλας ἐκποιήσεις. Οὔτε γὰρ κατ' ἐμφύτευσιν, οὔτε κατὰ δωρεὰν, οὔτε κατὰ ἀνταλλαγὴν, οὔτε ἐπὶ χρόνοις πολλοῖς ἐκποιεῖσθαι ἐκκλησιαστικὸν ἀκίνητον ἐπίσκοπος δύναται ἀνάγκης μὴ προκειμένης.

B

ZONAR. Sanctorum apostolorum canones, tricesimus octavus et quadragesimus primus, jus administrationemque rerum ecclesiasticarum penes episcopos esse voluere. Proinde ne sacerdotibus res ecclesiæ, **561** cui adscripti sunt, sine episcopi facultate vendere liceat, hic canon decernit. Tum ne concessa ipsis per apostol. canones auctoritate episcopi abutentes, dominatum sibi quodammodo vindicent, itaque ecclesiasticas possessiones abdicatum eant, ne ipsi quidem episcopo, nisi re eum synodo sua subjectisve sibi presbyteris communicata, prædia ecclesiastica vendendi facultatem esse statuit. Neque enim rerum ecclesiasticarum administrationem ab ipsis ignorari oportet ; ne, si sine teste sit, offensiones in episcopos exoriantur. Nulla ergo necessitate cogente, re in ecclesiastica matricula vel repertorio descripta episcopo quoque abuti ne liceat. Tituli vero nomine et inscriptio et causa quinimo et liber, ut in legibus scriptum alibi reperias, significatur. Et vero, cum alienare aliquid immobile episcopus volet, ejus generis id esse debet, quale hujus synodi canone sexto et vicesimo explicatur, ac ibidem indicatæ cautiones in eo alienando servantur.

C

D

ΖΩΝΑΡ. Οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνες, ὅ τε λη' καὶ ὁ μα' τὴν ἐξουσίαν καὶ φροντίδα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τοῖς ἐπισκόποις ἀνατιθέασιν. Ἀκολούθως οὖν ὁ κανὼν οὗτος ἀπαγορεύει πιπράσκειν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας πρᾶγμα ἐν ᾗ καθιερώθησαν, εἰ μὴ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συνευδοκεῖ. Ἵνα δὲ μὴ τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς ἐξουσίᾳ ἐκ τῶν ἀποστολικῶν κανόνων καταχρώμενοι οἱ ἐπίσκοποι ἀναυθεντῶσι καὶ ἐκποιῶνται τὰ ἐκκλησιαστικὰ, καὶ ἐπήγαγεν ὅτι οὐδὲ τῷ ἐπισκόπῳ ἐξέσται χωρία πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ὑφ' ἧς καὶ αὐτός ἐστιν, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Δεῖ γὰρ τῶν διοικήσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων εἰδῆσιν ἔχειν αὐτούς· ἵνα μὴ, ἁμαρτύρου τῆς οἰκονομίας οὔσης, σκάνδαλα κατὰ τοῦ ἐπισκόπου φύωνται. Χωρὶς τοίνυν ἀνάγκης μηδὲ τῷ ἐπισκόπῳ ἐξέστω κατοχρήσασθαι πράγματι ἀπογεγραμμένῳ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ μάτρικι, ἤτοι τῇ ἀπογραφῇ. Τίτλος δὲ ἡ ἐπιγραφὴ λέγεται καὶ ἡ αἰτία, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ βιβλίον, ὡς ἐν τοῖς νόμοις που γέγραπται. Καὶ ὅτε δὲ ἐκποιήσασθαι ἀκίνητον ὁ ἐπίσκοπος μέλλει, τοιοῦτον ἐκποιήσεται, οἷον ὁ κς' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου φησὶ, καὶ κατὰ εἰρημένας ἐκεῖ διαστίξεις.

ARIST. « Presbyter rem quampiam ecclesiasticam « sine episcopo non vendit ; neque episcopus præ- « dium, synodo non approbante. »

Bona ecclesiastica non alienata manere debent. Si autem necessitas requirat, ut immobile aliquid alienetur, episcopus sine synodi sententia illud non

ΑΡΙΣΤ. « Πρεσβύτερος ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα « τοῦ ἐπισκόπου χωρὶς οὐ πιπράσκει· οὐδὲ ἐπί- « σκοπος χωρίον, συνόδου μὴ ἐπιγινωσκούσης. »

Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀνεκποίητα μένειν ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται ἐκποιηθῆναί τι ἀκίνητον, οὐκ ἄνευ γνώμης τῆς συνόδου διαπολήσει τοῦτό ὁ ἐπί-

σκοπος· εἰ μὴ βούλεται, κατὰ τὸν εἰκοστὸν ἕκτον κανόνα τῆς παρούσης συνόδου, Θεῷ καὶ συνόδῳ ἑαυτὸν καταστῆσαι ὑπεύθυνον, καὶ τῆς τιμῆς ἀλλότριον. Ἀλλ' οὐδὲ πρεσβύτερος, οἰκονομίαν τινὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἐμπεπιστευμένος, χωρὶς εἰδήσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν, ἢ ἀκίνητον, ἢ αὐτοκίνητον, διαπωλήσει.

A vendet : nisi vellet juxta vicesimum sextum præsentis synodi canonem et Deo et synodo semetipsum reddendæ rationi obnoxium facere, et honore alienum. Sed nec presbyter, cui dispensatio aliqua episcopatus conceditur, sine sui episcopi scientia, bonum aliquod ecclesiasticum, sive immobile sive suapte natura mobile, divendat.

« Ἀνεγνώσθησαν ἔτι μὴν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ διάφοροι σύνοδοι πάσης τῆς τῶν Ἄφρων χώρας, ἐπιτελεσθεῖσαι ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις Αὐρηλίου ἐπισκόπου Καρχηδόνος.

« In hac præterea synode recitata sunt universæ « Afrorum regionis diversa concilia transactis Au- « relii episcopi Carthaginensis temporibus celebrata.

« Ἐκ τῆς συνόδου τῆς ἐν Ἱππῶνι Ῥηγίῳ γενομένης ἐπὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου βασιλέως Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ τρίτον, καὶ ἐπὶ Ἀβουνδατίου τοῦ λαμπροτάτου ὑπάτου ὀγδόῳ εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις ἐν Ἱππῶνι Ῥηγίῳ εἰς τὸ σήκρητον τῆς ἐκκλησίας Πάκης· καὶ τὰ λοιπὰ πεπραγμένα ταύτης τῆς συνόδου διὰ τοῦτο οὐκ ἐγράφησαν, ἐπειδὴ τὰ ἐν αὐτῇ ὁρισθέντα ἐν τοῖς ἀνωτέροις δείκνυται ἐγκείμενα. »

« Ex synodo quæ in Hippone Rhegio facta est. « Sub clarissimo imperatore Theodosio Augusto « tertium, et sub Abundantio illustrissimo consule « octavum, Idibus Octobris, in Hippone Rhegio in « secretario ecclesiæ Pacis. Et reliqua hujus synodi « acta propterea scripta non sunt : quia quæ in ea « constituta sunt, in superioribus sita esse osten- « duntur. »

ΒΑΛΣ. Οὐκ ἐν μιᾷ συνελεύσει τὰ ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ γενόμενα ἐπράχθησαν, ἀλλ' ἐν διαφόροις. Λυομένου γὰρ τοῦ συνεδρίου, πάλιν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ συνήρχοντο, καὶ προτιθεμένων ζητημάτων ἐσκόπουν, καὶ τὰ δόξαντα ὥριζον, καὶ συνῆπτον αὐτὰ τοῖς προλαβοῦσιν.

BALS. Quæ in hac synodo acta fuere, non in una conventione, sed in diversis acta sunt. Soluto enim concessu, rursus alio tempore convenerunt. et propositas quæstiones examinarunt, quæque illis visa sunt definierunt, eaque præcedentibus conjunxerunt.

Πρᾶξις δευτέρα.

« Ἐκ τῆς συνόδου Καρχηδόνος, ἔνθα τοποτηρηταὶ ἐπίσκοποι τῆς ἀνθυπατιανῆς πρὸς τὴν σύνοδον ἀπεστέλλοντο Ἀδρουμέτου ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ἀρκαδίου τὸ τρίτον καὶ Ὀνωρίου τὸ δεύτερον, τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, πρὸ δεκαξ καλανδῶν Ἰουλίων εἰς Καρχηδόνα. Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρηταὶ ἐπελέγησαν ἐπίσκοποι ἀνθυπατιανοὶ πρὸς τὴν Ἀνδρουμετιανὴν σύνοδον.

Actio secunda.

« Ex synodo Carthaginensi, in qua episcopi pro- « consularis provinciæ legati missi sunt ad synodum « Adrumeti, sub clarissimis imperatoribus Arcadio « tertium et Honorio secundum Augustis consulibus, « decimo sexto Kalendas Julias Carth. In hac syn- « odo legati proconsulares electi sunt episcopi ad « Adrumetanam synodum.

« Ἐκ τῆς συνόδου Καρχηδόνος, ἔνθα πολλὰ ὡρίσθησαν, ἐπὶ Καισαρίου καὶ Ἀττικοῦ, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς ἐκκλησίας Ῥεστιτούτης, ἐν ᾧ προκαθέζεσθαι Αὐρήλιον ἐπίσκοπον ἅμα ἐπισκόποις παρεστῶσι διακόνων, παραγενομένων ἔτι μὴν Βίκτορος τοῦ γέροντος τοῦ Πουπιανίτου, Τίτου τοῦ Μηγρικηταινοῦ, Εὐαγγέλου Ἀσσουριτανοῦ, ὡμίλησε πρὸς τοὺς ἐπισκόπους Αὐρήλιος ἐπίσκοπος Καρχηδόνος· ὃς καὶ εἶπεν οὕτως·

« Ex synodo Carthaginensi, ubi multa decreta « sunt, sub Cæsario et Attico illustrissimis consuli- « bus, quinto Kalendas Septembris, Carthagine, in « secretario ecclesiæ Restitutæ, dum præsideret Au- « relius episcopus, simul episcopos assistentibus « diaconis, præsentibus præterea Victore sene Pupi- « niate, Tito Migripetano, Evangelo Assuretano, « orationem ad episcopos habuit Aurelius episco- « pus Carthaginensis · sui etiam sic dixit :

« Μετὰ τὴν προορισθεῖσαν ἡμέραν τῆς συνόδου, καθημένων ἡμῶν, ὡς μεμνήμεθα, ἀδελφοὶ μακαριώτατοι, καὶ προσδοκώντων ἐκ πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς τοποτηρητὰς παραγενέσθαι πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς ὑμετέρας συζητήσεως, τὴν, ὡς εἶπον, προορισθεῖσαν· ἀλλὰ καὶ ἀναγνωσθείσης ἐπιστολῆς τῶν ἀπὸ τοῦ Βυζακίου συλλειτουργῶν ἡμῶν. Κἀκείνου δ' ἔτι μὴν παραναγινωσκομένου τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, εἴ τι ἅμα ἐμοὶ συνεζήτησαν οἱ τὸν καιρὸν καὶ τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου προλαβόντες. Ἔτι μὴν ἀνεγνώσθη καὶ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν Ὀνωράτου καὶ Οὐρβανοῦ, τῶν ἅμα ἡμῖν

« Post præfinitum diem synodi, sedentibus nobis, « ut meminimus, beatissimi fratres, et exspectan- « tibus, ut ex omnibus Africæ provinciis adessent « legati ad diem vestræ disquisitionis, quæ, **562** « ut dixi, præfinita est : sed etiam lecta epistola « nostrorum ex Byzacio in sacris comministrorum. « Illo etiam præterea lecto vestræ dilectioni, si quid « una mecum conquisierunt, qui tempus et diem « synodi anticiparunt. Præterea autem lecta est, et « a fratribus Honorato, et Urbano, qui nobiscum « hodie synodi participes, missa legatio Sitifensis « regionis. Rursus autem quoque Reginus Vegetse-

« litanæ regionis litteras meæ mediocritati ostendit A
« a Crescentiano et Aurelio coepiscopis nostris pri-
« mæ sedis duarum Numidiarum : in quibus qui-
« dem litteris meminit vestra mecum una dilectio,
« eos significasse, quod vel ipsi ad hanc synodum
« venire dignarentur, vel pro more legatos mitte-
« rent. Quoniam autem hoc nullo modo factum est,
« testificantur, qui a tam remota Mauritania Siti-
« fensis regione venerunt legati non posse se am-
« plius moram trahere. Propterea ergo, fratres, si
« vestræ videatur dilectioni, litteræ fratrum nostro-
« rum ex Bysacio, et breviarium, quod ipsi epi-
« stolæ alligarunt, in hac convocata congregatione
« legantur : ut si quæ forte ex iis vestræ dilectioni
« minus placeant, quæcunque cura ac diligentia
« corrigi potuerint, in melius transformentur. Hoc B
« enim frater et coepiscopus Mizonius, vir primæ
« sedis clarissimus, pro suæ auctoritatis et pruden-
« tiæ dignitate scribens ad meam humilitatem pe-
« tivit. Si ergo placet, quæ sunt conquisita, legantur,
« et singula a vestra dilectione considerentur. »

BALS. et ZONAR. Dies, quo convenirent, hujus synodi Patribus præfinita est ; qui quidem sperabant ex omnibus Africæ provinciis legatos ad synodum C venturos ; quorum aliqui quidem venerunt, aliqui vero non stiterunt, aliquorum autem allatæ sunt litteræ. Qui ergo peregre advenerunt se non posse diutius perseverare dicentes, Aurelius episcopus dixit synodo, quod quoniam legati, qui ad nos venerunt, diutius manere non possunt, legantur litteræ fratrum nostrorum ex Bysacio, et breve emissum cum litteris. Bysacium autem et Sitifensis et ea Numidiæ et Sellitana sunt partes Africæ regionis. Legantur autem, inquit, ut si aliqua eorum vestræ dilectioni repugnent, hoc est, si horum aliqua vobis adversentur, ac, ut non recte statuta, vos offendant ; ea diligentia corrigantur, et in melius transformentur. Hoc enim, inquit, Mizonius quoque petivit, ut corrigantur quæ correctione indigent. D Convocatam autem congregationem dicit vel ut ex sui mutua convocatione congregatam, vel ad eorrectionem adhortantem, per ea quæ ab ipsa definita sunt, eos qui non recte vivunt, vel de fide non recte sentiunt.

CANON XXXVII.

Quod nihil eorum, quæ in Hipponensi synodo acta « sunt, sit corrigendum. Epigonius episcopus « dixit, In hoc breviario, quod ex Hipponensi « synodo decerptum est, nihil esse corrigendum « vel addendum putamus : nisi ut dies sancti « Paschatis in tempore synodi significetur. »

« σήμερον τῆς συνόδου μετεχόντων, τοποτηρησία « ἀποσταλεῖσα τῆς Σιτιφένσης χώρας. Πάλιν δὲ καὶ « ὁ ἀδελφὸς Ῥηγῖνος τῆς Βεγετσαλιτάνης χώρας « γράμματα τῇ ἐμῇ μετριότητι ἐνεφάνισεν ἀπὸ « Κρισκεντιανοῦ καὶ Αὐρηλίου τῶν συλλειτουργῶν « ἡμῶν τῶν τῆς πρώτης καθέδρας τῶν δύο Νου- « μιδιῶν, ἐν οἷς γράμμασι τούτους ἐπαγγείλασθαι « μέμνηται ὅμα ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ὅτι ἢ « αὐτοὶ κατηξίουν ἐλθεῖν πρὸς ταύτην τὴν σύνο- « δον, ἢ κατὰ τὸ ἔθος ἀποστεῖλαι εἶχον τοποτηρητάς. « Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐδαμῶς γέγονε, διαμαρτύρονται « ἀπὸ τοσούτου μήκους τῆς Μαυριτανίας Σιτιφέν- « σης ἐλθόντες τοποτηρηταὶ ἐπὶ πολὺ μὴ δύνασθαι « ἐμβραδύνειν. Διὰ οὖν τοῦτο, ἀδελφοί, ἐὰν δοκῇ « τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, τὰ γράμματα τῶν ἀπὸ τοῦ B « Βυζακίου ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ τὸ βρέβιον, ὅπερ τῇ « αὐτῇ ἐπιστολῇ προσέθησαν, ἐν ταύτῃ τῇ παρα- « κλήτῳ συνελεύσει ἀναγνωσθῶσιν, ἵνα, ἐάν τινα « τυχὸν ἐξ αὐτῶν ἐναντίωσιν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, « ὅσα δι' ἐπιμελείας δυνηθῶσι διορθωθῆναι εἰς κρεῖτ- « τον μετατυπωθῶσι. Τοῦτο γὰρ ὁ ἀδελφὸς καὶ συν- « επίσκοπος Μιζιώνιος, ὁ τῆς πρώτης καθέδρας « περιφανέστατος ἀνήρ, ἀξίως τοῦ ὄγκου καὶ τῆς « συνέσεως αὐτοῦ γράφων πρὸς τὴν ἐμὴν αὐτέλειαν « ᾔτησεν. Ἐὰν οὖν ἀρέσκῃ, τὰ συζητηθέντα ἀνα- « γνωσθῶσι, καὶ ἕκαστα ἐκ τῆς ὑμετέρας κατανοη- « θῶσιν ἀγάπης. »

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἡμέρα ὡρίσθη συνελεύσεως τοῖς τῆς συνόδου ταύτης Πατράσιν, οἵτινες ἤλπιζον ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν ἁπάσης τῆς Ἀφρικῆς τοποτηρητὰς ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον· ὧν τινες μὲν ἦλθον, τινὲς δὲ οὐκ ἀπηντήκασι, τινῶν δὲ προσεκομίσθησαν γράμματα. Τῶν οὖν ἐπιδημησάντων, μὴ δύνασθαι λεγόντων ἐπιπλέον προσκαρτερεῖν, ὁ ἐπίσκοπος Αὐρήλιος ἔφησε πρὸς τὴν σύνοδον ὅτι, ἐπεὶ οἱ ἐλθόντες πρὸς ἡμᾶς τοποτηρηταὶ προσμένειν καὶ ἔτι οὐ δύνανται, ἀναγνωσθήτωσαν τὰ γράμματα τῶν ἀπὸ Βυζακίου ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ τὸ σὺν τοῖς γράμμασιν ἀποσταλὲν βρέβιον. Τὸ δὲ Βυζάκιον καὶ ἡ Σιτιφένη καὶ αἱ δύο Νουμιδίαι, καὶ ἡ Σελλιτανὴ, τῆς Ἀφρικῆς χώρας εἰσὶ μοῖραι. Ἀναγνωσθήτωσαν δὲ, φησὶν, ἵνα, ἐάν τινα ἐξ αὐτῶν ἐναντιωθῶσιν ὑμῖν προσκόψασι τούτοις, ὡς μὴ καλῶς τυπωθεῖσι, διορθωθῶσι ταῦτα δι' ἐπιμελείας, καὶ εἰς κρεῖττον μετατυπωθῶσι. Τοῦτο γὰρ, φησὶ, καὶ ὁ Μιζιώνιος ᾔτησε, τὸ διορθωθῆναι τὰ δεόμενα διορθώσεως. Παράκλητον δὲ τὴν συνέλευσιν εἰρηκεν ἢ ὡς ἐκ παρακλήσεως ἀλλήλων ἀθροιζομένην ἢ ὡς εἰς διόρθωσιν παρακαλοῦσαν, διὰ τῶν παρ' αὐτῆς ὁριζομένων, τοὺς μὴ βιοῦντας καλῶς ἢ μὴ φρονοῦντας ὀρθῶς περὶ πίστεως.

ΚΑΝΩΝ ΛΖ'.

« Ὅτι οὐδὲν ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου εἴη διορθω- « τέον. Ἐπιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν τούτῳ « τῷ βρεβίῳ, τῷ ἀποδρεφθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱπ- « πωνι συνόδου, οὐδὲν νομίζομεν εἶναι διορθω- « τέον ἢ προσθετέον· εἰ μὴ ἵνα ἡ ἡμέρα τοῦ ἁγίου « Πάσχα ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου γνωρισθείη. »

ΒΑΛΣ. Ἡ Ἱππὼν πόλις ἐστὶ τῆς Καρχηδόνος, ἐν ᾗ συνόδου ἀθροισθείσης πολλὰ ὡρίσθησαν, ἐξ ὧν τινα ὀλίγα (βρέβους γὰρ παρὰ τοῖς Λατίνοις τὸ βραχὺ) ἀποδρεφθέντα προσεκομίσθησαν, καὶ ἔδοξαν καλῶς ἔχειν. Τοῦτο δὲ μόνον ἔφησαν οἱ Πατέρες εἶναι ἀναγκαῖον, τὸ τὴν ἡμέραν τοῦ ἁγίου Πάσχα δῆλην γενέσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ἀναγνωσθέντων τῶν γραμμάτων, ἀλλά μέντοι καὶ τοῦ βρεβίου, κατὰ τὴν εἰσήγησιν Αὐρηλίου, ὁ ἐπιγόνιος ἔφη· Οὐδὲν δοκεῖ ἡμῖν διορθώσεως ἄξιον ἐν τῷ βρεβίῳ τῷ ἀποτμηθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου. Ἱππὼν δὲ πόλις ἐστὶ τῆς Καρχηδόνος, ἐν ᾗ, συνόδου ἀθροισθείσης, πολλὰ ὡρίσθησαν, ἐξ ὧν τινα ὀλίγα προεκομίσθησαν εἰς τὴν σύνοδον ταύτην. Βρέβους γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ βραχύ, τὸ ὀλίγον λέγεται. Τοῦτο δὲ μόνον, φησὶν, ἀναγκαῖον, τὸ τὴν ἡμέραν τοῦ ἁγίου Πάσχα γνωρισθῆναι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου, ἀντὶ τοῦ δῆλην γενέσθαι, ὅτε σύνοδος γένηται.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐδὲν τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου διορθωτέον ἢ προσθετέον· εἰ μὴ ἵνα ἡ ἡμέρα τοῦ « Πάσχα ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου γνωρίζηται. »

Διάφοροι σύνοδοι ἐν πάσῃ τῇ τῶν Ἄφρων χώρᾳ γεγόνασιν ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις, καὶ ἀναγνωσθεῖσαν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ, καὶ ἔδοξεν ἡ ἐν Ἱππῶνι Ῥηγίῳ γενομένη σύνοδος καλῶς ἔχειν· καὶ ὥρισαν οἱ Πατέρες μήτε διόρθωσιν μήτε προσθήκην τὴν τοιαύτην δέξασθαι σύνοδον, ἀλλ' ἢ μόνον τὸ γνωρίζεσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου τῆς ἐν Καρχηδόνι γινομένης, ἵνα μή τινες ἴσως σφάλλωνται περὶ αὐτήν.

ΚΑΝΩΝ λη'.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μὴ « εὐχερῶς τὰ τέκνα αὐτῶν ποιεῖν ἐμαγκίπατα. « Ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς τὰ « τέκνα αὐτῶν μὴ ἐξὸν αὐτεξουσίως ἀπιέναι διὰ « ἐμαγκιπατίωνος, ἐν μηδὲν εἰς τοὺς τρόπους καὶ « εἰς τὴν ἡλικίαν αὐτῶν πληροφορηθῶσιν· ὡς « λοιπὸν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν εἰς αὐτοὺς συν« τείνειν. »

ΒΑΛΣ. Ἐμαγκιπατίων λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ἡ παρὰ τῶν πατέρων διδομένη τοῖς ὑπεξουσίοις παισὶν αὐτεξουσιότης. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν μὴ γίνεσθαι αὐτεξουσίους τοὺς παῖδας τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κληρικῶν παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς ἡλικίας καὶ τῶν ἀγαθῶν τρόπων πληροφορίαν δώσουσιν, ὅτι δύνανται δεόντως καὶ εὐλαβῶς τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομεῖν. Τούτου δὲ οὕτω μὴ γινομένου, φασὶ τοὺς πατέρας λόγον διδόναι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν παίδων. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐθέσπισεν ταῦτα χάριν τῶν τέκνων τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κληρικῶν· οἱ δὲ νόμοι παραχελεύονται διὰ νομίμου πράξεως, ἤγουν μετὰ δικαστικῆς διαγνώσεως, τὴν αὐτεξουσιότητα γίνεσθαι, μὴ διαστέλλοντες κληρικῶν καὶ λαϊκῶν παῖδας. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ κληρικοὶ οὐδὲ ἐπίσκοποι χωρὶς διακρέτου δικαστικοῦ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα ποιήσωσιν αὐτεξουσίους παῖδας αὐτῶν. Ἡ γὰρ δοκιμασία τοῦ βίου τούτων καὶ τῆς ἡλικίας κατὰ τὸν κανόνα παρὰ δικαστοῦ ὀφείλει γίνεσθαι,

BALS. Hippo urbs est Carthaginensis ditionis, in qua collecta synodo multa constituta sunt : ex quibus pauca quædam (id enim breve apud Latinos significat) decerpta allata sunt, et recte habere visa sunt. Hoc autem solum dixerunt Patres esse necessarium, ut sancti Paschatis dies manifestus evadat.

563 ZONAR. Lectis litteris et brevi, quemadmodum ab Aurelio propositum fuerat, Epigonius dixit: Nihil videtur nobis in brevi, quod ex synodo Hipponensi decerptum fuit, correctione dignum reperiri. Hippon autem urbs est Carthaginiensium ditionis, in qua collecta synodo multa constituta sunt, ex quibus pauca quædam ad hanc synodum sunt allata. Breve namque Latinis idem quod parvum, exiguum dicitur. Hoc vero solum necessarium esse ait, ut sancti Paschatis dies synodi tempore significetur, hoc est, quo tempore habetur synodus, denuntietur.

ARIST. « Nihil in synodo Hipponensi corrigendum, « vel ei addendum : nisi ut dies Paschatis cele« brandi tempore synodi significetur. »

Variæ synodi in tota Afrorum regione præterlapsis temporibus habitæ fuere, et in hac synodo lectæ, et visa est in Hipponensi regione celebrata synodus bene se habere : et decreverunt Patres istam synodum, nec correctionem aliquam accipere, nec additionem ; sed tantum, ut dies Paschæ in tempore synodi Carthagine habitæ significaretur, ne aliqui fortasse de eo hallucinentur.

CANON XXXVIII.

« Ut episcopi et clerici suos liberos non facile « emancipent. Ut episcopi et clerici suos liberos « non sinant per emancipationem sui juris fieri, « nisi de eorum moribus et ætate securi fuerint : « ut eorum peccata deinceps in ipsos confe« rantur. »

BALS. Emancipatio apud Romanos dicitur libertas quæ a patribus filiis, qui sunt in eorum potestate, datur. Dicit ergo canon, non debere sui juris fieri episcoporum et clericorum filios a patribus suis, nisi ex ætate et bonis moribus certam scientiam dederint, se posse sua prudenter, et ut oportet, administrare. Hoc autem nisi ita fiat, dicunt patres reddituros rationem pro peccatis filiorum. Et hæc quidem canon de episcoporum et clericorum filiis decernit. Leges autem jubent, ut per actum legitimum, sive cum legitima examinatione fiat emancipatio ; non distinguentes an sint clericorum vel laicorum filii. Et propterea nec clerici nec episcopi, sine judiciali decreto, ut mihi videtur, filios suos sui juris efficient. Eorum enim vitæ et ætatis secundum canonem examinatio debet a judice fieri, non autem a solo patre. Et lege tertium caput tituli 3 libri xxxi, quod dicit : Non nudus consensus patris liberat filium a patria pote-

state, sed actus legitimus : nec quidem causa requiritur, sed actus accurata subtilitas. Fortasse autem dixerit quispiam, præsentem canonem corrigere quintum caput tituli 2 libri XXXI, quod dicit : Qui diu filio permiserit agere, quæ ab iis, qui sui juris sunt, fiunt, et esse sub tutoribus, in potestate in filium præjudicium patitur. Cum enim hæc lex dicat a potestate patris eum liberari, qui permissu patris propria administrat longo tempore, scilicet biennio, dixit canon, non debere hoc fieri etiam in episcoporum vel clericorum filios : ne episcopi vel clerici injuria afficiantur ex eo, quod ipsorum filii propter eorum patientiam profuse ac luxuriose vivant. Excipe mihi episcoporum et clericorum filios Magnæ Ecclesiæ officiis honoratos. Hi enim eo ipso fiunt sui juris legum auctoritate : nec reddent patres rationem eorum quæ ipsi forte peccaverint. Lege et canonem 18 primæ synodi et ejus interpretationem; et canonem 7 **565** synodi in Trullo et ejus interpretationem, et commentarium 36 cap. primi tit. præsentis operis. In his enim fusius tractatum est, quod Magnæ Ecclesiæ magistratus seu officiales, utpote dignitate auctoritateque præditi, eo ipso a patria potestate liberantur. Reddere autem patres rationem de peccatis filiorum, qui non sunt sui juris secundum canonem, quantum ad Deum et ad animæ condemnationem accipe. Ex peccatis enim filiorum, tam eorum qui sunt, quam qui non sunt in potestate, patres nullo modo tenentur, nec puniuntur. Peccata enim, inquit lex, caput sequuntur. ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν παίδων μὴ γεγονότων

A οὐ μὴν παρὰ μόνου τοῦ πατρός. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ γ' κεφ. τοῦ γ' τίτλου τοῦ λα' βιβλίου, λέγον· Οὐ γυμνὴ συναίνεσις τοῦ πατρὸς ἐλευθεροῖ τῆς ὑπεξουσιότητος τὸν παῖδα, ἀλλὰ νόμιμος πράξις· οὐδὲ μὴν ἡ αἰτία ζητεῖται, ἀλλὰ τῆς πράξεως ἡ ἀκρίβεια. Ἴσως δὲ εἴπῃ τις, τὸν παρόντα κανόνα διορθωτικὸν εἶναι τοῦ ε' κεφ. τοῦ β' τίτλ. τοῦ λα' βιβλίου, λέγοντος· Ὁ τὸν παῖδα ἐπὶ πολὺ ἐάσας τὰ αὐτεξουσίων πράττειν, καὶ ὑπὸ ἐπιτρόπους τελεῖν, πρόκριμα πάσχει περὶ τὴν ὑπεξουσιότητα τοῦ παιδός. Τοῦ γὰρ νόμου τούτου λέγοντος ἀπολύεσθαι τῆς ὑπεξουσιότητος τὸν κατὰ ἀνοχὴν τοῦ πατρὸς διοικοῦντα τὰ οἰκεῖα ἐπὶ πολὺν χρόνον, ἤγουν ἐπὶ διετίαν, ἔφησεν ὁ κανὼν μὴ ὀφείλειν τοῦτο γίνεσθαι καὶ εἰς τοὺς παῖδας τῶν ἐπισκόπων ἢ τῶν κληρικῶν, ἵνα μὴ περιυβρίζωνται B οἱ ἐπίσκοποι ἢ οἱ κληρικοὶ ἐκ τοῦ ἴσως ἀσώτως διάγειν τοὺς παῖδας τούτων κατὰ ἀνεσιακλίαν αὐτῶν. Ὑπέξελε μοι τοὺς διὰ ἀρχοντικίων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τιμηθέντας παῖδας ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν. Οὗτοι γὰρ ἀπεντεῦθεν αὐτεξούσιοι γίνονται ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ νόμου, καὶ οἱ Πατέρες οὐ δώσουσι λόγους ὑπὲρ ὧν ἴσως αὐτοὶ πλημμελήσουσι. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ιη' κανόνα τῆς πρώτης συνόδου, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ· καὶ τὸν ζ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ, καὶ τὸ σχόλιον τοῦ λς' κεφ. τοῦ α τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐν τούτοις γὰρ διελήφθη πλατύτερον ὅτι οἱ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἄρχοντες ὡς ἀξιωματικοὶ ἀπεντεῦθεν ἀπαλλάττονται τῆς ὑπεξουσιότητος. Τὸ δὲ διδόναι λόγον τοὺς πατέρας αὐτεξουσίων κατὰ τὸν κανόνα, ὅσον τὰ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ψυχικὴν κατάκρισιν ἐκλαβοῦ. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν παίδων, τῶν ὑπεξουσίων δηλαδὴ ἢ καὶ αὐτεξουσίων, ὁπωσδήποτε οἱ πατέρες οὐκ [*f.* ἐνέχονται] ἀνέχονται, οὐδὲ κολάζονται. Τὰ γὰρ ἁμαρτήματα φησὶν ὁ νόμος, τῇ κεφαλῇ ἕπονται.

ZONAR. Episcopi, inquit canon, et clerici, ne liberos per emancipationem sui juris faciant. Est vero ea Latina vox. Emancipatio porro libertatem ab eo, qui subjectum aliquem habet, ipsi concessam significat. Liberos igitur, priusquam omnino prohibitam illorum perspectam habeant, ac per ætatem eos per se sapere posse intelligant emancipare prohibentur. Si namque ante id tempus filios sui juris fecerint, peccatorum quæ illi admiserint participes esse judicabuntur.

ARIST. « Episcopi et clerici liberos suos, ante mo-
» « rum stabilitatem, ne emancipent. »

Episcopi et clerici liberos suos de cura propria dimittere, et sui juris facere non debent, priusquam perfectæ sint ætatis, et actionibus moribusque stabiles.

CANON XXXIX.

« Ne episcopi et clerici ordinentur, nisi omnes « suos fecerint Christianos. Ut episcopi et pre- « sbyteri et diaconi non ordinentur, priusquam « omnes, qui sunt in suis ædibus Christianos « orthodoxos fecerint. »

BALS. Præsens quidem canon prohibet aliquem

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι, φησὶν ὁ κανών, καὶ οἱ τοῦ κλήρου μὴ ποιείτωσαν αὐτεξούσια τὰ ἴδια τέκνα διὰ ἐμαγκιπατίωνος. Καὶ αὕτη Ῥωμαϊκὴ ἡ λέξις· ἐμαγκιπατία δέ ἐστιν ἡ παρὰ τοῦ ἔχοντος ὑπεξούσιον διδομένη αὐτῷ αὐτεξουσιότης. Ὁρίζοντας τοίνυν μὴ ποιεῖν τὰ τέκνα αὐτῶν αὐτεξούσια, πρὶν ἢ πληροφορίαν λάβωμεν περὶ τῶν τρόπων αὐτῶν, ὅτι ἀγαθοί εἰσι, καὶ περὶ τῆς ἡλικίας ὅτι δύνανται τὸ δέον φρονῆσαι. Εἰ γὰρ πρὸ τοιούτου καιροῦ αὐτεξούσια τὰ τέκνα ποιήσουσι, τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν καὶ αὐτοὶ ἔσονται κοινωνοί.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ τὰ ἴδια τέκνα, πρὸ τῆς « τῶν τρόπων σταθηρότητος, μὴ ἐμαγκιπατεύσωσαν »

Τῆς ἰδίας χειρὸς οὐκ ὀφείλουσιν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ τὰ ἴδια τέκνα ἀπολύειν καὶ ποιεῖν αὐτεξούσια πρὸ ἀτελοῦς ἡλικίας, καὶ τῆς τῶν τρόπων καὶ τῶν ἠθῶν σταθηρότητος.

ΚΑΝΩΝ λθ'.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς μὴ χει- « ροτονεῖσθαι, εἰ μὴ πάντας τοὺς ἰδίους Χριστια- « νοὺς ποιήσωσιν. Ὥστε ἐπισκόπους καὶ πρε- « σβυτέρους καὶ διακόνους μὴ χειροτονεῖσθαι πρὶν ἢ « πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν Χριστιανοὺς « ὀρθοδόξους ποιήσωσιν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν κωλύει χειροτονεῖ

σθαί τινα, πρὸ τοῦ γενέσθαι ὀρθοδόξους Χριστιανούς; A ordinari, priusquam infideles et hæretici, qui cum
τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ οἰκοῦντας ἀπίστους ἢ αἱρετικούς· eo habitant, fiant orthodoxi Christiani. Alii autem
Ἕτεροι δὲ κανόνες κολάζουσι καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὸ συν- canones hoc ipsum quoque puniunt; si orthodoxus
διάγειν ὀρθόδοξον μετὰ ἀπίστων ἢ αἱρετικῶν. Εἰ scilicet una cum infidelibus vel hæreticis versetur.
γοῦν λαϊκῷ οὐκ ἐφεῖται κοινωνεῖν μετὰ ἀπίστου ἢ Si ergo laico cum infideli vel hæretico versari non
αἱρετικοῦ, πολλῷ πλέον ἐπισκόπῳ ἢ κληρικῷ τοῦτο permittitur, multo magis hoc episcopo vel clerico
οὐ παραχωρηθήσεται. Διὸ οὐ μόνον οὐ κληρωθήσε- non concedetur. Quamobrem non solum in clerum
ται ὀρθόδοξος διάγων μετὰ ἀπίστου ἢ αἱρετικοῦ, non referetur orthodoxus, qui cum infideli vel hære-
ἀλλὰ καὶ τῆς κοινωνίας ἐκβληθήσεται. Ὁ γὰρ κοι- tico degit, sed etiam communione ejicietur. Qui
νωνῶν ἀκοινωνήτῳ ἀκοινώνητός ἐστι. Καὶ ταῦτα enim communicat cum excommunicato, est excom-
μὲν περὶ τῶν ἀπὸ γένους ὀρθοδόξων καταγομένων municatus. Et hæc quidem de iis, qui ex ortho-
περὶ γὰρ τῶν ἐξ ἀπίστων εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ἀληθῆ doxorum genere descendunt. De iis enim qui ex
ἡμετέραν πίστιν γραφέντων ἀναγνωθι τὸ ε' κεφ. α' infidelibus in sanctam veramque nostram fidem
τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, scribuntur, lege cap. 10 tit. 1 præsentis operis,
καὶ τὸν οη' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. et quæ in eo sunt, et canonem 78 synodi in
B Trullo.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι χρέος ἔχουσι διδάσκειν καὶ ZONAR. Episcoporum munus est infideles eru-
μετάγειν τοὺς ἀπίστους εἰς πίστιν, καὶ τοὺς σφαλ- dire atque allicere ad fidem; tum Christianis a fide
λομένους περὶ τὰ δόγματα Χριστιανοὺς ὁδηγεῖν εἰς aberrantibus rectam orthodoxæ doctrinæ semitam
ὀρθοδοξίαν ὁμοίως καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διά- præmonstrare quod item sacerdotes quoque et
κονοι. Ἐὰν δέ τις αὐτὸς μὲν εἴη Χριστιανός, τοὺς diaconi præstare debent. Si quis ergo, ipse quidem
δὲ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, οἷον γυναῖκα καὶ παῖδας καὶ Christianus sit, domesticos vero, uxorem nempe
οὓς πρὸς ὑπηρεσίαν ἔχει, ἢ ἀπίστους ὄντας παροῤῥᾷ filiosque et servos, infideles cum sint vel hæretici,
ἢ αἱρετικούς, τοῦτον μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρε- erudire negligit, eum neque episcopum, neque
σβύτερον, μήτε διάκονον γίνεσθαι λέγει ὁ κανών. presbyterum, neque diaconum creari licere canon
Ὃς γὰρ τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ διδάξει, καὶ μετα- decernit. Quisquis enim domesticos suos erudire,
στρέψαι ἐκ κακοδοξίας εἰς ὀρθοδοξίαν οὐ δύναται, atque a pravo sensu ad rectam sententiam traduce-
ἢ οὐ βούλεται, πῶς οὗτος ἑτέρους διδάξει; Καὶ αὐ- re non potest, aut negligit, quo pacto aliis eru-
τὸς δὲ ἀμφίβολος ἂν περὶ τὴν πίστιν λογίζοιτο. Καὶ diendis ille sufficiet? Quinimo dubiæ fidei suspi-
ὁ μέγας δὲ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων φησίν· Εἴ τις C cione ipsemet non carebit. Et vero magnus quoque
τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐ δύναται, πῶς Paulus ad Timotheum scribens: *Si quis*, inquit,
Ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; *domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit* [49]?

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ χειροτονεῖται ὁ μὴ τοὺς εἰς τὸν οἶκον 565 ARIST. « Non ordinatur, qui omnes ejus
« αὐτοῦ πάντας ὀρθοδόξους ποιήσας. » « domesticos orthodoxos non facit. »

ΚΑΝΩΝ Μ'. CANON XL.

« Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι παρατίθεσθαι ἄρτου καὶ οἴνου « Non licere ultra panem et vinum aqua mistum
« ὕδατι μεμιγμένου τί ποτε ἐν τοῖς ἁγίοις προσ- « quidquam in sanctis offerre. Ut in sanctis nihil
« φέρειν· ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ « amplius quam corpus et sanguis Domini offe-
« σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου προσε- « ratur, ut etiam ipse Dominus tradidit, hoc est,
« νεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος παρέδωκεν· « panis et vinum aqua mistum. Primitiæ autem,
« τοῦτ' ἔστιν, ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου. « sive mel, sive lac, ex more offerantur uno die
« Ἀπαρχὴ δὲ, εἴτε μέλι, εἴτε γάλα, ὡς εἴωθεν, « consueto ad infantium mysterium: etsi enim
« προσφερέσθω ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰθισμένῃ εἰς τὸ τῶν « maxime in altari offerantur, propriam tamen
« νηπίων μυστήριον· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐν D « suam habeant benedictionem, ut a Dominici
« θυσιαστηρίῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἔχέτω « corporis et sanguinis sacramento sejungantur.
« κυρίως εὐλογίαν, ὡς ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ « Nihil autem in primitiis amplius offeratur,
« κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος διίστασθαι. Μη- « quam ex uvis et frumentis. »
« δὲν δὲ πλέον ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς προσφερέσθω ἢ
« ἀπὸ σταφυλῶν καὶ σίτου. »

ΒΑΛΣ. Ὁ λβ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου BALS. Tricesimus secundus canon synodi in
πλατέως θεσπίζει γενέσθαι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν Trullo abunde constituit, ut incruentum fiat sacri-
μετὰ ἄρτου καὶ οἴνου μεμιγμένου ὕδατι· ὡς τοῦ ficium cum pane et vino aqua misto; utpote pane
μὲν ἄρτου, τύπον ἐπεχοντος τοῦ κυριακοῦ σώματος, quidem typum gerente Dominici corporis vino au-
τοῦ δὲ οἴνου τύπον αἵματος. Ἐπεὶ δὲ οὐχ αἷμα tem typum sanguinis. Quia autem non solum san-
μόνον ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Κυρίου ἐῤῥύη, ἀλλὰ καὶ guis ex latere Domini effluxit, sed etiam aqua,
ὕδωρ, διὰ τοῦτο συγχιρνᾶται τῷ προσφερομένῳ propterea vino, quod offertur, aqua quoque com-

[49] I Tim. III, 5.

miscetur. Lege etiam canonem 3 sanctorum apostolorum. Cum iis autem eadem præsens quoque canon præcipit, adjiciens, quod etiam si soleat in altari offerri mel vel lac, tanquam primitiæ in die uno consueto, ad infantium mysterium, scilicet pro infantibus : ea tamen non debent una cum divinis sacramentis reponi sed seorsum locari, et magis ab illis benedici. Ut primitiæ autem nihil amplius offeratur, quam frumentum novum et uva. Quæ autem de lacte et melle dicta sunt, prohibita fuerunt etiam in canone 56 septimæ synodi.

A οἶνῳ καὶ ὕδωρ. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν γ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν παρακελεύεται, προστιθέμενος ὡς, εἰ καὶ εἴωθε προσφέρεσθαι ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὡς ἀπαρχὴ, μέλι ἢ γάλα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμῳ, εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον, ἤγουν ὑπὲρ τῶν νηπίων· ἀλλ' ὅμως οὐκ ὀφείλουσι ταῦτα συνανακεῖσθαι μετὰ τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἀλλ' ἰδιαζόντως κεῖσθαι, καὶ εὐλογεῖσθαι μᾶλλον ὑπ' ἐκείνων. Ὡς ἀπαρχὴ δὲ μηδὲν πλέον προσφερέσθω ἢ σῖτος νέος καὶ σταφυλή. Τὰ δὲ περὶ τοῦ γάλακτος καὶ τοῦ μέλιτος ἐκωλύθησαν ἐν τῷ νϛ' κανόνι τῆς ζ' συνόδου.

ZONAR. Tertio quoque, et quarto sanctorum apostolorum canone de hac re constituitur. Quoniam vero illos adhuc nonnulli negligebant, inter quos Armenii, qui vinum solummodo inter sancta offerebant, neque aliquam aquæ partem admiscebant, ut sextæ synodi in Trullo tricesimo secundo canone sancitum est; fecit hæc synodus, ut suum ipsa quoque decretum hac de re interponeret : quo quidem aliud quidquam, præter panem et vinum aqua mistum, in sanctis offerri vetat : panem quidem, qui Dominici corporis, vinum vero, quod sanguinis typum ac figuram gerat. Cum vero non solus sanguis ex Dominico latere, sed aqua etiam effluxerit, idcirco vino, quod in altari offertur, aqua quoque præterea admisceri necesse est. Quod autem ait, primitiarum nomine mel aut lac, certo quodam die, ad infantium mysterium offerri consuetum est, et in altari offeratur, non tamen cum divino pane simul vinoque intermisceri concessum sit, sed seorsum ab illis, propria precationis adhibita formula, benedicantur. Illud vero [ad infantium mysterium] quidam sic intelligunt, ut ea parvulis sacrorum mysteriorum loco præbeantur; quod ego quidem haud probaverim. Alii vero, quasi lac primitiarum nomine, propter infantes, quippe qui solo lacte alantur, offerri solitum fuerit. Verum id ex quinquagesimo septimo sextæ synodi canone omnino vetitum est. Primitiarum autem nomine, inquit, nihil præter novum frumentum ac novissime maturitatem assecutos uvarum racemos offerri concessum sit.

B

C

ZΩΝΑΡ. Καὶ ὁ τρίτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ δ' περὶ ταύτης ὑποθέσεως διατάττεται. Ἐπεὶ δέ τινες καὶ μετὰ ταῦτα παρέβαινον τοὺς κανόνας ἐκείνους, ὡς οἱ Ἀρμένιοι, οἶνον μόνον προσφέροντες εἰς τὰ ἅγια, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὕδωρ, καθὼς ὁ λϛ' περιέχει κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, ἦλθε καὶ ἡ παροῦσα σύνοδος, εἰς τὸ περὶ τούτου διατάξασθαι, καί φησι πλέον μηδὲν ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου προσφέρεσθαι εἰς τὰ ἅγια, τὸν μὲν ἄρτον, εἰς τύπον τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, τὸν δὲ οἶνον τοῦ αἵματος. Ἐπεὶ δὲ οὐχ αἷμα μόνον ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Δεσπότου ἐρρύη, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον τῷ προσφερομένῳ οἴνῳ εἰς τὰ θεῖα μυστήρια καὶ ὕδωρ συγκιρνᾶσθαι. Ὅτι δέ, φησὶν, εἰωθε προσφέρεσθαι, ὡς ἀπαρχὴ, μέλι ἢ γάλα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμῳ εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον, καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρηται, ὅμως μὴ τῷ θείῳ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ μιγνύσθωσαν, ἀλλ' ἰδίαν ἐχέτω εὐλογίαν, κεχωρισμένα ἐξ ἐκείνων εὐλογούμενα. Τὸ δὲ, εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον, τινές φασιν εἶναι τὸ μεταδίδοσθαι ταῦτα τοῖς νηπίοις ἀντὶ τῶν μυστηρίων, ὅπερ οὐκ οἶμαι· τινὲς δὲ, ὅτι τὸ γάλα προσήγετο ὡς ἀπαρχὴ διὰ τὰ νήπια, ὡς γάλακτι μόνῳ τρεφομένων αὐτῶν. Τοῦτο δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος τελείως ἐκώλυσεν ἐν νϛ' κανόνι. Ὡς ἀπαρχὴ δὲ, φησὶ, μηδὲν πλέον προσφερέσθω ἢ σῖτος νέος καὶ σταφυλαὶ ἄρτι γενόμεναι πέπειροι.

ARIST. « Panis et vinum aqua mistum, idque « solum, offeratur. »

Nihil enim plusquam corpus et sanguis Domini offeretur; sed panis tantum et vinum aqua mistum : ut et ipse Dominus tradidit.

ΑΡΙΣΤ. Ἄρτος καὶ οἶνος ὕδατι κεκραμένος προσα« γέσθω, καὶ μόνον. »

Οὐδὲν γὰρ πλέον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου προσενεχθήσεται, ἀλλ' ἄρτος μόνον καὶ οἶνος ὕδατι μεμιγμένος· καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος παρέδωκε.

D

566 CANON XLI.

« Ut clerici, vel qui sunt continentes, ad virgines « vel viduas non ingrediantur. Clerici, vel qui « sunt continentes, ad viduas vel virgines non « ingrediantur, nisi ex permissione et consensu « proprii episcopi, vel presbyterorum : et hoc « quoque non soli faciant, sed cum conclericis, « vel cum eis, cum quibus episcopus vel presby« teri soli habent aditum ad ejusmodi mulieres, « vel ubi adsunt clerici, vel aliqui bonæ existi« mationis Christiani. »

BALS. Continentes dicuntur monachi; ut hoc ex

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

« Ὥστε κληρικοὺς ἢ ἐγκρατευομένους πρὸς παρ« θένους ἢ χήρας μὴ εἰσιέναι. Κληρικοὶ ἢ ἐγκρα« τευόμενοι πρὸς χήρας ἢ παρθένους, εἰ μὴ κατ' « ἐπιτροπὴν καὶ συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου « ἢ τῶν πρεσβυτέρων, μὴ εἰσίτωσαν· καὶ τοῦτο « δὲ μὴ μόνοι ποιείτωσαν, ἀλλὰ μετὰ συγκληρι« κῶν, ἢ μετὰ τούτων, μεθ' ὧν ὁ ἐπίσκοπος « ἢ οἱ πρεσβύτεροι μόνοι ἔχουσι τὴν εἴσοδον πρὸς « τὰς τοιαυτοτρόπους γυναῖκας, ἢ ὅπου πάρεισι « κληρικοὶ ἢ ἔντιμοί τινες Χριστιανοί.

ΒΑΛΣ. Ἐγκρατευόμενοι λέγονται οἱ μοναχοὶ, ὡς

καρίσταται τοῦτο ἀπὸ τοῦ ιθ' κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Φησὶ γοῦν ὁ παρὼν κανὼν μὴ ἐντυγχάνειν κληρικοὺς ἢ μοναχοὺς χήραις ἢ παρθένοις καθιερωμέναις πάντως οὔσαις, εἰ μὴ παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἢ τῶν πρεσβυτέρων, δηλαδὴ μὴ παρόντων ἐπισκόπων, ἐπιτραπείεν. Καὶ τότε δὲ μὴ μόνοι εἰσίτωσαν, ἀλλὰ μετὰ συγκληρικῶν, ἢ μετ' ἐκείνων μεθ' ὧν καὶ ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἰσίασι πρὸς αὐτάς· ἢ ἐκεῖ ἐντυγχανέτωσαν αὐταῖς, ὅπου εἰσὶ κληρικοὶ ἢ ἔντιμοί τινες Χριστιανοί. Τὸ κατ' ἐπιτροπὴν δὲ ἢ συναίνεσιν εἴρηται, διότι ἢ διά τι χρήσιμον τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεται παρὰ τούτων ἡ ἐντυχία, καὶ ἐπιτρέπουσι ταύτην οἱ ἐπίσκοποι, ἢ διὰ οἰκείαν χρησιμότητα καὶ αἴτησιν, καὶ ὀφείλουσι συναινεῖν οἱ ἐπίσκοποι. Ἀνάγνωθι τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλου ια' κεφ. ε', συνόδου ς' κανόνα μζ', καὶ τῆς ρλγ' Ἰουστινιανείου νεαρᾶς κεφ. θ', ἤτοι κεφ. ιε' τοῦ δ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅπερ κατεστρώθη ἐν τῷ μζ' κανόνι τῆς ἕκτης συνόδου.

ZONAR. Φεύγειν τὰς ὑπολήψεις παρηγγέλθημεν οἱ πιστοί, κἂν ὦσι ψευδεῖς, καὶ τῷ θεσπεσίῳ εἴρηται Παύλῳ· *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Ταύταις οὖν ταῖς παραγγελίαις, ἀλλὰ μὴν καὶ ἑτέραις καὶ οἱ Πατέρες οὗτοι ἑπόμενοι, φασὶ πρὸς χήρας ἢ παρθένους, δηλαδὴ καθιερωμένας, μὴ εἰσιέναι κληρικοὺς ἢ ἐγκρατευομένους. Τοὺς μοναχοὺς δὲ ὠνόμασαν ἐγκρατευομένους κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ὃς περὶ ὁμολογίας τοῦ παρθενεύειν διατάττομένος ἐν ιθ' αὐτοῦ κανόνι φησίν· Ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίαν οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατηρίθμησαν, οἱ κατὰ τὸ σωπώμενον δοκοῦσι παραδέχεσθαι τὴν ἀγαμίαν. Τοὺς οὖν κληρικοὺς καὶ τοὺς ἐγκρατευομένους, εἰ μὴ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων, δηλαδὴ μὴ παρόντος ἐπισκόπου, ἐπιτραπείεν, μὴ εἰσιέναι κελεύουσιν εἰς τὰς εἰρημένας γυναῖκας· καὶ τότε δὲ μὴ μόνοι εἰσίτωσαν, ἀλλὰ μετὰ συγκληρικῶν ἢ μετ' ἐκείνων, μεθ' ὧν, καὶ ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἰσίασι πρὸς αὐτάς· ἢ ἐκεῖ ἐντυγχανέτωσαν αὐταῖς, ὅπου εἰσὶ κληρικοί, ἢ ὅπου εἰσὶν ἔντιμοί τινες Χριστιανοί, ὥστε πᾶσαν ὑποψίαν περιαιρεῖσθαι. Κατ' ἐπιτροπὴν δέ, φησὶν ὁ κανών, ἢ συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Ἡ γὰρ ἐκεῖνος ἐπιτρέψει τῷ κληρικῷ ἀφ' ἑαυτοῦ κινηθεὶς διά τινα χρείαν, ἢ τινος τῶν εἰρημένων αἰτήσαντος συντυχεῖν ταῖς εἰρημέναις γυναιξὶν αἰτίας ἀπαιτούσης ὁ ἐπίσκοπος συναινεῖ.

ARIST. « Κληρικοὶ καὶ ἐγκρατευόμενοι χήραις ἢ « παρθένοις μὴ προσιέτωσαν εἰ μὴ ἐπισκόπου καὶ « πρεσβυτέρου ἐπιταγῇ· καὶ οὕτω μὴ μόνοι, ἀλλὰ « μεθ' ὧν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι πρὸς τὰς « τοιαύτας εἰσίασιν. »

Δεῖ πᾶσαν εἶναι ἀσφάλειαν τῶν παρθένων καὶ τῶν χηρῶν, τῶν τεταγμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπ' αὐ-

ΒΑΛΣ. Καὶ ἄλλοι διάφοροι κανόνες ὥρισαν, πότε ὀφείλει γίνεσθαι σύνοδον παρὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν χάριν τοῦ λύεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. Φησὶ δὲ καὶ ὁ παρὼν κανὼν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου (ἔστι δὲ οὗτος ὁ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἤγουν κα' τοῦ Αὐγούστου μηνός· καλάνδαι γὰρ αἱ πρῶται τοῦ μηνὸς λέγονται) τὴν ἡμέραν, τοῦ Πάσχα δηλοῦσθαι, ὥστε γινώσκεσθαι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ἀφρικῇ. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις· ἐπεὶ δὲ οὔτε ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὔτε ἀφ' ἑτέρου γινώσκεται ἡ ἐπίστασις τῆς ἡμέρας τοῦ Πάσχα (καὶ ὁ ξ' γὰρ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν διορίζεται τὸ Πάσχα ἑορτάζειν ἡμᾶς καὶ πλέον οὐδέν)· δέον εἶναι κατανοήσαμεν ἀναδιδάξαι τοὺς θέλοντας διὰ τῆς τοῦ παρόντος κανόνος ἑρμηνείας, πῶς εὑρίσκεται ἡμέρα τοῦ νομικοῦ ἤτοι Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ Πάσχα· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ἀποκρέα. Εἰκὸς γάρ ἐστι παραπεσεῖν ὀρθόδοξόν τινα εἰς τόπους, ἔνθα τὰ τοιαῦτα οὐ πολυπραγμονοῦνται οὐδὲ γινώσκονται, καὶ ἐξ ἀγνοίας ἀποκρεῶσαι ἢ πασχάσαι παρὰ τὸν προσήκοντα καιρόν, ὅπερ ἐστὶν ἀσύγγνωστον. Ἰστέον οὖν πρὸ πάντων ὅτι, εἰ μὴ γινώσκει τις τοῦ νομικοῦ Πάσχα τὴν ἡμέραν, οὐ δύναται εἰπεῖν πότε ὀφείλει γενέσθαι τὸ Χριστιανικὸν Πάσχα. Ἔτι ἰστέον ὅτι τὸ μὲν νομικὸν Πάσχα γίνεται ἀπὸ κα' τοῦ Μαρτίου μηνὸς μέχρι καὶ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης τοῦ Ἀπριλλίου μηνός· τὸ δὲ Χριστιανικὸν ἀπὸ τῆς κγ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς μέχρι τῆς κα' τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Τούτων δὲ οὕτω προδιωρισμένων, εἰ θέλεις ἐξακριβώσασθαι τὴν ἡμέραν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ, ζήτησον πρῶτον καὶ εὑρὲ τὸν

exceptis verbis eumdem præsus apud synodum in Trullo, quæ sexta dicitur, ac ibidem explicatum, reperiet.

ARIST. « Illi de quibus ambigitur, utrum baptizati
« sint necne, placuit, ut baptizentur : ne pro-
« pter ambiguitatem divino lustratione destituan-
« tur. »

Secundo quidem baptizari quemplata, nisi ab impiis baptizatus fuerit diversi canones prohibent. Si quis autem ambigit, an baptizatus fuerit, utpote nec ipse ob infantilem ætatem illud sciens, nec aliis affirmantibus et testantibus eum haud dubie baptizatum fuisse : sine ulla dubitatione baptizari debet : ne propter dubitationem divina purgatione privetur.

CANON LXXVI.

« Ut dies Paschæ in die synodi annuntietur. Hoc
« quoque similiter placuit, ut dies venerandi Pa-
« schæ per formatarum subscriptionem omnibus
« ostendatur, dies autem synodi idem servetur,
« qui in Hipponensi synodo fuit constitutus, id
« est, ante decimum Kalendas Septembris. Debet
« enim etiam scribi ad primates omnium pro-
« vinciarum, ut quando apud se concilium con-
« gregant, ab eo die abstineant. »

BALS. Alii quoque diversi canones statuerunt, quando debeat fieri synodus a provinciatibus, ut solvantur ecclesiasticæ quæstiones. Dicit autem etiam præsens canon, ut tempore synodi (id est, ante 10 Kalend. Septembris, 21 scilicet mensis Augusti; Kalendæ enim sunt primus dies mensis) dies Paschæ declaretur, ut cognoscatur ab omnibus qui sunt in Africa. Ac in his quidem consistit canon. Quia autem, nec a præsenti canone, nec ab alio cognoscitur diei Paschæ institutio (nam canon 7 sanctorum apostolorum statuit, ut nos post vernum æquinoctium Pascha celebremus, et nihil aliud), existimavimus oportere nos per præsentis canonis interpretationem docere eos, qui velint, quomodo inveniatur dies legalis seu Judaici et Christiani Paschæ, quin et Carnisprivium. Fieri enim potest, ut orthodoxus quispiam in loca, ubi hæc non curantur nec cognoscuntur, incidat, et per ignorantiam non convenienti tempore vel a carnibus abstineat vel Pascha celebret; quod non est cunctandum. Ante omnia ergo sciendum est, quod nisi quis legalis Paschæ diem 610 noverit, non potest scire quando Christianum Pascha fieri debeat. Præterea sciendum est, quod legale Pascha fit a vicesimo primo mensis Martii usque ad decimum octavum Aprilis; Christianum autem a vicesimo tertio Martii usque ad vicesimum quintum mensis Aprilis. His autem sic primum consideratis, si vis Judaici Paschæ diem exacte scire, et itidem Christiani, quære primum et invenі cyclum lunæ, qui sic invenitur : Numera annos a creatione mundi, et per novemdecim eos divide, et qui remanserint, cyclum lunæ decta-

ralium. Deinde etiam cyclum solis invenî hoc modo: Numera annos a creatione mundi, et eos divide per viginti octo, et qui restant die eos cyclum solarem declarare. Cycli quidem lunæ, qui sunt novemdecim, incipiunt a mense Januario: cycli autem solis, qui sunt viginti octo numero, incipiunt a mense Octobri. Cum ergo cycli lunæ et solis sic inveniantur, multiplica undecies tunc currentem lunæ cyclum; deinde adde usque ad decimum sextum cyclum, pro saeculis elapsis, sex dies, qui epactæ dicuntur; post decimum sextum cyclum usque ad decimum nonum, adde similiter septem dies; et postquam hos omnes dies in unam summam collegeris, divide eos per triginta, et cum veneris ad numerum triginta diebus minorem, eum sume, et tot dies ex mense Martio vel etiam Aprilli illi adde, quot sufficiant, ut fiat numerus quinquagesimus, et die statim in fine quinquagesimi debere esse Pascha legale. Ut autem quod dictum est, per exemplum fiat manifestius, labentis anni sexies millesimi sexcentesimi octogesimi sexti Paschales dies quære, et die ita: Cyclus lunæ est eo anno septemdecim qui per undecim multiplicatus efficit dies centum octoginta septem. Undecies enim septemdecim sunt centum octoginta septem. His pro saeculis, ut dictum est, diebus quoque septem additis, efficitur numerus dierum centum nonaginta quatuor. Quo quidem numero per triginta diviso, relinquuntur dies quatuordecim: sexies enim triginta sunt centum octoginta. Ut ergo fiat numerus dierum quinquaginta, quo inveniatur dies Paschæ legalis, adde dictis quatuordecim diebus unum et triginta dies Martii et Aprilis dies quinque; et sic cum quinquaginta dierum numerum effeceris, die debere fieri Pascha legale quinto die mensis Aprilis. Quia autem mensis quidem dies sic comprehenditur; septimanæ autem dies incertus est: opus est te quoque eum docere. Et quoniam hoc anno cyclus solis est vicesimus secundus, cyclicum hunc numerum sume, et pro unoquoque quadriennio præter bissextum diem unum ei adde, scilicet pro vigesimo duobus cyclis dies quinque, qui etiam epactæ dicuntur. His sic addo, si quidem in mense Martio legale Pascha invenitur, ratione præteritorum mensium, qui numerantur a mense Octobri, dies undecim; scilicet pro Octobri dies tres, quoniam habent hic menses dies triginta et unum; pro Novembri, duos dies, quod is habeat dies triginta, et pro Decembri et Januario dies sex, quod unusquisque eorum habeat dies triginta et unum. Pro mense autem Februario nihil addes, eo quod ei desit: si autem inveniatur Pascha legale mense Aprili, ut fit in præsenti tempore: adde etiam tres alios dies pro mense Martio, ut sint pro mensibus dies quatuordecim. Legitimo ergo Paschæ die invento, ut diximus, quinto mensis 611 Aprilis, his adde 22 dies solaris cycli, et ex bissexto quinque, qui etiam epactæ dicuntur, et 14 mensium; et eos omnes 41 dierum summam collige ac rursus in sex septimanas resolve, sic dicendo, semel septem

A κύκλον τῆς σελήνης, ὃς καὶ εὑρίσκεται οὕτως· Ἀριθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὅσα αὐτὰ ἐπὶ τῶν κδ', καὶ τὰ ἐναπομείναντά εἰσι δηλωτικὰ τοῦ κύκλου τῆς σελήνης. Εἶτα εὑρὲ καὶ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου οὕτως· ἀριθμησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, καὶ ὅσα αὐτὰ ἐπὶ τῶν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ τὰ περιλειπόμενα εἰσὶ δηλωτικὰ εἶναι τοῦ κύκλου τοῦ ἡλίου. Οἱ μέντοι κύκλοι τῆς σελήνης, δεκαεννέα ὄντες, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός· οἱ δὲ κύκλοι τοῦ ἡλίου, εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ὄντες τὸν ἀριθμὸν, ἄρχονται ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. Τῶν γοῦν κύκλων τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου οὕτως εὑρισκομένων, ἑνδεκαπλασίασον τὸν τρέχοντα τηνικαῦτα κύκλον τῆς σελήνης· εἶτα πρόσθες μέχρι μὲν τοῦ ς' κύκλου χάριν τῶν παρελθόντων αἰώνων ἡμέρας ἕξ τὰς λεγομένας ἐπακτάς. Μετὰ δὲ τὸν ις' κύκλον μέχρι τοῦδε πρόσθες ὑπὲρ ὁμοίου ἡμέρας ἑπτά· καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν τῶν τοιούτων ὅλων ἡμερῶν ἕνωσιν, ὅρα εἰ αὐτὰς ἐπὶ τῶν λ', καὶ ὅταν καταντήσῃς εἰς ποσότητα ἥττονα τῶν λ' ἡμερῶν, καὶ κράτησον εἰς τὰς χεῖράς σου ταύτην καὶ ἕνωσον ἐπ' αὐτῇ ἀπὸ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἢ καὶ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας ὅσαι ἐλλείπουσιν εἰς τὸ συμπεσωθῆναι πεντήκοντα. Καὶ οὕτως εἰπὲ κατὰ τὸ τέλος τῆς πεντηκοντάδος· ὀφείλων γίνεσθαι τὸ νομικὸν Πάσχα. Ἵνα δὲ καὶ διὰ παραδείγματος σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ζήτησον τὰς τοῦ τρέχοντος ςχιϛ' ἔτους Παχάλου ἡμέρας, καὶ εἰπὲ οὕτως· Ὁ κύκλος τῆς σελήνης κατὰ τὸ τοιοῦτον ἔτος ἐστὶν ἑπτακαιδέκατος, ὅστις ἑνδεκαπλασιαζόμενος ἀπαρτίζει ἡμέρας ρπζ'. Ἑνδεκάκις γὰρ δεκαεπτὰ ρπζ'. Προστεθεμένων οὖν τούτοις χάριν τῶν αἰώνων, ὡς εἴρηται, καὶ ἡμερῶν ἑπτά, ἀποτελεῖται ποσότης ἡμερῶν ριϛ'. Ἧς δὴ ποσότητος ὀφειλομένης ἐπὶ τῶν λ', περιλιμπάνονται ἡμέραι ιδ'. Ἑξάκις γὰρ τριάκοντα ρπ'. Ἵνα τοίνυν ποσωθῶσι πεντήκοντα ἡμέραι, χάριν τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἡμέραν τοῦ νομικοῦ Πάσχα, ἕνωσον ταῖς ῥηθείσαις δέκα πρὸς ταῖς τέσσαρσιν ἡμέραις τὰς τριάκοντα πρὸς τῇ μιᾷ ἡμέρας τοῦ Μαρτίου μηνὸς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀπριλλίου ἡμέρας πέντε· καὶ οὕτω συμπεσοῦσαι ἡμέραι ν' λέγε ὀφείλειν γενέσθαι τὸ νομικὸν Πάσχα κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Ὅτι δὲ ἡ μὲν τοῦ μηνὸς ἡμέρα οὕτω καταλαμβάνεται, ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα ἄδηλός ἐστι, χρεών ἐστι καὶ ταύτην ἀναδιδαχθῆναί σε. Καὶ ἐπεὶ ἔστι κατὰ τὸ τοιοῦτον ἔτος ὁ κύκλος τοῦ ἡλίου κβ', κράτησον εἰς τὰς χεῖράς σου τὴν τοιαύτην κυκλικὴν ποσότητα, καὶ ἕνωσον ταύτῃ ὑπὲρ ἑκάστης τετραετίας χάριν τοῦ βισέξτου ἡμέραν μίαν, ἤγουν ὑπὲρ τῶν κβ' κύκλων ἡμέρας κ', αἳ καὶ ἐπακταὶ λέγονται. Ὁσαύτως ἕνωσον ταύταις, εἰ μὲν τὸ νομικὸν Πάσχα εὑρίσκεται εἰς Μάρτιον μῆνα, λόγῳ τῶν προπαρελκόντων μηνῶν τῶν ψηφιζομένων ἀπὸ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἡμέρας ια', ἤγουν ὑπὲρ τοῦ Ὀκτωβρίου ἡμέρας γ', διὰ τὸ ἔχειν τὸν αὐτὸν μῆνα λ' πρὸς τῇ μιᾷ· ὑπὲρ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἡμέρας β', διὰ τὸ ἔχειν τοῦτον ἡμέρας τριάκοντα· καὶ ὑπὲρ τοῦ Δεκεμβρίου καὶ τοῦ Ἰανουαρίου

ἡμέρας ἕξ, διὰ τὸ ἔχειν τούτους ἀνὰ τριάκοντα πρὸς τῇ μιᾷ· ὑπὲρ δὲ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς μηδὲν προσθήσεις, διὰ τὸ ἐλλιπῆ τοῦτον εἶναι. Εἰ δὲ τὸ νομικὸν Πάσχα εὑρίσκεται κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα, ὥσπερ γίνεται κατὰ τὴν παροῦσαν ἐγχρονίαν, πρόσθες καὶ ἑτέρας ἡμέρας τρεῖς χάριν τοῦ Μαρτίου μηνός· ὡς εἶναι τὰς ὑπὲρ τῶν μηνῶν ἡμέρας δέκα πρὸς ταῖς τέσσαρσι. Τοῦ γοῦν νομικοῦ Πάσχα, ὡς εἴπομεν, εὑρισκομένου εἰς τὰς ε' τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, ἔνωσον ταύταις τὰς κβ' ἡμέρας τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου, τὰς ἀπὸ τοῦ βισέξστου πέντε, τὰς καὶ ἐπακτὰς λεγομένας, καὶ τὰς ιδ' τῶν μηνῶν, καὶ συμποσώσας ὅλας εἰς ἡμέρας μϛ', καὶ αὖθις ἀναλύσας αὐτὰς εἰς ἑβδομάδας ἕξ, διὰ τοῦ εἰπεῖν οὕτως, ἑξάκις ἑπτὰ τεσσαράκοντα δύο, εὑρήσεις περιλιμπανομένας ἡμέρας τέσσαρας, ἤτοι γίνεσθαι τὸ νομικὸν Πάσχα κατὰ τὴν ε' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς τὴν οὖσαν ἡμέραν δ' τῆς ἑβδομάδος. Ὅτι οὖν Παράδοσίς ἐστιν ἐκκλησιαστικὴ μετὰ τὸ νομικὸν Πάσχα γίνεσθαι τὸ Χριστιανικὸν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα εἰς πρώτην ἡμέραν, εἰπὲ ὀφείλειν γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης τὸ Χριστιανικὸν Πάσχα κατὰ τὴν θ' τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἐὰν ὀφέλῃς ἀπὸ τῆς Πασχαλίας ἡμέρας νϛ', εὑρήσεις τὴν ἀποκρέαν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο θέλεις, ἤγουν τὸ γνῶναι τὴν ἀποκρέαν μετὰ ὑφελμοῦ πεντήκοντα ἓξ ἡμερῶν, ἀλλὰ μετὰ πλείονος εὐκολίας, ἐπεὶ ἀρτίως ἐστὶ βίσεξστον, πρόσθες ἡμέρας δ', καὶ εἰπὲ, θ' καὶ δ', ιγ'· ὥστε εἶναι τὴν ἀποκρέαν Φεβρουαρίου ιγ'. Τοῦτο δὲ γίνεται διὰ τὸ βίσεξστον. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι βίσεξστον, οὐ προστίθενται ἡμέραι δ', ἀλλὰ τρεῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐμνήσθημεν βισέξστου ἐν διαφόροις τόποις, ὀφείλεις εἰδέναι ὅτι ἕκαστος χρόνος ἔχει ἡμέρας τξε' ὥρας ϛ'. Οἱ γοῦν τὰ τῶν ἐνιαυτῶν καὶ τῶν μηνῶν συμποσώσαντες ὥρισαν προστίθεσθαι τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὰς περιττευούσας ἐπέκεινα τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν ἓξ ὥρας. Διὸ καὶ ἔχει ὁ Φεβρουάριος μὴν μετὰ ἑκάστην τετραετίαν ψηφιζομένην ὑπὸ τοῦ α' ἡλιακοῦ κύκλου ἡμέρας κθ'.

A quadraginta duo, invenies reliquos dies 4 fieri scilicet Pascha legale quinto die mensis Aprilis, qui est quartus dies septimanæ. Quia ergo traditio est ecclesiastica, post Pascha legale fieri Christianum in una et eadem septimana in primo die; die debere necessario fieri Pascha Christianum, nono die April. His ergo ita se habentibus, si a die Paschali dies 56 subduxeris, invenies Carnisprivium. Si autem nobis cognoscere Carnisprivium subductione 56 dierum, sed cum majori facilitate, quia nunc est bissextus, adde dies 4, et dic, 9 et 4 tredecim: ut sit Carnisprivium Februarii 13. Hoc autem fit propter bissextum. Si enim non est bissextus, non adjiciuntur dies quatuor sed tres. Quia autem in diversis locis bissexti meminimus, debes scire, quod unusquisque B annus habet 365 dies horas 6. Qui ergo annos et menses in quantitatem redegerunt, statuerunt ut mensi Februario adjiciantur 6 superabundantes horæ ultra 365. Et ideo habeat mensis Februarius post unumquodque quadriennium, numeratum a primo cyclo solari, dies 29.

ΖΩΝΑΡ. Τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα δηλοῦσθαι ταῖς ἐν Ἀφρικῇ χώραις ὡρίσθη διὰ τῆς μελλούσης γίνεσθαι ἐτησίας συνόδου· τὴν δὲ ἡμέραν τῆς συνόδου ὥρισαν εἶναι τὴν πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ὡς εἶναι αὐτὴν τὴν κα' τοῦ Αὐγούστου. Καλάνδαι γὰρ, ὡς ἄνω που εἴρηται, λέγονται αἱ πρῶται τοῦ μηνὸς ἡμέραι. Εἰ γοῦν τὰς πρὸ τούτων δέκα ἀφέλῃς, περιλιμπάνονται εἰς τὸν Αὔγουστον, ἔχοντα λ' καὶ μίαν ἡμέραν, εἴκοσι καὶ μία.

C ZONAR. Paschæ diem, per eam quæ singulis annis futura est synodum, Africæ regionibus declarari statutum est: tempus autem synodi habendæ ante decimum diem Kal. Septembr. definivere, qui est Augusti mensis primus et vicesimus. Kalendæ enim, ut antea dictum est, primi cujusque mensis dies appellantur. Si ergo decem dies ante Kalendas Septembris abstuleris, Augusto mensi, qui uno et triginta diebus absolvitur, unus et viginti nimirum reliqui fient.

ΑΡΙΣΤ. « Ἤρεσε τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐτησίου συνόδου, « ἤτουν τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, τὴν « ἡμέραν τοῦ ἁγίου Πάσχα κηρύττεσθαι. »

Διαφόρως καὶ τοῦτο ἡ σύνοδος ὥρισε, τὸ τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα γνωρίζεσθαι ἐν τῇ κατ' ἔτος γινομένῃ συνόδῳ ἐν Ἀφρικῇ.

ARIST. « Visum est, ut synodi anniversariæ die, « sive decimo Kal. Septembrium, dies sanctæ « Paschæ prædicetur. »

Et illud synodus varie decrevit, ut Paschæ dies in synodo quotannis habita in Africa significaretur.

D

ΚΑΝΩΝ ΟΖ'.

« Περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον « καθέζεσθαι ἐν ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται. Ὁμοίως « ὡρίσθη, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι μεσίτῃ τὴν καθ- « έδραν κατέχειν. ἤτινι μεσίτης δέδοται, διὰ οἱασ- « δήποτε τῶν ὁμῶν σπουδῆς ἢ διχοστασίας· « ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τοῖς αὐτοῖς « προνοεῖσθαι ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ περὶ τοῦτο ἀμελή- « σοι, μετὰ τὴν περαίωσιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἕτερος « ψηφισθῇ μεσίτης. »

CANON LXXVII.

« Non debere episcopum interventorem sedere in « cathedra, cui interventor datus est. Similiter « placuit, ut nulli liceat intercessori tenere ca- « thedram, cui intercessor datus est, propter « quodcunque populorum studium vel dissensio- « nem: sed studere eis intra annum episcopum « providere. Si autem præter hæc fecerit, post « anni finem alius intercessor eligatur. »

ΒΑΛΣ. Τὸ παλαιὸν, χηρευσάσης ἐπισκοπῆς, ἐστέλλετό τις χάριν τοῦ εἰρηνεύειν τὸν λαὸν, ὃν καὶ ὠνό-

BALS. Cum olim vacasset episcopatus, pro pacificando populo mittebatur aliquis, quem etiam

mediatorem nominabant. Dicit ergo canon eum non debere episcopatum sibi vindicare : sed nisi potius studium adhibuerit, ut fiat episcopus, eum debere a mediatoris munere removeri, et alium eligi. Quæ autem de eo mediatore dicuntur quoniam hodie non sunt in usu ; sed omnino necesse est ut, si fieri potest, nos eligant ecclesiæ : idea nec nos plura scripsimus. Hic autem mediator erat episcopus, ut apparet ex titulo canonis.

ZONAR. Antiqui moris fuit, si quando orbata episcopo ecclesia vacaret, militi ad eam quem intercessorem appellabant, vel ut seditionem forte aliquam **612** populi sedaret, vel alios etiam ob causas. Ergo nisi unius anni saltem non intervallo episcopum populo, apud quem agebat, daudum intercessor curasset ; ipse quidem ab intercessione amovebatur ; tum alius, qui apud populum intercessoris munus ejus loco obiret, substituebatur.

ARIST. « Visum est, ut episcopo ad intercessionem dato, qualicunque populorum medio aut « dissensione, cathedram, cujus est intercessor, « tenere non liceat : sed intra annum episcopum « provideat, vel anno vertente, alius intercessor « eligatur. »

Si populo inter se dissidente et diviso, et ad dissensiones et pugnas accenso, mittatur ad intercedendum quispiam episcoporum, ut eos reconciliet, non debet illius civitatis cathedram, cui datus fuit intercessor, occupare. Sed conari intra annum seditionem coercere, et eos pacare, et persuadere concordiam accipere. Si autem intra annum nihil omnino efficere posset, ad populi utilitatem, post elapsum annum alius intercessor deligatur.

CANON LXXVIII.

« De defensoribus ecclesiarum qui ab imperatoribus « peti debent. Omnibus visum est petere ab imperatoribus, propter pauperum vexationem, « quorum molestiis assidue fatigatur Ecclesia : « ut iis defensores cum episcoporum providentia « eligantur adversus divitum tyrannidem.

BALS. Necesse habent omnino episcopi eos, qui injuria afficiuntur, defendere. Quia autem nonnulli, ut est verisimile, episcopi, cum de pauperibus et afflictis dicerent, non exaudiebantur : statuerunt Patres ut Imperatores admonerentur, ut cum episcoporum electione ab eis darentur defensores pro reprimenda divitum tyrannide : ut sic cesset assidua Ecclesiarum perturbatio, qua ab eis afficiuntur qui ad eas accedunt, quod a potentioribus injuria affecti sint. Ac in his quidem consistit canon. Tu autem scias, quod defensorum datio, qui ἔκδικοι Græce dicuntur, sive a præsenti canone cœpit initium, sive aliam antea cognoscebatur, per uniuscujusque urbis incolarum electionem fieret. Est autem etiam Justiniani Novella 15, quæ eorum electionem ac promotionem describat : et statuit ut in unaquaque civitate ab episcopis et clericis et civibus paulo

μαζόν μεσίτην. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν μὴ δεῖσθαι τοῦτον τὴν ἐπισκοπήν· ἀλλ' εἰ μὴ σπουδάσει μᾶλλον γενέσθαι ἐπίσκοπον, μετακινεῖσθαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς μεσιτείας, καὶ ἕτερον ψηφίζεσθαι. Τὰ δὲ περὶ τοῦ τοιούτου μεσίτου ἅπερ σήμερον οὐκ ἐνεργοῦνται, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσά ἐστιν ἀπαντᾶσθαι, εἰ δυνατὸν, ψηφίζεσθαι τὰς ἐκκλησίας· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἐγράψαμεν πλέον τι. Ὁ δὲ τοιοῦτος μεσίτης ἐπίσκοπος ἦν, ὡς φαίνεται ἀπὸ τῆς ἐπιτιτλώσεως τοῦ κανόνος.

ZONAR. Ἔθος ἦν πάλαι, εἴ ποτε ἐπισκόπου ἐχήρευεν ἐκκλησία, στέλλεσθαί τινα ἐν αὐτῇ, ὃν ὀνόμαζον μεσίτην, καθιστῶντα τὸν λαὸν σταδιάζοντα ἴσως. ἢ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. Εἰ οὖν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὁ τοιοῦτος μεσίτης οὐκ ἐσπούδασεν ἐπίσκοπον γενέσθαι τοῖς αὐτοῦ, ἤγουν τῷ λαῷ, οὗ μεσίτης ἦν, μετακινεῖτο τῆς μεσιτείας ἐκεῖνος, καὶ ἕτερος ἀπέδοτο τῷ λαῷ ἐκείνῳ μεσίτης.

ARIST. « Ἔδοξε τῷ δεδόσθαι εἰς μεσιτείαν ἐπισκόπῳ « δι' οἵας ἐκίνησε τῶν λαῶν σπουδῆς ἢ διχοστασίας μὴ ἐξεῖναι τὴν καθέδραν κατέχειν, ἧς ἐστι « μεσίτης· ἀλλ' ἐντὸς ἐνιαυτοῦ προνοεῖσθαι « ἐπίσκοπον, ἢ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕτερον μεσίτην « ψηφίζεσθαι. »

Εἰ πλήθους λαοῦ πρὸς ἑαυτὸν στασιάσαντος καὶ διαιρεθέντος, καὶ εἰς διχοστασίας καὶ μάχας ὑπενεχθέντος, σταλῇ τις τῶν ἐπισκόπων εἰς μεσιτείαν, ἐπὶ τῷ καταλλάξαι αὐτούς, οὐκ ἐφέλει κατέχειν καὶ τὴν καθέδραν τῆς πόλεως, ἧς ἐδίδη μεσίτης· ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ καταπαῦσαι τὴν στάσιν, καὶ εἰρηνεῦσαι αὐτούς, καὶ πεῖσαι λαβεῖν ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ οὐδέν σι μέχρις ἐνιαυτοῦ ἀνύσαι ἔμελλεν εἰς ὠφέλειαν τοῦ λαοῦ, ἕτερος μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ψηφιζέσθω μεσίτης.

ΚΑΝΩΝ ΟΗ'.

« Περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὀφειλόντων « παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτηθῆναι. Σύμπασιν ἔδοξεν « αἰτῆσαι ἀπὸ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τῶν πενήτων « κάκωσιν, ὧν ταῖς ἐπαχθείαις ἀπαύστως ἡ Ἐκ- « κλησία παρενοχλεῖται· ὥστε ἐκδίκους τούτοις « μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων προνοίας ἐπιλέγεσθαι « κατὰ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγκη πᾶσα ἐπίκειται τοῖς ἐπισκόποις ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀδικουμένων. Ἔπαι δέ τινες, ὡς ἔοικεν, ἐπίσκοποι, λέγοντες ὑπὲρ πτωχῶν καὶ καταπεπονημένων, οὐκ εἰσηκούοντο· ἐστυπώκασιν οἱ Πατέρες ὑπομνησθῆναι τοὺς βασιλεῖς, ὥστε δοθῆναι παρὰ τούτων μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐπιλογῆς ἐκδίκους χάριν τοῦ ἀναστέλλεσθαι τὰς τῶν πλουσίων τυραννίδας, καὶ οὕτω παυθῆναι τὴν ἐπηνεγμένην ἄπαυστον ὄχλησιν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκ τῶν προσερχομένων αὐταῖς διὰ τὸ ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν παραδυναστευόντων. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις· σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι ἡ δόσις τῶν ἐκδίκων, τῶν καὶ δεφενσόρων λεγομένων, εἴτε ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, εἴτε καὶ πρὸ τούτου ἐπεγινώσκετο, δι' ἐπιλογῆς τῶν κατοίκων ἑκάστης πόλεως ἀγίνετο. Ἔστι δὲ καὶ Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ιε', ὑποτυποῦσα τὴν τούτων ἐπιλογὴν καὶ προβίβασιν,

καὶ διωρίσατο ἡ Νεαρὰ εἰς ἑκάστην πόλιν ἐπιλέγεσθαι παρὰ A τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν ἀξιολογωτέρων πολιτῶν ἐκδίκους πρὸς τὴν ποσότητα τοῦ πλήθους τῆς πόλεως ἀρκοῦντας, ὥστε δικάζειν αὐτοὺς μέχρι ποσότητος νομισμάτων τριακοσίων (34), καὶ ἐγκληματικὰς ὑποθέσεις ἐλαφροτέρας, καὶ μὴ παραχωρεῖν τοῖς δυνάσταις κατατρέχειν τῶν ἀσθενεστέρων καὶ πενήτων, ἀναστέλλειν δὲ καὶ τοὺς ἀπαιτητὰς τῶν δημοσίων περισπράττοντας. Καὶ ἄλλα δὲ προνόμια ἡ αὐτὴ Νεαρὰ ἐπιφιλοτιμουμένη τούτοις, προστίθησι, μετὰ διετίαν παραστέλλεσθαι τοὺς ἐπὶ τοσούτῳ καιρῷ τὸ λειτούργημα τοῦτο ἀνύσαντας, καὶ ἄλλους προβάλλεσθαι. Ἡ τοιαύτη δὲ Νεαρὰ οὐ κατεστρώθη ἐνταῦθα, διότι οὐδὲ ἐνεργεῖ· οὐ γὰρ ἐπιλέγονται ἔν τινι πόλει ἔκδικοι τοιοῦτοι. B Παρὰ μόνου δὲ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως σφραγίζονται ἔκδικοι καὶ πρωτέκδικοι καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων πρωτέκδικοι· καὶ οὗτοι μὲν οὐδὲν προνόμιον ἔχουσιν ἐκ τῶν περιεχομένων τῇ Νεαρᾷ. Μόνος γὰρ πρωτέκδικος τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν ἔκδικοι δικάζουσι μόνας τὰς περὶ ἐλευθεριῶν ὑποθέσεις. Οἶμαι δὲ ὅτι ἀπὸ τῆς ῥηθείσης Νεαρᾶς ὁ πρωτέκδικος δικαιοῦται δικάζειν πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ περὶ χρηματικῶν ὑποθέσεων καὶ ἐγκληματικῶν ἐλαφροτέρων, κἂν οἵας ἂν ὦσι τύχης καὶ καταστάσεως οἱ ἐνάγοντες καὶ οἱ ἐναγόμενοι· καὶ μᾶλλον ὅταν οὐχ ὑπερβαίνῃ τὸ ποσὸν τῆς ὑποθέσεως τὰ τριάκοντα νομίσματα. Ὡσαύτως ἐφεῖται αὐτῷ ἀναστέλλειν τὰς τῶν παραδυναστευόντων ἀδικίας, κατὰ τὰ ἐκκλη- C σιαστικὰ δίκαια· ἑλκύσει δὲ καὶ εἰς τὸ κατ' αὐτὸν δικαστήριον πάντας τοὺς λεγομένους ἀδικεῖν τοὺς πρόσφυγας τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οὐκ ἀναγκασθήσεται αὐτοὺς εἰς πολιτικὸν δικαστήριον πέμπειν, ὡς γίνεται σήμερον. Ἀλλὰ καὶ τὸ πρωτεκδικικὸν βιβλίον (35) πολλὰ προνόμια δίδωσιν αὐτῷ· πλὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ πλείω ἀθετοῦνται.

A melioris existimationis, eligantur defensores sufficientes ad quantitatem multitudinis civitatis, ut ipsi judicent usque ad quantitatem triginta numismatum, et criminales causas leviores; nec permittant potentibus ut imbecilliores et pauperes opprimant, et reprimant publicorum exactores, qui plus quam par est exigunt. Quinetiam hæc quoque Novella, quæ eis alia privilegia largitur, adjicit, ut post biennium desistant qui hoc munus tanto tempore obierunt, et alii promoveantur. Hæc autem Novella hic sita non est, eo quod non sit in usu; nec enim dicuntur esse in ulla civitate ejusmodi defensores. A solo autem Constantinopolis episcopo characterem suscipiunt defensores, et qui primi defensores dicuntur. A reliquis autem antistitibus soli B primi defensores: atque ii quidem nullum habent privilegium ex iis quæ Novella continentur. Solus enim primus defensor sanctissimæ Dei Magnæ ecclesiæ, et qui ei subsunt defensores, solas libertatum causas judicant. Ipse autem existimo, quod ex dicta novella primus defensor jus habet judicandi omnes, qui ad eum accedunt, de causis pecuniariis et criminalibus levioribus, cujuscunque sint status et conditionis actores et rei: et maxime 613 quando causæ quantitas non excedit 30 numismata. Et licet ei jure ecclesiastico reprimere potentiorum injurias: quin et in suum forum trahere omnes, qui dicuntur injuria afficere eos qui ad Ecclesiam confugiunt; ne cogantur eos ad civile forum mittere, C ut fit hodie. Sed et liber, qui πρωτεκδικικός (seu de primo defensore) dicitur, dat ei multa privilegia: verum nescio quomodo pleraque negliguntur.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐπίσκοποι οὐ μόνον διδάσκειν ὀφείλουσι τοὺς ὑπ' αὐτοὺς λαούς, ἀλλὰ καὶ προΐστασθαι τούτων ἀδικουμένων, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκδικεῖν. Ἐπεὶ δέ τινες διὰ δυναστείαν τῶν ἐπισκόπων οὐκ ἐφρόντιζον, αἰτοῦσιν οἱ τῆς συνόδου ταύτης τοὺς βασιλεῖς δοθῆναί τινας ἐκδίκους, ὥστε μετὰ τῶν ἐπισκόπων ἀναστέλλειν τὰς τῶν πλουσίων τυραννίδας, ἵνα μὴ ταῖς ἐπαχθείαις τῶν πενήτων, τουτέστι ταῖς ἐπενηνεγμέναις αὐτοῖς βαρείαις

ZONAR. Episcopi non tantum populos ipsorum curæ commissos docere, sed eorum quoque patrocinium, si injuste lædantur, suscipere, ac illos pro viribus tueri debent. Quoniam vero aliqui, pollentes opibus, episcoporum quoque auctoritatem contemnebant, postulant ab imperatore hujus synodi Patres, ut defensores aliqui constituantur, qui simul cum episcopis potentiorum tyrannidem reprimant, ne pauperum oppressionibus, hoc est,

Guill. Beveregii notæ.

(34) *Νομισμάτων τριακοσίων.* Justiniani verba, quæ Balsamon hic respicit, de defensoribus sic se habent. *Et judicare Defensores in causis omnibus pecuniariis usque ad aureos trecentos; non valentibus nostris subjectis trahere sibimet obligatos ad clarissimos provinciarum judices, si usque ad prædictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat.* Justinian. Novel. 15, cap. 3, sect. 2. Corrige itaque Latinam Balsamonis versionem hoc loco, qua *triginta* mendose imprimitur pro *trecentorum*. Corrige etiam Græcum Balsamonis textum, ubi paulo post, τριάκοντα νομίσματα scribitur, pro τριακόσια νομίσματα, quemadmodum etiam codex Amerbachianus legit.

(35) *Πρωτεκδικικὸν βιβλίον.* Hujus libri meminit etiam Balsamon in meditato de duobus illis officiis, chartophylacis nimirum et primi defenso- D ris, τὰ δὲ ῥήματα, inquit, τοῦ πρωτεκδικικοῦ βιβλίου, τὰ οὕτω πως κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνοντα. *Verba vero libri de officio primi defensoris, quæ propemodum hujusmodi sunt.* Ipsa autem verba, quæ ex dicto libro citat, hæc sunt, Δεῖ ὑμᾶς εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων δίκην ἕξει μετά τινος, προσκαλεῖσθαι τὸν διεγκαλούμενον ἐκ τρίτου, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ μὴ ὑπείκοντα καταδικάζειν, *Oportet vos, si quis presbyterorum et diaconorum cum aliquo litem habebit, eum, qui accusatur, tertio citare, secundum indicatum modum et non obsequentem condemnare.* E quibus verbis conficitur, ipsum defensorem officium in hoc libro, qui hodie non exstat, iis constitutum esse, idque ut videtur ab aliquo imperatore. Idem etiam Balsamon in præsenti loco πολλὰ προνόμια defensoribus in isto libro concedi asserit.

gravibus injuriis, quæ ipsis inferuntur, assidue ecclesia perturbetur; hoc est, ob pauperes ad ipsam confugientes, atque ab eis sibi opem implorantes, assiduis perturbationibus implicetur.

ARIST. « Ut episcopus molestia non afficiatur, « defensores constituantur. »

Pauperibus a potentioribus vexatione affectis, et episcopis ab iis propter eas vexationes perturbatis, visum est synodo ab imperatore petere, ut cum episcoporum providentia eligantur defensores, ut divitum tyrannidi resistant, et episcopi, quantum ad eos, sine molestia permaneant.

CANON LXXIX.

« De episcopis, qui in synodis se non sistunt. Simi- « liter placuit, ut quotiescunque synodum con- « venire oportuerit, episcopi, qui nec senectute « nec imbecillitate nec ulla gravissima necessitate « impediuntur, ut par est, se sistant; et suæ « cujusque provinciæ primatibus de omnibus « episcopis significetur, sive duæ sive tres fiant « congregationes: et ex unoquoque numero ve- « cissim, quicunque electi fuerint, ad diem sy- « nodi instantissime se sistant. Sin autem se « sistere non possint, cum multæ simul (ut cre- « dibile est) exoriantur necessitates: nisi sui « impedimenti rationem suo primati reddiderint, « debeant ii suæ esse ecclesiæ communione con- « tenti. »

BALS. Unijuscujusque provinciæ episcopos, qui non propter ætatem seu provectam senectutem vel valetudinem vel aliam necessitatem impediuntur, ad indictas synodos convenire hic canon jubet: et cum congregati fuerint, metropolitano provinciæ, in qua est unusquisque significare, et ex unoquoque numero, sive duæ sive tres fiant congregationes. (Forte enim, ne vel de habitationibus vel de rebus necessariis in angustias adducerentur, non omnes in unam urbem convenerunt, sed in duas vel tres metropoli propinquas). Instantissime autem se sistere, hoc est, sine ulla dilatione vicissim, id est, per vices. Neque enim in uno die solvuntur synodi; sed in pluribus. Si autem se sistere non possint, quod a repentina necessitate impediantur, primati rationem impedimenti exponant: qui in hoc non fecerint, sola suæ ecclesiæ communione contenti sint; aliis una cum ipsis non communicantibus. Et in his quidem consistit canon. Tu autem hinc nota novum excommunicationis genus. Alii enim canones accipiunt excommunicationem; quod quidem attinet ad episcopos; ut nihil sacerdotale obeant: præsens autem canon eos a sacro ministerio non impedit, sed separat a reliquorum fratrum communione.

615 ZONAR. Unijuscujusque provinciæ episcopus, quotiescunque synodus habenda sit, nisi ætate jam affecta effetaque senectute vel infirmitate corporis impediantur, vel gravi alia de causa detineantur,

ἀδικίας, διηνεκῶς παρενοχλῆται ἡ ἐκκλησία, ἤγουν ὀχλήσεις ἔχῃ τῶν ἀδικουμένων προσιόντων καὶ ζητούντων ἐκδικεῖσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Ἵνα μὴ ὁ ἐπίσκοπος παρενοχλῆται, « ἔστωσαν ἔκδικοι. »

Τῶν πενήτων παρὰ τῶν δυνατωτέρων κακώσεις ὑφισταμένων, καὶ ὑπ' αὐτῶν διὰ ταύτας τῶν ἐπισκόπων ἐνοχλουμένων, ἔδοξε τῇ συνόδῳ ἐκ βασιλέως αἰτῆσαι μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων προνοίας ἐπιλεγῆναι ἐκδίκους, ἵνα κατὰ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος ἀνθιστῶνται, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ὅσον ἐπὶ τούτοις ἀνενόχλητοι μένωσιν.

ΚΑΝΩΝ ΟΘ'.

« Περὶ τῶν μὴ ἀπαντώντων ἐν ταῖς συνόδοις ἐπισκό- « πων. Ὁμαλῶς ἤρεσεν, ἵνα ὁσακισδήποτε σύνοδον « δεῖ συναχθῆναι, οἱ ἐπίσκοποι, οἵτινες οὔτε χείρᾳ « οὔτε ἀσθενείᾳ οὔτε τινὶ βαρυτέρᾳ ἀνάγκῃ ἐμπο- « δίζονται ἀρμοδίως ἀπαντῶσιν, καὶ τοῖς πρωτεύου- « σιν ἑκάστης ἰδίας αὐτῶν ἐπαρχίας ἐμφανισθείσῃ « περὶ πάντων τῶν ἐπισκόπων, εἴτε δύο εἶναι τρεῖς « συναθροίσεις γένωνται· καὶ ἀπὸ ἑκάστου δὲ « ἀριθμοῦ εἰς ἀμοιβὴν ὁσουδήποτε ἐπιλεγῶσι πρὸς « τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου ἐνστατικῶς ἀπαντήσωσιν. « Ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῶσιν ἀπαντῆσαι, ἀθρόων τινῶν « ἀναγκῶν, ὡς εἰκός, ἀναφυομένων, εἰ μὴ εὐλόγων « τοῦ οἰκείου ἐμποδισμοῦ παρὰ τῷ οἰκείῳ πρω- « τεύοντι ἀποδώσωσιν, ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ « κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας.

ΒΑΛΣ. Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρχίας ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν συνέρχεσθαι εἰς τὰς τυπουμένας συνόδους, τοὺς μὴ διὰ χεῖραν, ἤγουν ἡλικίαν καὶ γῆρας βαθὺ, ἢ ἀσθένειαν ἢ ἄλλην ἀνάγκην ἐμποδιζομένους· καὶ συναχθέντας, εἶδηλον δίδοναι τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ἀφ' ἧς ἐστιν ἕκαστος, καὶ ἀφ' ἑκάστου ἀριθμοῦ, εἴτε δύο εἴτε τρεῖς συναθροίσεις γένωνται. (Ἴσως γὰρ, ἵνα μήτε περὶ τὰς καταγωγὰς στενοχωρῶνται μήτε μὴν περὶ τὰ χρειώδη, οὐκ εἰς μίαν πάντες συνήρχοντο πόλιν, ἀλλ' εἰς δύο ἢ τρεῖς πλησιαζούσας τῇ μητροπόλει.) Ἐνστατικῶς δὲ ἀπαντᾷν, ἤγουν ἀνυπερθέτως, εἰς ἀμοιβήν, τουτέστιν ἀμοιβαδόν. Οὐ γὰρ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ αἱ σύνοδοι λύονται, ἀλλ' ἐν πλείοσιν. Ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῶσιν ἀπαντῆσαι διὰ τὸ ἐμποδίσθαι ὑπὸ αἰφνιδίου ἀνάγκης, διδόναι λόγους τοῦ ἐμποδισμοῦ παρὰ τῷ πρωτεύοντι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσουσι, μόνῃ τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἐκκλησίας ἰδίας ἀρκεῖσθαι, ἑτέρων αὐτοῖς μὴ συγκοινωνούντων. Καὶ ὁμὲν κανὼν ἐν τούτοις. Σὺ δὲ σημείωσαι καινότερον ἀφορισμὸν ἐκ τούτου. Ἄλλοι μὲν γὰρ κανόνες τὸν ἀφορισμὸν ἐκλαμβάνουσι, δέον τίως εἰς τοὺς ἐπισκόπους. εἰς τὸ μηδὲ ὅλως ἱερατικόν τι ἐνεργεῖν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὐκ ἐμποδίζει τούτους ἐκ τῆς ἱερατικῆς στολῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινωνίας χωρίζει τῆς τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν.

ΖΩΝΑΡ. Ἀπαραιτήτως ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν συνάγεσθαι τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρχίας, ὁσάκις χρεία ἐστὶ γενέσθαι σύνοδον, εἰ μὴ διὰ χεῖραν, ἤγουν ἡλικίαν προήκουσαν καὶ γῆρας βαθὺ, ἢ

ἀσθένειαν ἐμποδίζοιντο, ἢ τινι ἄλλῃ βαρείᾳ περιστάσει συνέχοιντο, καὶ συναχθέντας εἴδησιν διδόναι τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας, ἀφ' ἧς ἐστιν ἕκαστος, καὶ ἀφ' ἑκάστου ἀθροισμοῦ, εἴτε δύο εἴτε τρεῖς συναθροίσει· γένωνται (ἴσως γὰρ, ἵνα μήτε περὶ τὰς καταγωγὰς στενοχωρῶνται, μήτε μὴν περὶ τὰ χρειώδη, οὐκ εἰς μίαν πάντες συνήρχοντο πόλιν, ἀλλ' εἰς δύο ἢ τρεῖς πλησιαζούσας τῇ μητροπόλει) ἐνστατικῶς ἅπαντᾶν, ἐντὶ τοῦ ἀνυπερθέτως, ἀπροφασίστως πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου, εἰς ἀμοιβήν, τουτέστιν ἀμοιβαδόν. Οὐ γὰρ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ αἱ σύνοδοι διελύοντο, ἀλλ' ἐν πλείοσι, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ ταύτης τῆς συνόδου ἔστι. Διαφόρους γὰρ πράξεις δῆλον γενέσθαι ἐν ἄλλαις καὶ ἄλλαις ἡμέραις. Ἀμοιβαδὸν δὲ, ἤγουν ἄλλοτε ἄλλους ἅπαντᾶν, ὅσοι ἐπιλεγῶσιν. Ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῶσι ἅπαντῆσαι, ἀδρόον ἀναφυομένων, αἰφνιδίων δηλονότι καὶ ἀνελπίστως, αἰτιῶν ἀναγκαίων, ἀπαιτεῖ τοὺς μὴ ἀπαντήσαντας λόγον ἀποδιδόναι παρὰ τῷ μητροπολίτῃ αὐτοῦ ἕκαστον, ἢ μὴ ἀποδιδόντα, μόνῃ τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ἀρκεῖσθαι, ἑτέρων αὐτῷ μὴ συγκοινωνούντων.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ μὴ ἀπαντῶντες ἐν τῇ κατ' ἐνιαυτὸν « συνόδῳ, εἰ μὴ ἀδουλήτως κωλύοιντο, τῇ τῆς « ἰδίας ἐκκλησίας ἀρκείσθωσαν κοινωνίᾳ. »

Ὅσοι τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ συνόδῳ ἑκάστης αὐτῶν ἐπαρχίας οὐκ ἀπαντήσουσι, μήτε ὑπὸ γήρους, ἢ ἀσθενείας, εἴτε τινὸς βαρυτάτης ἀνάγκης ἐμποδιζόμενοι, ἀλλ' ἐκ ῥᾳθυμίας ἢ καὶ καταφρονήσεως τοῦτο ποιοῦντες, ἀδελφικῶς ὠρίσθησαν ἐπιπλήττεσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν καὶ τὸ εἶδος τῆς ἐπιπλήξεως τίθησι, προστάττων τοὺς συνεπισκόπους καὶ συναδελφοὺς αὐτῶν μὴ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς καὶ συλλειτουργεῖν· ἀλλ' ἐν μόναις ταῖς ἰδίαις αὐτῶν ἐκκλησίαις ἀρκεῖσθαι, καὶ λειτουργεῖν ἐν αὐταῖς.

ΚΑΝΩΝ Ιβ'.

« Περὶ Κρεσκωνίου. Περὶ Κρεσκωνίου τοῦ Βηλαρε- « κενσίου τοῦτο πᾶσιν ἔδοξεν, ἵνα ἐντεῦθεν ὁμοίως « ἐμφανείῃ τῷ πρωτεύοντι τῆς Νουμιδίας, κ. τ. λ. τὸ « εἰδέναι αὐτὸν, ὀφείλειν γράμμασιν οἰκείοις πρὸς « συνέλευσιν προτρέψασθαι τὸν μνημονευθέντα Κρε- « σκώνιον· ὥστε μὴ ὑπερθέσθαι τὴν παρουσίαν « αὐτοῦ τῇ πλησιαζούσῃ συμπάσῃ Ἀφρικάνῃ συν- « όδῳ παρασχεῖν· ἐὰν δὲ τοῦ ἐλθεῖν καταφρονήσῃ, « ἴστω εἰδὼς κατ' αὐτοῦ ψῆφον νομοθετησομένην. »

ΒΑΛΣ. Διὰ τοῦ Κρεσκωνίου ἐπιτέθηκεν ὁ κανὼν ἀνάγκην τοῖς ἐπισκόποις ἐν ταῖς συνόδοις ἀπαρασείστως συνέρχεσθαι· καὶ τοῖς καταφρονοῦσι τῆς συνελεύσεως ἀπειλεῖ κατάκρισιν. Τὸ δὲ εἶδος αὐτῆς οὐ λέγει. Ὁ μέντοι ς' κανὼν τῆς ἑβδόμης συνόδου τοὺς μὲν κωλύοντας ἄρχοντας γίνεσθαι τὰς ἐτησίους συνόδους ἀφορίζεσθαι διορίζεται, τοὺς δὲ χωρὶς εὐλόγου προφάσεως ἀμελοῦντας τούτων μητροπολίτας τοῖς κανονικοῖς καθυποβάλλειν ἐπιτιμίοις. Ποῖα δὲ καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐπιτίμια ῥητῶς οὐ γέγραπται. Ὡς ἔοικεν οὖν, τὰ ἐν τῷ ἀνωτέρω κανόνι περιεχόμενά εἰσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ῥηθέντα ς' κανόνα τῆς ζ' συνόδου, καὶ τὸν ἕκτον τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς.

convenire omnino hic canon jubet; et ubi primum advenerint, metropolitano singulos, ex qua se ferant, provinciæ significare; tum vero ex singulis classibus sive duas sive tres inatitutæ fuerint (etenim, ne vel inopia tecti premerentur, vel ad usus vitæ necessaria deficerent, non in una forte omnes urbe considebant, sed in duabus tribusve metropoli proximis) ad diem synodo præfinitam instanter, hoc est, sine ulla tergiversatione aut mora properanter accedere vicissim, hoc est, per vices. Neque enim uno die, sed pluribus synodi absolvebantur: quod ex hac quoque colligere facile est, ex cujus actionum multiplicitate, pluribus eam diebus celebratam fuisse apparet. Per vices autem, hoc est, ut modo hic, modo alii, quicunque demum electi fuerint, se in synodo sistant. Si vero id minus possint, necessariis impedimentis ex improviso et inexspectato confertim obortis; ut quicunque non adfuerint, metropolitano suo singuli, rationem reddant, exigit: qui vero id neglexerint, exclusi ab aliorum consortio, ecclesiæ suæ communione contenti sint.

ARIST. « Qui in synodo quotannis habita non con- « veniunt, nisi contra voluntatem impediantur, « suæ sint ecclesiæ communione contenti. »

Quicunque ex episcopis ad synodum in unaquaque ipsorum provincia habitam se non conferant, nec a senectute, nec ab infirmitate, nec alia gravissima necessitate impediti; sed e desidia vel etiam contemptu illud facientes; decernitur, ut fraternis verbis castigentur. At præsens canon et speciem reprehensionis addit, mandans coepiscopos et confratres eorum cum iis non communicare, aut sacra celebrare: sed in solis propriis suis ecclesiis acquiescere, et in iis munus obire.

CANON LXXX.

« De Cresconio. De Cresconio Balarecensi hoc « omnibus visum est, ut hinc quoque Numidiæ « primati significetur, quo ipse sciat se debere « memoratum Cresconium suis litteris ad con- « veniendum adhortari; ut non differat suam « exhibere præsentiam proximæ universæ synodo « Africanæ: sin autem venire neglexerit, sciat « esse adversus se ferendam sententiam. »

BALS. Per Cresconium imponit canon necessitatem episcopis, ut in synodis inexcussabiliter conveniant: et iis, qui convenire negligunt, condemnationem comminatur. Ejus autem formam non exprimit. Sed canon 6 synodi 7 magistratus quidem, qui impediunt quominus fiant annuæ synodi, segregandos decernit: metropolitanos autem, qui sine justa causa hæc negligunt, canonicis pœnis subjiciendos. Quales autem et quænam sint eæ pœnæ, expresse scriptum non est. Ut est ergo verisimile, eæ sunt quæ in superiore canone continentur. Lege et dictum canonem 6 synodi septimæ et canonem 6 synedi in Trullo, et quæ in his scripta sunt.

ZONAR. Hic quoque canon, quamvis de uno episcopo editus, aliis omnibus ad synodum sine ulla prorsus tergiversatione conveniendi necessitatem imponit, ac iis qui venire neglexerint, comminatur.

615 ARIST. « Cresconius litteris ad synodum « vocatus, nisi se sistarit, sciat sententiam con« tra se edendam fore. » *Perspicuus.*

CANON LXXXI.

« De curatoribus Ecclesiæ Hipponensis. Rursus « placuit, quoniam Ecclesiæ Hipponensis cura« torum destitutio non est diutius negligenda; et « quia ecclesiæ, quæ illic sunt, detinentur ab iis « qui prodigiosam Æcytii communionem recu« sarunt: missis ex præsenti synodo episcopis, « Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, « Evodio, Placiano, Urbano, Valerio, Ambibio, « Fortunato, Quodvultdeo, Honorato, Januario, « Apro, Honorato, Ampelio, Victoriano, Evan« gelo et Rogatiano; et congregatis ac correctis « iis, qui vituperabili pertinacia ejusdem Æcy« tii fugam exspectandam esse existimaverunt, « cum omnium votis iis episcopus eligatur. Si « autem nolint illi de pace cogitare, ne præsulis « electioni impedimentum afferant, quominus « ordinetur ad utilitatem ecclesiæ quæ tandiu « destituta est. »

BALS. Duæ sunt urbes in Africa, quæ Hippones vocantur. In una earum erat Equitius episcopus. Et quia nonnulli adversus eum insurrexerunt, et cum eo communionem recusarunt, quæ incerta seu informis atque adeo injusta dicitur; visum est ipsos per quosdam antistites refrenari: sin autem pacem nolint, alium eligi episcopum.

ZONAR. Hippon Numidiæ civitas est: Numidia vero Africanæ regio. Cum autem duæ essent in Africa urbes, Hipponis nomine; in harum altera Equitius episcopatum gerebat. Eum nonnulli, popularibus quoque studiis subnixi, vehementer insectabantur, illiusque communionem, quam informem, propterea quod a synodo minime decreta aut indicta esset, synodus appellavit, rejiciebant. Ad eam ergo seditionem opprimendam quosdam episcopos ex hoc loco mittendos esse censuerunt, ut, si fieri posset, tumultu sedato, dissidentes conciliarent; vel si id minus obtineant, Hipponensis Ecclesiæ utilitati consulentes, quæ jamdiu deserta, hoc est, a suo antistite destituta est, aliquem interim in ea episcopum constituant.

ARIST. « Visum est, ut post Equitii condemnatio« nem omnium votis episcopus Hipponi præficia« tur: et isti nequaquam impediant quin in Eccle« sia præsul ordinetur. »

Omnibus placuit, ut in Hipponis Ecclesiam ordinaretur episcopus episcopo illius Equitio deposito, et nullos eorum qui ei adversabantur impe-

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν διὰ τοῦ ἑνὸς τούτου ἐπισκόπου ἀνάγκην ἐπιτίθησι τοῖς ἐπισκόποις ἐν ταῖς συνόδοις ἀπαραιτήτως συνέρχεσθαι, καὶ τοῖς καταφρονοῦσι τῆς συνελεύσεως ἀπειλεῖ.

ΑΡΙΣΤ. « Γράμμασι κληθεὶς εἰς τὴν σύνοδον Κρε« σκώνιος, εἰ μὴ παραγένηται, ἔσται ψῆφος κατ' « αὐτοῦ ἐκφερομένη. » Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ΠΑ'.

« Περὶ τῶν ἐν Ἱππῶνι φροντιστῶν τῆς ἐκκλησίας. « Πάλιν ἤρεσεν, ἵνα, ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας τῶν « ἐν Ἱππῶνι φροντιστῶν ἡ ἐγκατάλειψις οὐκ « ὀφείλει ἐπιπολὺ ἀμεληθῆναι, καὶ ἐπειδὴ αἱ ἐκεῖ « ἐκκλησίαι κατέχονται παρὰ τῶν ἄτοπον τοῦ Αἰ« κυτίου κοινωνίαν παραιτησαμένων· πεμφθέντων « ἐκ τῆς παρούσης συνόδου ἐπισκόπων, Ῥηγίνου, « Ἀλυπίου, Αὐγουστίνου, Ματέρνου, Θεασίου, Εὐο« δίου, Πλακιανοῦ, Οὐρβανοῦ, Βαλερίου, Ἀμβιβίου, « Φουρτουνάτου, Κουοδβουλτδέου, Ὀνωράτου, Ἰα« νουαρίου, Ἄπρου, Ὀνωράτου, Ἀμπελίου, Βικτω« ριανοῦ, Εὐαγγέλου καὶ Ῥογατιανοῦ· καὶ συν« αχθέντων καὶ διορθωθέντων τῶν ἐπιψόγῳ μονοτο« νίᾳ τὴν φυγὴν τοῦ αὐτοῦ Αἰκυτίου προσδοκητέαν « λογισαμένων, μετὰ τῆς πάντων εὐχῆς ἐπίσκοπος « τούτοις χειροτονηθῇ. Ἐὰν δὲ μὴ θελήσωσιν « ἐκεῖνοι τὴν εἰρήνην κατανοῆσαι, μὴ ἐμποδίσωσι « τῇ ἐπιλογῇ τοῦ προέδρου, πρὸς τὸ χειροτονηθῆ« ναι εἰς χρησιμότητα τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον « ἐγκαταλειφθείσης ἐκκλησίας. »

ΒΑΛΣ. Δύο πόλεις εἰσὶν εἰς Ἀφρικὴν Ἱππῶνες καλούμεναι. Τούτων ἐν μιᾷ Αἰκύτιος ἐπίσκοπος ἦν. Καὶ ἐπεί τινες ἐπανέστησαν καὶ παρῃτήσαντο τὴν μετὰ τούτου κοινωνίαν, τὴν καὶ ἄτυπον κληθεῖσαν, ἤτοι ἀτύπωτον καὶ ἄδικον, ἔδοξε διά τινων ἀρχιερέων ἀνασταλῆναι αὐτούς· εἰ δὲ τὴν εἰρήνην μὴ θελήσουσι, χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον ἕτερον.

ΖΩΝΑΡ. Ἱππὼν τῆς Νουμηδίας πόλις ἐστίν· ἡ δὲ Νουμηδία μοῖρα τῆς Ἀφρικῆς. Δύο δὲ ἦσαν ἐν αὐτῇ πόλεις Ἱππῶνες καλούμεναι, τούτων ἐν μιᾷ Αἰκύτιος ἐπίσκοπος ἦν, ᾧ ἐπανέστησάν τινες, οἷς καὶ πολλοὶ τοῦ λαοῦ συναπήχθησαν, παραιτησάμενοι τὴν αὐτοῦ κοινωνίαν, ἣν ἄτυπον ἡ σύνοδος ὠνόμασεν, ὡς μὴ ὁρισθεῖσαν καὶ τυπωθεῖσαν παρὰ συνόδου. Διὰ γοῦν τὴν τοιαύτην στάσιν ἔδοξε σταλῆναί τινας ἐκεῖ τῶν ἐπισκόπων, ἵνα, εἰ δύναιντο, διορθώσωνται τὴν στάσιν, καὶ καταλλάξωσι τοὺς στασιάσαντας· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, χειροτονήσωσι τέως ἐπίσκοπον εἰς χρησιμότητα τῆς ἐν Ἱππῶνι ἐκκλησίας, ἤγουν εἰς ὠφέλειαν τῆς ἐπὶ πολὺν χρόνον καταλειφθείσης, ἤτοι χωρὶς ἐπισκόπου οὔσης.

ΑΡΙΣΤ. « Ἔδοξε μετὰ τὴν Αἰκυτίου κατάκρισιν, « μετὰ τῆς πάντων εὐχῆς ἐπίσκοπον τῆς ἐν Ἱπ« πῶνι προχειρισθῆναι, καὶ μηδαμῶς αὐτοὺς ἐμ« ποδίσαι εἰς τὸ χειροτονηθῆναι πρόεδρον τῇ « ἐκκλησίᾳ. »

Ἤρεσε πᾶσιν εἰς τὴν ἐν Ἱππῶνι ἐκκλησίαν προχειρισθῆναι ἐπίσκοπον τοῦ ἐπισκόπου ταύτης τοῦ Αἰκυτίου καθαιρεθέντος, καὶ μή τινας τῶν ἀντι-

συνυφήναι ἐμαυτὸν ἐμποδίσαι εἰς τὸ χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον εἰς ὠφέλειαν τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον χωρὶς ἐπισκόπου καταλειφθείσης.

A dire, quominus ad Ecclesiæ, tandiu episcopo destitutæ, utilitatem episcopus ordinetur.

ΚΑΝΩΝ ΠΓ'.

« Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα. Ἔδοξεν ὁρισθῆναι, ἵνα, ἐάν τινες κληρικῶν ἐλεγχθέντων, καὶ κατακριθέντων τινὰ ἐγκλήματα εἴτε διὰ τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄνειδος εἴτε διὰ τὴν αἰδεσιμότητα, (ὧν χάριν τοῦτοις γίνεται φειδὼ), εἴτε διὰ τὴν ἀλαζόνα τῶν αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν ἐπιγαυρίασιν, ἐὰν, ὡς εἰκὸς, ἐπαγωνίσασθαι τῷ ἰδίῳ πράγματι, καὶ τῆς ἰδίας ἀθλιότητος φροντίσαι θελήσωσιν, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τοῦτο ποιήσωσιν· ἐὰν δὲ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τὸ πρᾶγμα αὐτῶν καθᾶραι καταφρονήσωσι μηδεμίᾳ τούτων τοῦ λοιποῦ φωνῇ παντελῶς προσδεχθείη. B

CANON LXXXII.

« De clericis, qui non curant suam intra annum « causam agere. Eorum decretum est, ut quo- « ties, clericis accusatis, et aliquorum criminum « in eos dicto testimonio, sive propter probrum « Ecclesiæ, sive propter reverentiam (quibus nomi- « nibus ea pareitur) sive propter insolentem hæreti- « corum et gentilium exultationem, si, ut par est, « causam suam defendere, et suam probandæ inno- « centiæ curam gerere voluerint, hoc intra annum « excommunicationis faciant : sin autem intra « annum causam suam purgare neglexerint, « nulla eorum deinceps vox omnino admitta- « tur. »

ΒΑΛΣ. Ὃ παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς κληρικοὺς, τοὺς διά τινα ἐγκλήματα ἐλεγχθέντας, ἤτοι καταμαρτυρηθέντας ἀπὸ προλήψεως, φροντίζειν τοῦ περατωθῆναι τὰς κατ' αὐτῶν ὑποθέσεις ἐντὸς ἐνιαυτοῦ· εἰ δὲ μή, ἀποκλείεσθαι. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐνεργοῦσι σήμερον, διὰ τὸ ἀπὸ διαφόρων Νεαρῶν πᾶσαν ἐγκληματικὴν ὑπόθεσιν εἰς διηνεκῆ χρόνον ἐπεκτείνεσθαι.

BALS. Præsens canon statuit, ut clerici, qui propter crimina sunt accusati, sive adversus quos testimonium 616 dictum est ex præsumptione, curent ut causæ adversus eos intra annum peragantur : sin minus excludantur. Hæc autem hodie non sunt in usu : eo quod ex diversis Novellis omnis criminalis causa in perpetuum tempus extendatur.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν κληρικοὶ κατηγορῶνται ἐπ' αἰτίαις ἐκβαλλούσαις αὐτοὺς τοῦ κλήρου, δι' ἃς καὶ ὄνειδος τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶν, ὡς μὴ καλῶς βιοῦντες, ἀπαιτεῖ αὐτοὺς ὁ κανὼν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἐπαγωνίσασθαι καθᾶραι ἑαυτοὺς τῆς κατηγορίας, εἴτε διὰ τὴν αἰδεσιμότητα, ἤγουν τὸ ἔντιμον τῶν βαθμῶν τοῦ κλήρου, δι' ὃ καὶ φείδονται, ἵνα μὴ ἀτιμάζηται ἡ ἱερωσύνη, ἢ διὰ τὸ μὴ κατεπαίρεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς ἐξ ἀλαζονείας, καὶ καταφρονεῖν τῆς ἱερωσύνης, καθ' ὃν ἐνιαυτὸν καὶ ἀκοινώνητοί εἰσι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ κανὼν ἐλεγχθέντας αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς οὐ τελείως ἀποδεδειγμένων τῶν κατ' αὐτῶν εἰσαχθέντων· ἢ γὰρ ἂν καὶ καθηρέθησαν, εἰ ἠλέγχθησαν· ἀλλ' ὡς προλήψεων καὶ κατ' αὐτῶν δοθεισῶν, δι' ἃς καὶ ἀκοινωνησίᾳ ἐπετιμήθησαν. Εἰ μὲν οὖν διὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ σπουδάσουσι καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποδεῖξαι τῶν ἐγκλημάτων, καὶ τοῦ ἐπιτιμίου κωλυθήσονται· εἰ δὲ μὴ ἀπρόσδεκτοι ἔσονται μετὰ ταῦτα λόγον εἰσαγόντες.

ZONAR. Si clerici ob crimina, propter quæ clero movendi sint, accusentur, ex quibus Ecclesiæ quoque, quasi flagitiosa sit clericorum vita, ignominiæ aliqua labes aspergatur ; exigit ab iis canon, ut unius anni spatio se ab eis, quæ in ipsos conferuntur, culpa liberare contendant ; idque vel ob reverentiam seu sacri ordinis dignitatem conservandam, quæ nomine eis interea pareitur, ne quo sacro ordini infamiæ nota hæreat, vel ne hæretici insolenti vanitate efferantur, ex eoque sacerdotii contemnendi ansam accipiant ; eosque anno a communione quoque abstinere jubet. Nam si eos propterea canon initio convictos appellavit, non quia manifeste obnoxii criminibus tenerentur ; convictos enim pœna depositionis illico secuta esset : sed quod exstarent indicia facinoris, ex quibus merito communionis privatione multati sunt. Ergo si unius anni intervallo nulli se culpæ adhuc esse ostenderint, a multa quoque liberabuntur : sin minus eo elapso, ad causam agendam, vel si maxime velint, non admittentur. C D

ΑΡΙΣΤ. « Ἐλεγχόμενος κληρικὸς ἐπ' ἐγκλήματι, « ἐὰν ἐπαγωνίσασθαι λέγῃ, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἐπαγωνιζέσθω· μετὰ δὲ τοῦτο ἔστω ἀπρόσδεκτος. »

ARIST. « Clericus crimine convictus, si se causam « suam defensurum dicat, intra annum defendat : « postea vero non admittatur. »

Ἐλεγχόμενος ἐπ' ἐγκλήμασι καὶ ἤδη κατεδικαζόμενος κληρικὸς, ἐὰν ἔτι λέγῃ δύνασθαι δικαιολογήσασθαι καὶ ἑαυτὸν ἀνεύθυνον παραστῆσαι, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὀφείλει ἐπαγωνίσασθαι· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν αἴδεμία αὐτοῦ δικαιολογία παραδεχθήσεται εἰς τὸ δικαστήριον ζητεῖν αὐτὸ, ἀλλὰ καταδεδικασμένος ἔσται· καὶ εἰ βούλεται ἔκτοτε ἐκκαλεῖσθαι, ποιείτω τοῦτο.

Criminibus accusatus et jam condemnatus clericus, si adhuc dicat se jura sua proferre posse, et seipsum innocentem probare, intra annum litigare debet : post annum autem nulla causæ suæ defensio admittetur, sed quantum ad ipsum judicium condemnatus erit. Et si vellet postea appellare, illud faciat.

ΚΑΝΩΝ ΠΔ'.

« Περὶ τῶν ἀπὸ ἄλλου μοναστηρίου ὑποδεχθέντων. « μηδὲ ἡγουμένους τοῦ μοναστηρίου, μηδὲ κλη-

CANON LXXXIII.

« Ut eos, qui ex alieno monasterio suscepti sunt, « nec monasterii præfectos, nec clericos quos-

« nare liceat. Similiter placuit, ut si quis ex « alieno monasterio aliquem susceperit, et vel « ad clericatum adducere, vel monasterii sui præ- « fectum constituere voluerit, episcopus, qui « hoc facit, a reliquorum communione separa- « tus, sit sola sui populi communione contentus : « ille autem nec clericus nec præfectus perma- « neat. »

BALS. Præsens canon punit episcopum, qui monachum ex alieno monasterio suscipit, et eum in clericl gradum provehit, vel in sui monasterii præfecturam : et ejusmodi monachum, qui in clericum admissus, vel etiam monasterii præfectus creatus est, clero et præfectura expellit. Ne tibi autem hic contrarius esse videatur quartus canon synodi quæ in Sanctorum Apostolorum æde constituta est, statuens esse in episcoporum potestate, non solum monachos ex hoc monasterio in aliud transferre, sed etiam eos sæcularibus ædibus præficere. Sed dic, quod hic quidem prohibitum est episcopo, ex aliena regione monachum recipere, et eum etiam præfectum vel clericum constituere : illic autem episcopo permissum est e propria regione monachos, et ab hoc monasterio in aliud transferre, et in sæculari etiam administratione constituere ; quod præter mentem propriorum episcoporum fieri nequit. Præsens autem canon tunc locum habebit, quando ex aliena regione monachus dimissorias literas episcopi ejus non affert. Tunc enim citra impedimentum fiet in aliena regione monasterii præfectus et clericus. Quod autem fit hodie a monasteriorum præfectis, qui e se detonsos cum literis dimittant, ut in alieno monasterio monachi esse possint, non est, ut mihi videtur, firmum et accuratum. **617** Episcopi enim demissoriis magis opus est ei, qui migrare voluerit ; non autem monasterii præfecti : quod episcopis magis subjecti sunt monachi, quam monasteriorum præfectis. Hæc autem locum habebunt in cæteris episcopis ; non autem in patriarcha Constantinopolitano. Ei enim, ut sæpe dictum, permissum est monachos et clericos ex regionibus alienis, nec ejus sedi omnino subjectis, accipere. Sed non itidem Antiochenæ throno, vel Hierosolymitano, vel alii.

ZONAR. Monachum, qui a monasterio suo discesserit, ab alio quovis recipi vetitum est. Si igitur episcopus, inquit, ejusmodi monachum recipiat, eumque vel monasterii præfectum constituat ; episcopus quidem aliarum consortio exclusus, sola populi sui communione contentus erit : monachus vero et e clero ejicietur et præfecturæ gradu excidet.

ARIST. « Qui quempiam ex alieno monasterio « suscipit, si eum ad clericatum promoveat, aut « suo præficiat monasterio, aliorum communione « privetur. »

Monachi regionis episcopo subjici debent, et in monasteriis, in quibus collocati sunt, perseverare,

« ρικὸν ἐξεῖναι χειροτονεῖν. Ὁμοίως ἔρεσεν, ἵνα, « ἐάν τις ἀπὸ ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται « τινα καὶ πρὸς κλήρωσιν προσαγαγεῖν ἐθελήσῃ, ἢ « τοῦ ἰδίου μοναστηρίου ἡγούμενον καταστήσαι, ὁ « τοῦτο ποιῶν ἐπίσκοπος, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν « κοινωνίας χωριζόμενος, τῇ τοῦ ἰδίου λαοῦ κοινω- « νίᾳ ἀρκεσθῇ μόνῃ· ἐκεῖνος δὲ μηδὲ κληρικὸς μηδὲ « ἡγούμενος ἐπιμείνῃ. »

« τὴν ἐν τῇ εἰρήνῃ γενομένην δίκην τινοῦντες, ἐν αὐτῷ
« τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς πάλιν πρὸς τὴν πλεονεξίαν
« ἐκτραπῶσί τινες, κερδαίνοντες ἐξ αἵματος καὶ διὰ
« βίου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων ἢ αἰχμαλώ-
« των, πεφύκαμεν, τί ἕτερον προσδοκᾶν χρὴ ἢ ὡς
« ἐπαγωνιζομένους τῇ πλεονεξίᾳ, ἐπισπεύσαι ὀργὴν
« καὶ ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ; »

« modi abdicare visum est, ne forte in totum popu-
« lum ira veniat, et in eos primum qui præsunt, et
« non inquirunt. Vereor enim, ut ait Scriptura, ne
« impius justum una secum perdat [1]. *Fornicatio*
« *enim*, inquit, *et avaritia, per quæ venit ira Dei*
« *in filios inobedientiæ : ne sitis ergo eorum partici-*
« *pes. Fuistis enim aliquando tenebræ : nunc autem*
« *lux in Domino. Ut filii lucis ambulate (fructus*
« *enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veri-*
« *tate), probantes quod sit Deo acceptum : et nolite*
« *communicare infructuosis operibus tenebrarum, sed*
« *potius etiam redarguite. Quæ enim ab ipsis fiunt*
« *clanculum, turpe est vel dicere. Omnia autem a*
« *luce convicta manifestantur* [2]. Hæc quidem Apo-
« stolus. Si autem qui propter priorem plura ha-
« bendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnas
« dant, in ipso iræ tempore rursus ad avaritiam
« convertantur, lucrifacientes ex sanguine et per-
« nicie eversorum hominum, captivorum, interfe-
« ctorum; quid aliud exspectandum est, quam ut
« avaritia decertantes iram sibi et universo populo
« accumulent? »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς, ἥρπασάν τινες τῶν ὀρθοδόξων τὰ τὴν λαηλασίαν διαφυγόντα τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα. Περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ ἵππος, φησὶν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης ἐκκήρυκτός τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν, ἤγουν τοῦ, ἀποβλήτου καὶ ἀλλότριος. Ἀποκηρυσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ ὅταν διά τινα αἰτιάματα ἐκ τῆς γονικῆς κληρονομίας ἀλλοτριῶνται. Τὸ δὲ ἐν καιρῷ συμφορᾶς C τοιαύτης τολμῆσαί τινα τοιοῦτόν τι κακὸν, καὶ λογίσασθαι κέρδους ἀφορμὴν τὴν τῶν ἀδελφῶν συμφοράν, ἔργον ἐστὶν ἀνθρώπων ἀσεβῶν καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μισουμένων, καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα. Ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἐκκηρύξαι ἀντὶ τοῦ, φανερῶς ἐκδιῶξαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος ὧν πιστῶν· ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους. Εἶτα ἐπάγει καὶ Γραφικὰς μαρτυρίας, καὶ περὶ τὸ τέλος ἐπιφέρει· Εἰ δέ τινες διὰ πλεονεξίαν γενομένην παρ' αὐτῶν κατὰ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν κολασθέντες, πάλιν καὶ εἰς τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον τὰ αὐτὰ ἡμαρτον, οἱ τοιοῦτοι, φησὶν, οὐ μόνον καθ' ἑαυτῶν τὴν D ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἐφέλκουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ. Τούτων οὕτως ἐχόντων σημείωσαι, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις τὰς τῶν πλεονεκτῶν δυναστείας ἀναστέλλειν διὰ ἐπιτιμίων· καὶ τοὺς μὲν ἁρπάζοντας τὰ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας περιλειφθέντα πράγματα τῶν ὀρθοδόξων διὰ μεγάλων ἐκκλησιαστικῶν σωφρονίζειν κολάσεων· τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἁρπαγὰς μετριωτέρως ἐπιτιμᾷν· ὥστε ἀπὸ τοιούτων περὶ τοιούτων ὑποθέσεων καὶ λαϊκοὺς ἐνδυνάμως ἵνα δικάσωσιν οἱ ἐπίσκοποι. Πῶς γὰρ ἐπιτιμήσουσι τούτοις τῆς ἀληθείας μὴ ἀναφανείσης πρότερον; Τὸ δὲ διὰ πλεονεξίαν ἀποκηρύσσε-

27 Bals. In tempore incursionis, quidam ex orthodoxis corripuerunt res quæ captivorum depraedationem effugerunt. De his ergo interrogatus equester dicit, quod quisquis est avarus, est ab Ecclesia abdicatus, id est, ejectus et alienus. Dicuntur enim abdicati filii quando propter aliqua crimina ab hereditate paterna alienantur. In tempore autem talis calamitatis audere aliquem facinus ejusmodi, et existimare aliorum calamitatem esse sui lucri occasionem, est impiorum hominum et Deo invisorum et qui omnem improbitatem superant. Unde visum est eos abdicare, pro eo quod est, aperte Ecclesia expelliere, et a fidelium multitudine separare: ne propter ipsos Dei ira in omnes veniat, sed ante alios in eos qui præsunt, qui ejusmodi homines non inquirunt et examinant. Deinde subjungit etiam testimonia Scripturæ, et circa finem infert: Si qui autem propter suam avaritiam, quæ fuit tempore pacis, puniti, in barbarorum iterum incursione eadem peccaverint, ii, inquit, non solum Dei iram in se attrahunt, sed etiam adversus omnem populum. Hæc cum ita se habeant, nota ex hac præsenti epistola, quod episcopis permittitur avarorum plurimaque habendi cupidorum potentiam pœnis impositis coercere: et eos quidem, qui, quæ ex captivitate relicta sunt fidelibus, rapiunt, magnis ecclesiasticis animadversionibus castigare; qui non sunt autem ejusmodi rapaces, mediocriter punire. Quamobrem ex his de hujusmodi causis laicos quoque episcopi rite judicent. Quomodo enim eos punient, si non prius veritas apparuerit? Propter avaritiam autem a fidelium communione aliquem abdicari, magnum est, et væ avaris! Lex vero civilis, eum qui rapit ex incendio vel ex ruina ædium,

[1] Gen. xviii, 23, 25. [2] Ephes. v, 5-13.

intra annum quidem in quadruplum condemnat: post annum autem in simplum. Et lege primum cap. tit. 20 lib. LX. Similiter autem puniuntur in pœna pecuniaria, qui ab expugnata domo rapiunt. Dicit enim secundum thema cap. 3 ejusdem tituli et libri hæc expresse: Si a domo vel vico qui oppugnatur rapuerit quid fuerit, legi locus est.

οὐδέ τινα ἐκ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν μέγα ἐστὶ, καὶ οὐαὶ τοῖς πλεονεκτοῦσιν. Ὁ μέντοι πολιτικὸς νόμος τὸν ἁρπάζοντα ἀπὸ ἐμπρησμοῦ ἢ καταπτώσεως οἰκίας εἴσω μὲν ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ τετραπλοῦν κατακολάζει· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ ἁπλοῦν. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ πρῶτον κεφάλ. τοῦ κʹ τίτλου τοῦ ξʹ βιβλίου. Παραπλησίως δὲ κολάζονται κατὰ τὴν χρηματικὴν ποινὴν καὶ οἱ ἀπὸ οἰκίας καταπολεμηθείσης ἁρπάζοντες. Φησὶ γὰρ τὸ δεύτερον θέμα τοῦ γʹ κεφάλ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου ταῦτα ῥητῶς· Κἂν ἀπὸ οἰκίας ἢ κώμης καταπολεμουμένης ἁρπαγῇ τι, χώρα τῷ νόμῳ.

ZONAR. Qua tempestate in martyres populatio exercebatur, nonnulli ex iis qui effugerant, captivorum invasere domos, quæque a barbaris relicta fuerant, diripuere. De his itaque rogatus hic magnus Pater, omnem avaritiam asserit divinis litteris interdictam, nec fieri posse ut quæcunque sacræ paginæ de avaritia disserunt, una epistola comprehendantur. Breviter autem ait avarum quemlibet esse ab Ecclesia abdicatum, hoc est, ejectum et alienum. Abdicari namque dicuntur filii, cum ob aliquod crimen a paterna hæreditate ejiciuntur, omnique cognationis jure privati censentur. Porro calamitatis tempore, cum in luctu homines versarentur, alii quidem captivi ipsimet facti, alii vero ob consanguineos in servitutem abductos, alii denique ob rerum suarum jacturam; ausos fuisse quosdam ejusmodi tempus, lucri sibi occasionem ducere, hominum est impiorum, et Deo invisorum, sive Deo exosorum, quodque omnem superat pravitatem. Placuit itaque ejusmodi homines abdicare, id est, penitus extrudere ab Ecclesia, atque a fidelium multitudine segregare, ne propter ipsos ira Dei in omnes descendat, præcipueque in eos qui præsunt, nec in ejusmodi homines inquirunt, aut vindicant. Mox Scripturæ testimonia profert, additque: Si qui ob exacti temporis avaritiam, et quam ante incursionem barbarorum exercuerant, pœnas persolventes, non modo non resipuerunt (hoc vero duplicem sensum admittit, aut enim *pœnas persolventes* intelligit ob supplicium a Deo inflictum, qui ad vindicandam superioris temporis injuriam immiserit barbaros, aut *solventes pœnas*, hoc est, episcopalibus mulctis ob superiorem avaritiam castigati minime resipuerunt), quin potius ipsomet tempore divinæ iracundiæ, ob quam irruere barbari, ipsi se ad avaritiam converterunt, *lucrum sibi comparantes ex sanguine*, et pernicie hominum quorum eversæ fortunæ sunt, vel captivorum qui sunt interfecti; ut autem illud explicaret, lucrum sibi comparantes ex sanguine, subjecit quæ mox sequuntur: Vel enim, inquit, hominum qui in servitutem abducti sunt, quod est pernicies, vel interfectorum hominum bona diripiunt; quid aliud sperandum est, nisi propter avaritiam, sibi ipsis ac universo populo iram accumulare, hoc est, sibi ipsis et populo Dei iracundiam conciliare? Atque exemplum ex antiqua historia adducit in quo ob unius peccatum plures supplicio affecti sunt.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν μαρτύρων λεηλασίας, τινὲς τῶν διαφυγόντων ἐπῆλθον ταῖς οἰκίαις τῶν αἰχμαλωτισθέντων, καὶ ἥρπασαν τὰ παρὰ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα. Περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, φησὶν, ὅτι πᾶσα πλεονεξία τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀπηγόρευται, καὶ οὐ δυνατὸν ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ περιληφθῆναι ὅσα περὶ πλεονεξίας ἡ Γραφὴ διέξεισι· συντόμως δέ φησιν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης ἀποκήρυκτος τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν· ἀντὶ τοῦ, ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. Ἀποκηρύσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ, ὅταν δι' αἰτίαμα τῆς γονικῆς κληρονομίας ἐκβάλλωνται, καὶ ἀλλοτριῶνται τῆς συγγενείας. Τὸ δὲ, ἐν καιρῷ συμφορᾶς, ὅτε ν ἐθρήνουν οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν αἰχμαλωτισθέντες, οἱ δὲ διὰ τοὺς οἰκείους εἰς δουλείαν ἀγομένους, οἱ δὲ διὰ τὴν στέρησιν πραγμάτων· τολμῆσαί τινας τὸν τοιοῦτον καιρὸν λογίσασθαι κέρδους καιρὸν, ἀσεβῶν ἐστιν ἀνθρώπων καὶ θεοστυγῶν, ἤγουν ὑπὸ Θεοῦ μισουμένων καὶ πάσης ἀτοπίας ὑπερέχειν. Ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἀποκηρύξαι, ἀντὶ τοῦ, πατρικῶς ἐκδιῶξαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν, ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους. Καὶ Γραφικὰς μαρτυρίας παράγει, εἶτα ἐπάγει· ὅτι, Ἐάν τινες, διὰ πλεονεξίαν προλαβοῦσαν, καὶ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς γενομένην, δίκην τίνοντες, οὐ μόνον οὐκ ἐσωφρονίσθησαν (τοῦτο δὲ διττὴν ἔννοιαν ὑποβάλλει· ἢ γὰρ *δίκην τίνοντες* λέγει ἀντὶ τοῦ, τιμωρούμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, διὰ ἀδικίας προλαβούσας τοὺς βαρβάρους εἰς τιμωρίαν κινήσαντος· ἢ *δίκην τίνοντες* ἀντὶ τοῦ, δι' ἐπιτιμημάτων ἐπισκόπων κολαζόμενοι διὰ προλαβούσας πλεονεξίας οὐκ ἐσωφρονίσθησαν)· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, δι' ἣν ἐπῆλθον οἱ βάρβαροι, αὐτῆς εἰς πλεονεξίαν ἐτράπησαν κερδαίνοντες ἐξ αἵματος ὀλέθρου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων, ἢ αἰχμαλώτων φονευομένων· τὸ δὲ *ἐξ αἵματος κερδαίνοντας* ἑρμηνεύων, ἐπήγαγε τὰ ἑξῆς· Ἢ γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπων εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένων, ὅπερ ὄλεθρός ἐστιν, ἢ ἀναιρεθέντων ἀνθρώπων πράγματα διαρπάζουσι· τί ἄλλο χρὴ ἐλπίζειν, ἢ διὰ τὴν πλεονεξίαν ἐπισωρεῦσαι ὀργὴν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ, ἤγουν ἑλκύσαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὸν λαόν; Καὶ ἐξ ἱστορίας δὲ παλαιᾶς ὑπόδειγμα παρατίθησιν, ὅτι ἑνὸς ἁμαρτήσαντος πολλοὶ ἐκολάσθησαν.

CANON III.

« Annon ecce Achar Zare filius [1] in eo quod

ΚΑΝΩΝ Γʹ.

« Οὐχ ἰδοὺ Ἄχαρ ὁ Ζαρὰ πλημμελείᾳ ἐπλημμέ-

[1] Jos. VII.

« λησεν ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν συ-
« αγωγὴν Ἰσραὴλ ἐγενήθη ἡ ὀργή; Καὶ εἷς μό-
« νος οὗτος ἥμαρτε, μὴ μόνος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἁμαρ-
« τίᾳ αὐτοῦ. Ἡμῖν δὲ πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον, ἀλλὰ
« ἀλλότριον, τῷ καιρῷ τούτῳ κέρδος, ἀνάθεμα νενο-
« μίσθαι προσῆκε. Κἀκεῖνος μὲν γὰρ ὁ Ἄχαρ ἐκ
« τῆς προνομῆς ἔλαβε· καὶ αὐτοὶ νῦν ἐκ προνομῆς·
« ἐκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων, οἱ δὲ νῦν τὰ τῶν
« ἀδελφῶν, κερδαίνοντες ὀλέθριον κέρδος. »

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ὁ ἅγιος ἀποκηρύττεσθαι ἐκ τῶν πιστῶν τοὺς ἁρπάσαντας τὰ τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι διαφέροντα, καὶ ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς λῃλασίας περιλειφθέντα, καὶ ὅτι διὰ τοὺς οὕτω πολλάκις πταίσαντας καὶ μὴ διορθωθέντας, καὶ εἰς τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπεσωρεύθη, ἐπιφέρει πρὸς κατασκευὴν τούτων τὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γεγραμμένην ἱστορίαν περὶ τοῦ Ἄχαρ. Ἱστορεῖται γὰρ ὡς τοῦ Ἰησοῦ ἐπαγγειλαμένου ἀνατεθειμένα εἶναι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς Ἰεριχοῦντος σκυλευθησόμενα, ὁ Ἄχαρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως Ἰεριχοῦντος, γλῶτταν χρυσῆν καὶ ὕφασμά τι ὠφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν ἐν τῷ πολέμῳ οἱ Ἰσραηλῖται. Ὅτι δὲ δόλιος ἦν ἡ αἰτία τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, γέγονε κλῆρος, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸν Ἄχαρ. Κἀκεῖνος, ἀνακρινόμενος, ὡμολόγησε τὸ κλέμμα καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτός τε καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν, καὶ τὰ ζῶα, καὶ πᾶσα ἡ ὑποσκευὴ αὐτοῦ. Καί φησιν, Ἰδοὺ εἷς ἥμαρτε, καὶ ὠφελήθη ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνου ἀπώλοντο ἐν τῷ πολέμῳ πολλοὶ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν· καὶ αὖθις ἡ ἐκδίκησις γέγονεν οὐκ εἰς ἐκείνον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς ἐκείνου. Πρὸς δὲ τὸν ἴσως εἰπόντα διαφορὰν εἶναι τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ καὶ τῶν διαφερόντων ἰδιώταις, ἀντικαθίσταται ὁ ἅγιος, καὶ κατασκευάζει χείρονα ἐκείνης τῆς πλεονεξίας εἶναι τὴν παροῦσαν ἁρπαγήν· ὅτι τε τότε τῷ καιρῷ τῆς λῃλασίας τῶν βαρβάρων περιλειφθέντα πράγματα τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ λογίζονται· καὶ ὅτι κἂν ἰσότητα ἔχωσι τὰ παρὰ τῶν Ἄχαρ ἀποσυληθέντα καὶ τὰ παρὰ τούτων ἁρπαγέντα, διὰ τὸ ἐκ προνομῆς ἤτοι αἰχμαλωσίας καὶ ἀμφότερα ἀποκερδανθῆναι, ἀλλ' ἡ ἐκ τούτων αἰτία μείζων ἐστίν. Ὁ μὲν γὰρ Ἄχαρ τῶν πολεμίων ὑφείλετο· οἱ δὲ νῦν πλεονεκτήσαντες τὰ τῶν ἀδελφῶν ἥρπαζον, τὴν συμφορὰν τούτων κέρδος ὀλέθριον ἡγησάμενοι. Σημείωσαι τὰ παρόντα διὰ τοὺς ἁρπάζοντας τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ τὰ τῶν μοναστηρίων, καὶ ἁπλῶς διὰ τοὺς ἰδιουμένους πάντα τὰ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ.

« dedicatum erat, peccavit : et in omnem Israel
« synagogam ira pervenit? Atque hic unus solus
« peccavit, sed non solus in suo peccato est mor-
« tuus. Nobis autem quidquid non nostrum, sed
« alienum est, hoc tempore lucrum, Deo dedica-
« tum esse existimandum est. Nam et ille quidem
« Achar ex præda accepit, et ipsi nunc ex præda
« accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hostium:
« qui vero nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, pernicioso
« lucro lucrifacientes. »

Bals. Cum dixisset sanctus a fidelibus abdicari eos qui rapiunt quæ ad captivos pertinent, et ea barbarica præda relicta fuerunt; et quod propter eos qui sic sæpe lapsi et minime correpti sunt, in populum quoque ira Dei accumulata sit; ad eorum confirmationem inducit Achar historiam in libro Jesu Nave descriptam. Narrat enim quod cum Jesus pronuntiasset omnia Deo esse dedicata spolia, quæ ex Jericho capta essent, Achar postquam urbe Jericho capta esset, aurea lingua et aliqua veste surrepta, ea infodit in suo tentorio. Cum autem Deus propterea succensuisset, in eo bello Israelitæ victi sunt. Quia autem non manifesta erat iræ Dei causa, missa est sors, et cecidit super Achar. Ille autem interrogatus, furtum confessus est, et quæ surrepta sunt, protulit; et lapidibus obrutus est ipse, et omnes sui, et animalia, et tota ejus supellex. Et dicit : Ecce unus peccavit, et ex eo quod Deo dedicatum est, sustulit; et propter illius peccatum, multi perierunt in bello, ex synagoga seu coetu Israelitarum : et rursus ultio facta est, non in illum solum, sed in omnes suos. His autem qui forte dixerant, esse differentiam eorum quæ Deo dedicata fuerant, et eorum quæ ad privatos aliquos pertinent, resistit sanctus; et ostendit hanc rapinam esse illa avaritia deteriorem : et quod eo tempore quo prædæ ab hostibus aguntur, res fratrum relictæ, tanquam Deo dedicatæ reputantur : et quod, quamvis æquelitatem habeant, quæ ab Achar direpta fuere, et quæ ab eis rapta sunt, propterea quod et utraque ex prædatione vel captivitate comparata sunt; eorum tamen culpa major est. Achar enim res bestium abstulit : ii autem quos plura habendi libido nunc invasit, bona fratrum rapuerant; eorum calamitatem, lucrum perniciosum rati. Nota præsentem canonem propter eos qui res Ecclesiarum et monasteriorum rapiunt, et, ut semel dicam, propter eos qui quæ sunt Deo dedicata, tanquam propria vindicant.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ βίβλῳ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γέγραπται, ὅτι πολιορκῶν ὁ Ἰησοῦς οὗτος τὴν Ἰεριχῶ, πάντα τὰ ἐν αὐτῇ ἀνάθεμα ἐπηγγείλατο εἶναι Θεῷ. Ἁλωκυίας δὲ τῆς πόλεως, ὁ Ἄχαρ, χρυσὸν καί τι ὕφασμα ὠφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν μετὰ ταῦτα ἐν πολέμῳ οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ ἔπεσον πολλοί. Ζητουμένου δὲ αἰτίου τῆς τοῦ Θεοῦ ὀρ-

Zonar. Scriptum est in libro Jesu Nave, quod cum obsideret Jesus Jericho, quæcunque in illa erant, Deo dicata pronuntiavit. Expugnata autem urbe, Achar sublato auro ac quodam indumento, illa in suo tabernaculo defodit. Quam ob causam irato Deo, victi sunt in bello post hæc Israelitæ, multique cecidere. Porro cum divinæ iracundiæ causa quæreretur, missis sortibus Achar est designatus; ac

is quæstione habita furtum confessus est, eaque quæ furatus fuerat protulit, ipseque cum uxore et liberis, ejusque tabernaculum, et jumenta 29 lapidibus obruta sunt. Ecce igitur, inquit, unus peccavit, perierunt que in bello Israelitæ multi, ac illi omnes. Amplificat porro hic magnus Pater illius temporis avaritiam, ac utrumque comparans, crimen hoc gravius quam quod ab Achar admissum est demonstrat. Ex præda siquidem, inquit, Achar ea sustulit quæ furatus est, ne isti pariter ex præda : cæterum ille res hostium rapuit, hi vero fratrum; quod gravius malum efficit. Infert dein le, quippe dicentibus quibusdam se hæc invenisse projecta, eum nemo forte illa sibi assereret, neque quorum essent novisse; ac ipsis quæ in Deuteronomio et Exodo habentur opponit, ac dicit; eis qui ejusmodi loquebantur sic ait Pater

A γῆς, ὁ κλῆρος ἐπὶ τοῦ Ἀχαρ ἔπεσε· καὶκεῖνος ἀνακρινόμενος ὡμολόγησε τὸ κλέμμα, καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ σκηνὴ, καὶ τὰ ζῶα. Ἰδοὺ οὖν, φησὶ, εἷς ἥμαρτε, καὶ ἀπώλοντο ἐν τῷ πολέμῳ Ἰσραηλῖται πολλοί· οἱ ἐκεῖνα πάντες. Εἶτα καὶ ἐξαίρει ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ τὴν τότε πλεονεξίαν· καὶ χείρονα εἶναι κατασκευάζει ἁμαρτίαν παρὰ τὴν τοῦ Ἀχαρ, συγκρίνων ἑκάτερα. Καὶ γὰρ ὁ Ἀχαρ, φησὶν, ἐκ προνομῆς ἔλαβεν ἃ ὠφέλατο, καὶ οὗτοι ὁμοίως ἐκ προνομῆς· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων ἔλαβεν, οὗτοι δὲ τὰ τῶν ἀδελφῶν· ὅπερ μεῖζον ποιεῖ τὸ κακόν. Εἶτα ἐπιφέρει, ὡς τινων λεγόντων ὅτι Εὕρομεν ταῦτα ἐρριμμένα τυχὸν, μή τινος ἀντιποιουμένου αὐτῶν, καὶ οὐδὲ ἤδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου· καί φησιν· πρὸς τοὺς (32') λέγοντας τὰ εἰρημένα φησὶν ὁ Πατήρ·

CANON IV.

« Nemo seipsum seducat, neque tanquam invenerit : neque enim fas est ei qui invenit lucrifacere. Dixit enim Deuteronomium : *Viso fratris tui vitulo, et ove errante in via, ea ne despexeris, sed ea restitutione restitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ei tenon approximet, neque ipsum noveris, coges ea et apud te erunt, donec ea frater tuus quæserit, et reddas ea; et sic facies de ejus asino, et sic facies de ejus veste; et sic facies post omnem perditionem fratris, quæcumque ipsi perierint, et tu ea inveneris* ». Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non solum si quis res fratris, sed etiam inimici invenerit, *Restitutione*, inquit, *restitues ipsa domni domini ipsorum* [1]. Si autem ob eo qui in pace et in otio delicate vitam transigit, nec de suis est sollicitus, sive frater sit, sive inimicus, non licet lucrari; quanto magis ab eo qui rebus adversis premitur, et hostis fugit, et necessitate coactus propria reliquit! »

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Μηδεὶς ἐξαπατάτω ἑαυτὸν, μήτε ὡς εὑρὼν· οὔτε γὰρ εὑρόντα κερδαίνειν ἔξεστι. Φησὶ γὰρ τὸ Δευτερονόμιον· *Μὴ, ἰδὼν τὸν μόσχον τοῦ ἀδελφοῦ σου καὶ τὸ πρόβατον πλανώμενα ἐν τῇ ὁδῷ, παρίδῃς αὐτὰ, ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου. Ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός σου πρὸς σὲ, μηδὲ ἐπίστασαι αὐτὸν, συνάξεις αὐτὰ, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ἐκζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτά. Καὶ οὕτω ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις μετὰ πάσαν* (33) *ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅσα ἂν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὑρήσῃς αὐτά.* Ταῦτα τὸ Δευτερονόμιον. Ἐν δὲ τῇ Ἐξόδῳ, οὐ μόνον ἐὰν τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τις εὕρῃ, ἀλλὰ καὶ ἐχθροῦ, Ἀποστροφῇ, φησὶν, *ἀποστρέψεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῶν.* Εἰ δὲ ἐν εἰρήνῃ ῥαθυμοῦντος καὶ τρυφῶντος καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντος ἀδελφοῦ ἢ ἐχθροῦ, κερδᾶναι οὐκ ἔξεστιν, πόσῳ μᾶλλον δυστυχοῦντος καὶ πολεμίους φεύγοντος, καὶ κατὰ ἀνάγκην τὰ ἴδια ἐγκαταλιπόντος; »

Bals. Est verisimile dixisse aliquos se non rapuisse res fratrum suorum captivorum : sed eas, inquiebant, disjectas invenimus, nec scielsamus cujusnam erant, et propterea nulla in nos cadit reprehensio. Adversus eos ergo opponit sanctus Deuteronomium et Exodum : et dicit, quod etiamsi aliquis disjectas neglectuique habitas eo tempore res invenerit, ipsarum autem dominum ignoraverit, ne sic quidem eas lucrari permittitur. Debet enim eas servare, donec earum dominus illas cognoverit et quæsierit. Deinde infert, quod si lege Mosaica nulli licet, ea quæ ad alios pertinent, tanquam sua sibi propria asscribere, sive ii sint amici, sive inimici, etiamsi tempore pacis neglectui habita sint, sed cogitur ea dominis ipsorum restituere, quamvis luxuriose et delicate vivant, nec proprias res invenire

ΒΑΛΣ. Εἰκὸς ἦν εἰπεῖν τινάς ὅτι Οὐχ ἡρπάσαμεν τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀδελφῶν, ἀλλ' εὕρομεν αὐτὰ ἐρριμμένα, καὶ οὐκ ἤδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀκαταιτίατοι νομιζόμεθα. Πρὸς γοῦν τούτους ἀντιτίθησιν ὁ ἅγιος τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου, καὶ φησιν, ὡς κἂν ἐρριμμένα καὶ ἀνεπιμέλητα καὶ ἐν καιρῷ τοιούτῳ εὑρήσῃ τις πράγματα, ἀγνοῇ δὲ καὶ τὸν δεσπότην αὐτῶν, οὐδὲ οὕτως ἐκχωρεῖται κερδᾶναι αὐτά. Χρεωστεῖ γὰρ φυλάξαι αὐτὰ, ἕως ἂν ὁ κύριος αὐτῶν γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτά. Εἶτα προσεπάγει ὅτι, ἐὰν κατὰ τὴν Μωσαϊκὴν νομοθεσίαν οὐκ ἔξεστί τινι ἰδιοῦσθαι τὰ ἑτέροις ἀνήκοντα πράγματα, κἂν φίλοι ὦσιν οὗτοι, κἂν ἐχθροὶ, κἂν ἀνεπιμέλητα ὦσι, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ εἰρήνης, ἀλλὰ ἀναγκάζεται ἀποκαθιστᾶν αὐτὰ πρὸς τοὺς δεσπότας τούτων καὶ τρυφῶντας, καὶ μηδὲ ἐπιστρεφομένους τῆς τῶν ἰδίων

[1] Deut. xxii, 1, 3. [1] Exod. xxiii, 4.

(32') *Καὶ γησιν· πρὸς τοὺς.* Forte legendum : καὶ πρὸς τούς. Edit. Patmos.
(33) *Μετὰ πασαν.* LXX, κατὰ πᾶσαν ἀπώλειαν.

εὑρίσκειν· πόσῳ μᾶλλον ὀφείλει ὁ εὑρὼν ἀδελφοῦ δυστυχοῦντος καὶ αἰχμαλωτισθέντος ἢ καὶ φεύγοντος τοὺς βαρβάρους, πράγματα, καὶ κατὰ τοσαύτην ἀνάγκην ἀτημέλητα καταλιπόντος τὰ οἰκεῖα, ἀποκαθιστᾶν αὐτὰ πρὸς τὸ μέρος τοῦ οὕτω δυσπραγοῦντος ἀνθρώπου; Καὶ ὁ μὲν ἅγιος ταῦτα εἰρήκεισε· καὶ ἐφεξῆς διδάσκει πῶς ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ τὰ ἁρπάσαντες τὰ τοιαῦτα πράγματα, καὶ οἱ μὴ ἁρπάζοντες, ἀλλὰ εὑράντες· πρὸς δὲ καὶ οἱ μετὰ τὴν εὕρεσιν μὴ ἀποκαθιστῶντες αὐτά. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος φησὶν ἐν θέματι ε', τοῦ μ' κεφαλαίου, τοῦ ιβ' τίτλου, τοῦ ξ' βιβλίου, ταῦτα ῥητῶς· Ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐρήμημένον λαμβάνων ἐπὶ τῷ κερδᾶναι, κἂν ἀγνοῇ τίνος ἐστὶν, ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ· εἰ μὴ ἄρα ἀπρονόητον ὁ δεσπότης εἶχεν αὐτόε τότε γὰρ κἂν ὡς κλέπτων ἀφῃρέθαεν, ἐπειδὴ ἐπαύσατο αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὑπόκειται. Κλοπὴ γὰρ οὐ γίνεται μὴ ὄντος τοῦ κλοπὴν ὑφισταμένου. Εἰ δὲ τὸ μὴ ὂν ἀπρονόητον ἐνόμισεν ἀπρονόητον, οὐκ ἔστι κλέπτης· εἰ δὲ μὴ ἦν ἀπρονόητον, μήτε ἐνόμισεν, ἔλαβε δὲ, ἐπὶ τῷ δοῦναι τῷ εὑρισκομένῳ δεσπότῃ, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ, κἂν εὕρετρα λάβῃ. Ὡσαύτως καὶ τὸ ξα' κεφ. τοῦ γ' τίτλου τοῦ ν' βιβλίου οὕτω διαλαμβάνει· Φάντις ἁπάντος πράγμα κατέσχε σχολάζον, οὐκ ἐνήγετο τὸ παλαιὸν ἢ τῷ περὶ βίας παραγγέλματι, ἢ τῷ, Ὅπερ βίᾳ ἢ λάθρᾳ, εἰ μὴ ἄρα τῇ τὰ ἴδια ἐκδικούσῃ ἀγωγῇ, ἐν ᾧ δεσπότης ἦν ὁ ἀπών. Ἡμεῖς οὖν, ὡς νομέα ὄντα, βουλόμεθα κρατεῖσθαι τῷ περὶ βίας γενικῷ παραγγέλματι· γελοῖον γάρ ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι ἐνάμιζον ἴδιον τὸ ἀλλότριον ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγῆς εἴπομεν, ὅτι ὁ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ψηλαφῶν κλοπὴν ἁμαρτάνει. Ταῦτα δὲ φαμεν, ἐὰν μὴ τριακονταετία παρέλθεν ἐξ οὗ τῆς νομῆς ἐπελύσατο. Σημείωσαι τὰ ἐντεῦθεν γεγραμμένα περὶ τῶν πραγμάτων τῶν αἰχμαλώτων. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλ. λδ', τιτ. α', κεφ. ιζ', λέγον· Τοὺς ἀναληφθέντας παρὰ τῶν πολεμίων ἀγροὺς οἱ πρώην ἀναλαμβάνουσι δεσπόται· οὐ γὰρ ἐν τάξει πραίδων εἰσὶν οὐδὲ δημόσιοι γίνονται. Οὐ γὰρ τῶν πολεμίων λαμβάνόμενοι, γίνονται δημόσιοι. Σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων καὶ ἀπὸ τῶν νόμων οὐ μόνον οἱ τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀποσυλῶντες ἢ ἁρπάζοντες κολάζονται καὶ ἐνέχονται, ἀλλὰ καὶ οἱ εὑρόντά τι ἢ ἀκίνητον σχολάζον λέγοντες ἐφευρεῖν, καὶ μὴ αὐτίκα τὰ πράγματα καταδήλα ποιοῦμενοι, καὶ φυλάττοντες αὐτὰ εἰς ὄνομα τοῦ δεσπότου, κατὰ μὲν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς νόμους ἐπιτιμηθήσονται, κατὰ δὲ τοὺς πολιτικοὺς ἢ ὡς κλέπται τιμωρηθήσονται, ἐὰν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα κινητόν, ἢ τῇ περὶ βίας παραγγέλματι, ἐὰν ἐστὶν ἀκίνητον. Ὅταν δὲ ἀπρονόητόν ἐστι τὸ εὑρεθὲν, τὸ παρὰ τοῖς νόμοις καλούμενον κρυπτομένητον, οὐ κολάζεται παρομοίως ὁ τοῦτο κατασχών· ἀλλ' εἰ μὲν κινητόν ἐστιν, ἀναχάζεται αὐτὸ ἀποδοῦναι, καὶ μόνον, εἰ μὴ ἐξέπεσεν αὐτὸ, ὡς καλῶς κέκριται νομεύς, ἐντὸς τριετίας· εἰ δὲ ἀκίνητον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ κατασχὸν ὡς προδεδείκαμεν, εἰ μὴ γένοιτο τοῦτου δεσπότης, ἐντὸς δεκαετίας. Σχολάζοντος δὲ καὶ ἀπρονοήτου μεγάλη διαφορά. Τὰ μὲν γὰρ

curent : quanto magis debet is qui res invenit fratris adversa fortuna utentis, et in captivitatem abducti, vel barbaros fugientis, et qui in tanta necessitate sua neglecta reliquit, eas tam infortunato homini restituere? Atque hæc quidem sanctus describit : et docet deinceps quomodo puniri debeant, et qui res eas rapuerunt, et qui non rapuerunt, sed invenerunt, et qui postquam invenerunt eas non restituerunt. Lex autem civilis hæc expresse dicit in themate e, cap. 45, tit. 12, lib. 60 : Qui rem alienam adjectam accipit, ut eam lucretur, etiamsi ignorat cujus sit, est furti actioni obnoxius : nisi forte dominus eam ita reliquerit, ut cujus nullam curam gerat. Tunc enim etiamsi ut ea furans ceperit, quoniam ipsius esse desiit, furti non tenetur. Non enim fit furtum, nisi sit cui furtum fiat. Si autem quod non est pro derelicto habitum, pro derelicto esse putatum existimavit, non est fur; si autem nec pro derelicto habebatur, nec pro derelicto haberi existimavit, accepit autem ut domino invento redderet, actione furti non tenetur, etiamsi 30 pro inventione pretium acceperit. Similiter et 61 cap., 3 tit. 1 lib. 8 habet : Si quis absentis rem vacantem detinuisset, non tenebatur olim vel interdicto de vi, vel interdicto Quod vi aut clam, nisi utique rei vindicationem, quatenus absens erat dominus. Nos ergo volumus eum ut qui sit possessor, generali de vi interdicto teneri. Est enim ridiculum dicere quod proprium existimabant id quod est alienum : quemadmodum et de furti in duplum actione diximus, quod qui præter domini sententiam ac voluntatem contrectat, furtum committit. Hæc autem dicimus nisi non annorum spatium præterierit, ex quo possessionem apprehendit. Nota quæ hic de captivorum rebus scripta sunt. Lege etiam lib. XXXIV tit. 1, cap. 17, dicens : Recepimus ab hostibus agros, qui prius erant domini recipiunt ; non enim loco prædæ sunt, neque publicantur. Qui ex hostibus alius rapiuntur, non fiunt publici. Nota ergo quia etiam et canonibus et legibus, non solum qui captivorum res deprædantur et diripiunt, puniuntur et tenentur : sed etiam il qui rem immobilem vacantem invenisse se dicunt, et non statim rem aperiunt, et eam nomine domini possident; secundum legem quidem ecclesiasticam eis pœnitentia injungetur ; secundum civilem autem, vel ut fures puniuntur, si res erit mobilis, vel interdicto de vi, si erit immobilis. Quando autem, quod inventum neglectum est, quod a legibus pro derelictum nuncupatur, non similiter punitur, qui id detinuit. Sed si sit quidem res mobilis, cogitur eam domino restituere, et solum nisi ejus dominium asceutus sit, ut bonæ fidei possessor, intra triennium ; si autem illud immobile, quod pro derelicto detentum est, nisi ejus factus sit dominus, intra decennium. Vacantis autem, et ejus quod pro derelicto habetur, magna est differentia. Quod enim vacat, animo possidemus, etiamsi id naturaliter non possidemus ; quod autem pro derelicto, nec civiliter, nec naturaliter possidemus ; et ideo a bonæ

Quasi possessore ejus dominium acquiritur. Hac autem lectam non habent in iis quæ ad captivos pertinent; et ideo qui ea detinent, et non restituunt, ut superius dictum, citra aliam distinctionem, et tenentur, et puniuntur.

A σχολάζει ψυχῇ νεμόμεθα, κἂν φυσικῶς αὐτὸ οὐ κατέχομεν· τὸ δὲ προσεβλήκτον οὐδὲ νομίμως οὐδὲ φυσικῶς κατέχομεν· καὶ διὰ τοῦτο ὑποπάζεται παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νεμηθέντος αὐτό. Ταῦτα δὲ χώραν οὐκ ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀνηκόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι· καὶ διὰ τοῦτο οἱ κατέχοντες αὐτὰ καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντες, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἀδιαστίκτως καὶ ἐνέχονται καὶ κολάζονται.

Zonar. Ne quispiam se ipsum seducat, quasi rem fratris projectam fortasse planeque neglectam invenerit. Nam etsi ita inveniat ipsam, lucrari haud fas est, sibique rem alienam vindicare, etiamsi foris ignoret dominum; sed illam sumere oportet, ac usque illam dominus norit ac requirat, servare. Tum Deuteronomii ac Exodi locos profert, ita disserens: Si pacis tempore frater tuus, aut inimicus tuus ex negligentia rem suam perdat, haud fas est, si eam inveneris, tibi propriam vindicare, sed ei qui perdidit servari antiqua lex jubet; quanto magis si res inveneris fratris tui qui aufugit, aut in servitutem abductus est, ab ipso relictas, servare illas ac infortuniis presso reddere oportebit?

ΖΩΝΑΡ. Ὅτι μὴ ἐξαπατάτω τις ἑαυτὸν, ὡς εὑρὼν τὸ τοῦ ἀδελφοῦ πρᾶγμα ἐῤῥιμμένον ἴσως καὶ ἀνημέλητον κείμενον. Κἂν γὰρ οὕτως εὕρῃ αὐτὸ, οὐκ ἔξεστι κερδῆσαι αὐτὸ καὶ οἰκειώσασθαι τὸ ἀλλότριον· κἂν ἴσως ἀγνοῇ τὸν δεσπότην τοῦ πράγματος· χρεωστεῖ γὰρ λαβεῖν αὐτὸ, καὶ φυλάξαι ἕως ὁ κύριος αὐτοῦ γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτό. Καὶ τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου ἐπάγει λέγων ὅτι, Ἐὰν ἐν καιρῷ B εἰρήνης ὁ ἀδελφός σου ἢ ὁ ἐχθρός σου ἐκ ῥᾳθυμίας ἀπολέσῃ τὸ ἴδιον, οὐκ ἔξεστί σοι εὑρόντι αὐτὸ κέρδος ἴδιον ποιήσασθαι, ἀλλὰ ἐπανασῶσαι τῷ ἀπολέσαντι αὐτὸ ἀπαιτῇ κατὰ τὸν νόμον τὸν παλαιόν· πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν τοῦ φυγόντος ἀδελφοῦ σου ἢ τοῦ αἰχμαλωτισθέντος εὑρήσεις πράγματα παρ᾽ αὐτῶν ἐγκαταλειφθέντα, χρή σε φυλάξαι αὐτὰ καὶ ἀποδοῦναι τῷ δυσπραγοῦντι;

CANON V.

« Alii autem seipsos seducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quæ invenerunt, detinentes : et quoniam Boradi et Gothi eis hostilia fecerunt, ipsi fiant aliis Boradi et Gothi. Propterea ergo fratrem et consenem nostrum Euphrosynum ad vos misimus, ut secundum formam quæ hic est, et ipse det similiter, et quorum accusationes admittere oporteat, et quos a precibus abdicare. »

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Ἄλλοι δὲ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, ἀντὶ τῶν ἰδίων τῶν ἀπολομένων ἃ εὗρον ἀλλότρια κατέχοντες· ἵνα, ἐπειδὴ αὐτοῖς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ τοῦ πολέμου εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γίνωνται. Ἀπεστείλαμεν οὖν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κα- C τὰ τὸν ἐνθάδε τύπον καὶ αὐτὸς δώῃ ὁμοίως καὶ ὧν δεῖ τὰς κατηγορίας προσίεσθαι, καὶ οὓς δεῖ ἐκκηρύξαι τῶν εὐχῶν. »

Bals. Postquam sanctus, quæ erant consentanea respondit iis qui dicebant se ut disjectas et neglectas habitas res captivorum invenisse et propterea ea sibi vindicasse; nunc iis respondet, qui, quæ ad captivos pertinebant, pro iis quæ sibi ab hostibus prius ablata fuerant, vindicabant. Dicit enim et hoc esse fraudem et [illegible] inanem prætextum. Neque enim æquum est, ut qui ex bello barbarico detrimentum acceperint, non tolerabiliter ferant, sed sint ipsi hostes fratrum, et alii in ipsos barbari appellentur. Propterea, inquit, misimus ad vos fratrem Euphrosynum, ut juxta formam hic traditam, seu quemadmodum hic fecimus, istic quoque det formam ut sic vos faciatis. Deinde dicit: Euphrosynus vos docebit quosnam et adversus quos accusantes admittere, et quosnam ab Ecclesia et fidelium communione abdicare oporteat.

ΒΑΛΣ. Ἀπολογησάμενος ὁ ἅγιος τὰ εἰκότα πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς ἐῤῥιμμένα καὶ ἀτημέλητα εὑρεῖν τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα, καὶ διὰ τοῦτο ἰδιώσασθαι αὐτά· ἄρτι ἀπολογεῖται πρὸς τοὺς ἀντιποιουμένους τῶν διαφερόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσιν ἀντὶ τῶν φθασάντων παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθῆναι πραγμάτων αὐτῶν. Φησὶ γὰρ ὡς καὶ τοῦτο ἀπάτη ἐστὶ καὶ ματαία πρόφασις. Οὐδὲ γὰρ δίκαιόν ἐστι τούτους γεγονότας παρανάλωμα πολεμίου βαρβαρικοῦ μὴ καρτερῆσαι, ἀλλὰ γενέσθαι αὐτοὺς πολεμίους τῶν ἀδελφῶν, καὶ χρηματίσαι εἰς τούτους ἄλλους D βαρβάρους. Διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, τὸν ἀδελφὸν Εὐφρόσυνον πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον, ἤγουν, καθὼς ἡμεῖς ἐνταῦθα ἐποιήσαμεν, δώῃ τύπον καὶ αὐτόθι ὥστε οὕτω ποιεῖν ὑμᾶς. Εἶτά φησιν ὡς ὁ αὐτὸς Εὐφρόσυνος ἀναδιδάξει τίνας δεῖ προσδέχεσθαι κατηγοροῦντας κατά τινων, καὶ τίνας χρὴ ἀποκηρύττειν τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν.

Zonar. Nonnulli, inquit, amissis rebus suis, ac aliena invenientes, pro iis quæ amiserunt ea detinere se asserunt, seipsos decipientes. Quod enim, ait, iis Boradi et Gothi barbari, hoc ipsi fiunt fratribus. Barbari res illorum rapuerunt, ac illi fratrum. Propterea, inquit, [Euphrosynum] ad vos misimus, ut secundum formam hic observatam vos quoque

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, φησὶν, ἀπολέσαντες οἰκεῖα πράγματα, καὶ εὑρόντες ἀλλότρια, λέγουσι κατέχειν αὐτὰ, ἀνθ᾽ ὧν ἀπώλεσαν, ἐξαπατῶντες ἑαυτούς. Ὅπερ γὰρ, φησὶν, ἐγένοντο ἐκείνοις οἱ πολέμιοι βάρβαροι, τοῦτο γίνονται αὐτοὶ τοῖς ἀδελφοῖς. Ἥρπασαν οἱ βάρβαροι τὰ ἐκείνων, κἀκεῖνοι τὰ τῶν ἀδελφῶν. Διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον,

καὶ αὐτόθι, ὥστε οὕτως ὑμᾶς ποιεῖν, καὶ τίνας δεῖ κατηγοροῦντάς τινων προσδέχεσθαι, καὶ οὓς ἐκκηρύξαι, ἤγουν τίνας τῆς Ἐκκλησίας ἐξῶσαι, καὶ τῶν πιστῶν χωρίσαι, ὥστε μὴ συνεύχεσθαι αὐτοῖς. Τίνας δὲ δεῖ κατηγοροῦντας προσδέχεσθαι, τὸ ἕκτον κεφάλαιον τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου διδάσκει. Ἀναγνωστέον καὶ τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα.

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

« Περὶ τῶν βίᾳ κατεχόντων τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους. Ἀπηγγέλθη δέ τι ἡμῖν καὶ ἄπιστον ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν γενόμενον, πάντως που ὑπὸ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν καὶ μὴ εἰδότων μηδὲ ὄνομα Κυρίου, ὅτι ἄρα εἰς τοσοῦτόν τινες ὠμότητας καὶ ἀπανθρωπίας προεχώρησαν, ὥστε τινὰς τοὺς διαφυγόντας αἰχμαλώτους βίᾳ κατέχειν. Ἀποστείλατέ τινας εἰς τὴν χώραν, μὴ καὶ σκηπτοὶ πέσωσιν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. »

ΒΑΛΣ. Ἔμαθεν ὁ ἅγιος ὡς τινες ὀρθόδοξοι αἰχμάλωτοι, τὰς βαρβαρικὰς χεῖρας διαφυγόντες, κατέχονται ὑπό τινων κατὰ βίαν, καὶ οὐ παραχωροῦνται οἴκαδε ὑποστρέφαι. Φησὶν οὖν πρὸς οὓς ἀπεστάλη τὸ ἐπιστολιμαῖον τοῦτο γράμμα, ὡς τοῦτο καὶ ἄπιστον ἐλογίσθη αὐτῷ· ἔργον γάρ ἐστιν ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν. Εἰ δὲ γέγονεν, ἀνεκδίκητον οὐκ ἔσται. Διὸ καὶ ὀφείλουσι τὰ περὶ τούτου πολυπραγμονηθῆναι, καὶ ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι. Νομίζει γὰρ ὡς καὶ σκηπτὸς, ἤγουν πῦρ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κατέφλεξε τοὺς ταῦτα πράσσοντας.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, φησὶν, ὡς ἐμάθομεν, αἰχμαλώτους διαφυγόντας τοὺς πολεμίους, βίᾳ κατέχουσιν· οἵτινες πάντως ἄπιστοί εἰσι καὶ ἀσεβεῖς, καὶ οὐδὲ Θεοῦ ἀπίγνωσιν ἔχουσιν. Ἀπαιτεῖ οὖν ὁ ἅγιος τοὺς πρὸς οὓς γράφει, ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι περὶ τοῦ πράγματος, ἵνα μὴ πῦρ, φησὶν, ἐξ οὐρανοῦ πέσῃ καὶ καταφλέξῃ τοὺς ταῦτα πράσσοντας. Τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν ἀτοπίαν δεικνύων τῆς πράξεως.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Περὶ τῶν ἐγκαταλεχθέντων τοῖς βαρβάροις, καὶ ἀτοπά τινα κατὰ τῶν ὁμοφύλων τολμησάντων. Τοὺς μὲν οὖν ἐγκαταλεχθέντας τοῖς βαρβάροις καὶ μετ' αὐτῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπελθόντας, ἐπιλαθομένους, ὅτι ἦσαν Ποντικοὶ καὶ Χριστιανοὶ, ἐκβαρβαρωθέντας δὲ ὡς καὶ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἢ ξύλῳ ἢ ἀγχόνῃ, ὑποδεικνύναι δὲ ἢ ὁδοὺς ἢ οἰκίας ἀγνοοῦσι τοῖς βαρβάροις· καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπεῖρξαι δεῖ, μέχρις ἂν κοινῇ περὶ αὐτῶν τι δόξῃ συνελθοῦσι τοῖς ἁγίοις, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς μέντοι μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τοῖς βαρβάροις ὁμοφρονήσαντας, καὶ μετ' αὐτῶν οἷον βαρβαρωθέντας, καὶ τοὺς ὁμοφύλους Χριστιανοὺς φονεύσαντας, ἢ ὁδοὺς ἀγνοουμένας τοῖς βαρβάροις, καὶ ἀπαγούσας εἰς Χριστιανοὺς ὑποδείξαντας, ἢ οἰκίας τούτων καταδήλους τοῖς πολεμίοις ποιήσαντας, μηδὲ εἰς ἀκρόασιν τῶν θείων δοξολογιῶν παραδεχθῆναι διορίζεται· ἀλλὰ ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἱστασθαι αὐτοὺς ἐν τόποι προσκλαιόντων πάντως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἢ τὴν καταδίκην, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες. Ἁγίους

illic faciatis, et quorum accusationes et contra quos oporteat admittatis, et quos decet abdicetis, hoc est ejiciatis ab Ecclesia, atque a fidelibus segregetis, ne cum ipsis una precentur. Porro quorumnam accusationes admittendæ sint, sextum secundæ œcumenicæ synodi caput docet. Legantur etiam quæ ibi scripsimus.

CANON VI.

« De iis qui captivos ex barbaris fugientes vi detinent. Denuntiatum autem est nobis quidpiam incredibile in vestra regione factum esse, omnino ab infidelibus et impiis, et qui ne nomen quidem Domini novere; quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatisque processere, ut captivos aliquos qui effugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt. »

Bals. Accepit sanctus quod quidam captivi orthodoxi, postquam manus barbaricas evasere, vi a quibusdam detinentur, nec domum reverti sinuntur. Dicit ergo iis, ad quos scriptum hoc epistolare missum est, quod hoc ei incredibile visum est: est enim infidelium et impiorum opus. Sin autem factum est, non remanebit impunitum. Et ideo debent hæc diligenter inquiri, et mitti in regionem qui hæc perscrutentur. Existimat enim, quod etiam fulmen seu ignis sit casurus, et eos qui hæc agunt exusturus.

Zonar. Nonnulli, inquit, ut didicimus, captivos ex hostibus diffugientes vi retinent: qui sunt omnino infideles et impii, neque vel Deum norunt. Proinde sanctus vir ab iis ad quos scribit, postulat mitti in regionem homines qui de hac re inquirant; ne, inquit, ignis cadat cœlitus, ac eos qui hæc agunt absumat. Hoc autem dixit, facinoris gravitatem indicans.

32 CANON VII.

« De iis qui inter barbaros annumerati sunt, et absurda quædam in eos qui sunt sui generis fecerunt. Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, et cum eis in captivitate invaserunt, obliti se esse Ponticos et Christianos, efferati autem barbarique redditi, ut et eos qui sui sunt generis, vel ligno vel suffocatione interficiant, vias autem vel domos nescientibus barbaris ostendant; etiam ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis sanctis aliquid communiter visum fuerit, et ante eos sancto Spiritui. »

Bals. Eos quidem qui postquam captivi facti sunt, barbaris consenserunt, et cum eis veluti barbari effecti sunt, et sui generis Christianos interfecerunt, vel vias barbaris ignotas et ad Christianos ducentes ostenderunt, vel eorum ædes hostibus manifestas fecerunt, ne ad divinarum quidem laudum auditionem admittendos esse decernit: sed eos omnino extra ecclesiam statui in loco deflentium, post confessionem scilicet vel condemnationem, donec sancti simul congregati de iis communiter statuerint. Sanctos autem episcopos appel-

lat. Illud autem, *ante ipsos sancto Spiritui*, subjunxit, ostendens, quod quæcunque in communi consideratione ab episcopis dispensantur et statuuntur, Spiritus sanctus ea suggerit. Et lex quidem ecclesiastica ipsos sic punit. Lex vero civilis eos majestatis crimini subjicit. Dicit enim primum caput, 36 tit., LX lib.: Lex majestatis similis est legi de sacrilegio. Et tenetur ea, qui adversus populum Romanum commisit, et qui dolo malo curavit injussu principis obsides interimi; vel ut armati homines in urbe sint adversus rempublicam, vel ut loca aut templa occupentur, vel seditiosus fiat conventus, vel ut occidatur magistratus, et ad hostes nuntium vel litteras misit, vel signa eis dedit, aliove modo eis tulit auxilium, et qui sollicitavit vel concitavit milites ad seditionem vel turbam contra rempublicam. Et cap. 3 ejusdem tit. et lib.: Qui hostes sollicitavit, et eis rempublicam tradidit, capite punitur. Et deinceps disserit caput de aliis quibusdam similibus. Et hæc quidem de iis qui in captivitatem abducti sunt, et hostibus consenserunt, et de iis itidem qui non in captivitatem abducti sunt, cum hostibus tamen consenserunt, et adversus Romanum imperium conspiraverunt. Qui autem cum iis qui terram mareque depopulantur, una deprædati sunt, magis, ut mihi videtur, punientur, quia major est eorum improbitas. Hostes enim aperta fronte, et nudo, ut aiunt, capite bellum comparant; latrones autem clam et occulte inopinatam cædem moliuntur. Quanto ergo prævisi periculi pugna levior est inopinato malo, tanto hostium insultus est tolerabilior latronum insidiis.

ἡ μάχη κουφοτέρα ἐστὶ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ, τῆς τῶν λῃστευόντων ἐπιβουλῆς.

Zonan. Quicunque quidem, ait, aliquando in servitutem abducti se barbaris adjunxerunt, et una cum iis grassati sunt morum barbariem induentes, ac velut obliti se ex Ponto Christianos esse, eos qui ejusdem sunt generis interfecere, vel barbaris ignotas monstravere vias, domosve ipsis occultas; hi ne ad auditionem quidem admittantur, pœnitentiam agentes; hoc est, extra ecclesiam omnino consistant, in loco videlicet flentium, donec in communi conventu sancti de ipsius deliberent. Sanctos porro aut episcopos vocat, aut simpliciter fideles, magni Pauli apostoli exemplo. Illa autem verba, *ante ipsos Spiritui sancto*, ideo adjunxit, ut quæcunque in communi consilio ab episcopis, vel etiam a quibuscunque fidelibus decernuntur, Spiritum sanctum ea deliberantibus suggerere demonstret.

ΚΑΝΩΝ VIII.

« De iis qui alienas domos hostiliter ingredi ausi sunt in barbarorum incursione. Eos autem qui alienas domos invadere ausi fuerint, si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos existimare. Sin autem indicarint se ipsos ac reddiderint, in eorum qui conveniuntur ordinem obsterni. »

A δὲ τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ. Τὸ δὲ, *πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι*, ἐπήγαγε, δεικνὺς, ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ τῶν ἐπισκόπων, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτά. Καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω τούτους κολάζει· ὁ δὲ πολιτικὸς τῷ περὶ καθοσιώσεως ἐγκλήματι καθυποβάλλει τοὺς τοιούτους. Φησὶ γὰρ κεφάλ. α' τοῦ λϛ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου· Ὁ περὶ τῶν ἐπιβούλων νόμος ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας. Καὶ ἐνέχεται αὐτῷ ὁ κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου πλημμελήσας, καὶ σπουδάσας κατὰ δόλον παρὰ κέλευσιν βασιλέως ἀναιρεθῆναι τοὺς ὁμήρους· ἢ ἵνα ἔνοπλοι ἄνθρωποι ἐν πόλει κατὰ τῆς πολιτείας ὦσιν, ἢ ἵνα τόπος ἢ ἱερὰ κατασχεθῶσιν, ἢ στασιώδης γένηται σύνοδος, ἢ ἵνα φονευθῇ ὁ ἄρχων: καὶ ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους γράμμα ἢ ἄγγελον πέμψας ἢ σημεῖον B αὐτοῖς δεδωκὼς, ἢ ἄλλως βοήθησας αὐτοῖς, καὶ ὑπονοθεύσας στρατιώτας πρὸς στάσιν ἢ θόρυβον κατὰ τῆς πολιτείας. Καὶ κεφάλ. γ', τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου· Ὁ τοὺς πολεμίους ἐρεθίσας, ἢ παραδοὺς αὐτοῖς πολίτην, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖται. Καὶ ἐφεξῆς διαλέγεται τὸ κεφάλαιον περὶ ἄλλων τινῶν ὁμοίων. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν αἰχμαλωτισθέντων καὶ ὁμοφωνησάντων τοῖς πολεμίοις, καὶ περὶ τῶν μὴ αἰχμαλωτισθέντων, ὅμως μέντοι τοῖς πολεμίοις ὁμογνωμονησάντων, καὶ φρονησάντων κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας. Οἱ δὲ τοῖς κατὰ χέρσον καὶ θάλασταν λῃστεύουσι συλλῃστεύσαντες, πλειόνως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κολασθήσονται· ὅτι καὶ μείζων ἐστὶ τούτων ἡ κακία. Οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι κατὰ πρόσωπον καὶ γυμνῇ κεφαλῇ, τὸ λεγόμενον, τὸν πόλεμον συνιστῶσιν· οἱ δὲ C λῃσταὶ ἀδράτως καὶ ἀφανῶς ἀπροσδόκητον μελετῶσι φόνον. Ὅσον οὖν τοῦ προκειμένου κατ' ὄψιν κινδύνου τοσοῦτον καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἔφοδος ἀνεκτοτέρα ἐστὶ

ΖΩΝΑΡ. Ὅσοι μὲν οὖν, φησὶν, αἰχμαλωτισθέντες ποτὲ, συγκατετάγησαν τοῖς βαρβάροις, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπῆλθον βαρβαρωθέντες τὰ ἔθη· καὶ ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι, ὅτι ἐκ τοῦ Πόντου ἦσαν Χριστιανοὶ, ὁμοφύλους ἐφόνευσαν, ἢ ὁδοὺς ὑπεδείκνυον τοῖς βαρβάροις ἀγνοουμένας αὐτοῖς, ἢ οἰκίας λανθανούσας αὐτούς· οὗτοι μηδὲ εἰς ἀκρόασιν παραδεχθήτωσαν μετανοοῦντες· τουτέστιν ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἑστηκέτωσαν, ἐν τόπῳ δηλαδὴ προσκλαιόντων, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες. Ἁγίους δὲ ἢ τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ, ἢ τοὺς πιστοὺς ἁπλῶς D κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον. Τὸ δὲ, *πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι*, ἐπήγαγε, δεικνὺς, ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ ἐπισκόπων, ἢ καὶ ἁπλῶς τῶν πιστῶν, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτὰ τοῖς περὶ αὐτῶν διασκεπτομένοις.

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Περὶ τῶν οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμησάντων ἐν τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῇ. Τοὺς δὲ οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμήσαντας, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσι, μηδὲ τῆς ἀκροάσεως ἀξιῶσαι· ἐὰν δὲ αὐτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσιν, ἐν τῇ τῶν ὑποστρεφόντων τάξει ὑποπίπτειν. »

ΒΑΛΣ. Παχυμερῶς διαλαβὼν ὁ ἅγιος περὶ τῶν ἁρπασάντων ἢ εὑρηκότων πράγματά τινων αἰχμαλωτισθέντων, ὅσον τέως εἰς τὸν λόγον τῶν ἐπιτιμίων· ἄρτι καὶ τὰ εἴδη τῆς μετανοίας ἤτοι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων ἄρχετα λέγειν. Καὶ αὐτίκα διορίζεται, ἵνα μηδὲ μετὰ τῶν ἀκροωμένων ἱστῶνται, ἀλλὰ μετὰ τῶν προσκλαιόντων ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, οἱ ἁρπάσαντες τοιοῦτόν τι πρᾶγμα αἰχμαλώτου, καὶ μὴ ἀντιστρέψαντες αὐτὸ, ἀλλὰ ἀναμείναντες κατηγορίαν καὶ ἔλεγχον διὰ τὴν ἄρνησιν. Τοὺς δὲ ἑαυτοὺς προσαγγείλαντας καὶ δόντας καλοθελῶς πρὸ ἀναγωγῆς ἃ ἀφείλοντο, διορίζεται διὰ τὴν μεταμέλειαν συνεύχεσθαι, ἤγουν συνίστασθαι, μετὰ τῶν πιστῶν· ὑποπίπτειν δὲ αὐτῶν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. Καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω τούτους κολάζει· ὁ δὲ πολιτικὸς τοὺς ἁρπαγὰς καὶ πρὸ καταδίκης προσάγοντας τὸ ὑπ' αὐτῶν ἁρπαγὲν οὐ προσδέχεται, ἀλλ' εἰς τὸ τετραπλάσιον καταδικάζει. Φησὶ γὰρ κεφ. ϛ', τοῦ ιζ' τίτλου, τοῦ ξ' βιβλίου· Ὁ ἅρπαξ οὐκ ἀπαλλάττεται τῆς ποινῆς πρὸ τῆς δίκης προσάγων τὸ πρᾶγμα. Καὶ θέμα ξ', τοῦ β' κεφαλ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου· Εἴσω ἐνταυτοῦ τὸ ἀληθὲς τοῦ πράγματος τίμημα τετραπλασιάζεται, οὐ μὴν τὸ διαφέρον. Ὅπερ δέ φησιν ἐνταῦθα ὁ ἅγιος χάριν τῶν πρὸ καταδίκης καὶ κατηγορίας διδόντων τὸ ἀφαιρεθὲν, τοῦτο ὁ νόμος παρακελεύεται γίνεσθαι εἰς τοὺς κατὰ φόβον λαβόντας τι ἐκ τινός. Φησὶ γὰρ τὸ ε' θέμα, τοῦ ιγ' κεφαλ., τοῦ β' τίτλου, τοῦ δεκάτου βιβλίου· Ἢ διὰ φόβον αἰτίασις αἱρετή ἐστι· καὶ ἔξεστι τῷ ἐναγομένῳ μέχρι ψήφον ἀποκαταστῆσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ δοῦναι τὸ τετραπλοῦν. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα διαφορὰ τῶν βιαίως ἀφαιρουμένων πράγματα καὶ τῶν κατὰ φόβον λαμβανόντων τι ἀπό τινος· οἱ μὲν γὰρ ἅρπαγες σὺν τῇ ἀποδόσει τοῦ τετραπλοῦ καὶ ἀτιμοῦνται· οἱ δὲ φόβον ἐπαγαγόντες, σπιλοῦνται μόνον κατὰ τὴν ὑπόληψιν.

ΖΩΝΑΡ. Οἵ τινες δὲ ἐπῆλθον οἴκοις ἀλλοτρίοις καὶ ἥρπασαν ἐκεῖθεν χρήματα, οὗτοι, φησὶν, εἰ μὲν, κατηγορηθέντες καὶ ἀρνούμενοι, ἐλεγχθῶσιν, ὁμοίως τοῖς προειρημένοις καὶ τῆς ἀκροάσεως κωλυέσθωσαν, καὶ μετὰ τῶν προσκλαιόντων τετάχθωσαν· εἰ δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσιν, ἢ πρὸ τοῦ κατηγορηθῆναι ὁμολογήσωσιν ἀγνοούμενον τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἀποδοῖεν ἃ ἀφείλοντο, ἑστωσαν ἐν τοῖς ὑποστρέφουσιν ἀπὸ ἁμαρτίας, τουτέστι τῆς τάξεως τῶν ὑποπιπτόντων, οἵτινες ὑποσυνεύχονται μὲν τοῖς πιστοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κατηχούμενοι.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Περὶ τῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἢ ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις « εὑρόντων τὰ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα. « Τοὺς δὲ ἐν πεδίῳ εὑρόντας τι ἢ ἐν ταῖς ἑαυτῶν « οἰκίαις καταλειφθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἐὰν μὲν « κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσιν, ὁμοίως ἐν τοῖς ὑπο- « πίπτουσιν· ἐὰν δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσι, « καὶ τῆς εὐχῆς ἀξιῶσαι. »

ΒΑΛΣ. Εἴρηται ὄπισθεν περὶ τῶν λεγόντων εὑρεῖν ἀνεπιμέλητα τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα, καὶ ἰδιώσασθαι αὐτά. Καὶ νῦν δὲ διορίζεται ὁ ἅγιος τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν αἰχμαλωτισθέντων εὑρόντας

BALS. Postquam sanctus fusius tractaverit de iis qui rapuerunt, vel quorumdam captivorum res invenerunt, quod ad pœnarum rationem attinet; nunc quoque species pœnitentiæ, sive ecclesiasticarum pœnarum incipit dicere. Et statim decernit ut nec stent cum audientibus, sed cum deflentibus, extra ecclesiam, qui rem captivi rapuerunt, et eam non restituerunt, sed accusationem et probationem exspectarunt propter infitiationem. Eos autem qui se ipsos detulerunt, et sua sponte quæ abstulere, ante actionem dederunt, statuit ut propter pœnitentiam comprecentur, seu consistant cum fidelibus; substernantur autem illis, eo quod coguntur egredi cum catechumenis. Ac lex quidem ecclesiastica eos sic punit. Lex vero civilis raptores quod ab ipsis raptum est etiam ante condemnationem offerentes, non admittit, sed condemnat in quadruplum. Dicit enim cap. 6, 17 tit., LX lib.: Raptor pœna non liberatur oblatione rei ante litem. Et thema 7, cap. 2 ejusdem lib. et tit.: Intra annum verum pretium quadruplatur, non autem id quod interest. Quod autem hic dicit sanctus de iis qui ante condemnationem et accusationem rem restituunt, lex jubet id fieri in eos qui aliquid ex aliquo metu acceperunt. Dicit enim 5 thema, 13 cap., 2 tit., X lib.: Actio cujus metus causa, est libera; et licet ei adversus quem agitur, ad sententiam usque rem restituere, et non dare quadruplum. Est autem et alia differentia eorum qui vi res auferunt, et eorum qui aliquid ab aliquo metu accipiunt. Raptores enim una cum quadrupli retributione etiam infamantur; qui autem metum intulerunt, in existimatione tantum labem aliquam contrahunt.

ZONAR. Qui vero alienas domos invaserunt resque inde surripuere, illi, inquit, si quidem accusati ac pernegantes convicti fuerint, cum iis pariter quos supra diximus, ab auditione quoque prohibeantur, atque in flentium ordinem relegentur; sin autem se ipsos detexerint, aut ante accusationem occultum crimen confessi fuerint, resque ablatas reddiderint, constituantur in eorum ordine qui a peccato convertuntur, hoc est, ordine substratorum, qui cum fidelibus quidem precantur templum intrantes, cæterum more catechumenorum egrediuntur.

CANON IX.

« De iis qui in agro vel in ædibus suis ea, quæ a « barbaris relicta sunt, invenerunt. Eos autem qui « in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus « a barbaris relictum, si accusati quidem convicti « fuerint, sint similiter inter eos qui substernuntur; « sin autem se ipsos detulerint et reddiderint, etiam « precibus digni habeantur. »

BALS. Dictum est superius de iis qui dicunt se invenisse res captivorum neglectui habitas, et earum sibi proprietatem vindicasse. Nunc autem decernit sanctus, eos qui res captivorum in domibus invene-

runt, utpote non a barbaris ablatas, vel in vili abjectas, fortasse propter pondus, inventas quidem bona fide restituentes. In ℣ perfecto gradu stare debere cum fidelibus. Sin autem condemnati fuerint, colloqui eum iis qui substernuntur, scilicet egredi cum catechumenis. Hæc cum ita se habeant, dixerit quispiam, eos sic puniri, qui pro re inventa restituenda condemnationem expectant, esse justissimum, quoniam furti quoque actione tenentur, secundum legem, quæ dicit : Fur est qui rem alienam contrectat præter domini voluntatem, sciens id illi molestum esse. Cum fidelibus autem consistere, et sacramentis tantum non dignari eum qui se ipsum detulerit, et probe rem inventam dederit, novum est; est enim potius Eucharistia dignus, ut qui rem captivi servaverit, et ipsam restituerit. Et ideo dicunt nonnulli, cum fidelibus consistentiam, sacramentorum quoque participationem tacite consequi.

sito : etsi enim non interfecerit, ut homicida punitur propter solum propositum. Nam et cap. 12 dicti tit. 30 dicit, Nihil refert, an occidas, an mortis causam præbeas. Voluntariorum autem homicidarum pœna ostenditur in penultimo themate cap. 3, tit. 56, quod dicit, Pœna adversus homicidas, in iis quidem, qui sunt honestæ existimationis, est relegatio et perfecta publicatio : in vilibus autem et abjectis, ensi et bestiis objici. De voluntariis autem homicidis, mense Aprili ind. xv, a religioso, potentissimo et sancto imperatore nostro Domino Emanuele Comneno, novella edita est, quam et manda memoriæ, quæ post procœmium sic dicit : Jubet ergo omnibus qui sunt in regionibus judicibus, et militaribus quæ sunt in eis copiis, et earum ducibus, ubi fuerit cædes voluntaria, et tale quidpiam ausus fuerit aliquis, ut omnes statim excitentur ad apprehendendum homicidam, et eum vinctum mittant ad imperatoriam circumspectionem : vel, si ea absit, ad magnæ urbis a Deo custoditæ præfectum, ut in custodiam publicam introducatur, et tam in corpore quam in bonis secundum legum et novellarum constitutionum potestatem puniatur, et alia supplicia subeat : scientibus his omnibus, quod si probatum fuerit potuisse quempiam homicidam apprehendere, et id non fecerit, eum non secus condemnandum, quam si imperatori insidiatus fuerit : sin autem latuerit fortasse quispiam, et ad sanctissimam Dei Magnam ecclesiam confugerit, postquam pœnæ ecclesiasticæ adversus eum processerint, ex legali observatione, eo quidem præsente qui reginæ urbium imperium obtinet, ab eo mittetur in regionem, quam censuerit, ut totum vitæ suæ tempus illic transigat, nec illinc effugiat, ut recurrat in eum locum, in quo exsecrandum homicidium admisit. Absente autem forte imperatore, a præfecto, ut dictum est, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, et illic vitæ suæ tempus peraget. Sin autem non solum voluntarie, sed etiam præmeditato captoque consilio cædem perpetraverit, non cogetur ex prædicta regia constitutione tonderi. Si enim eum, qui sua sponte ad tonsuram accedit, non ad eam statim admittit canonica subtilitas, sed ei sufficiente tempore attributo, et per ipsum mentis ejus firmitate, vel infirmitate examinata, 62 si quidem hominem invenerit in primo proposito perseverantem, et monastico instituto, et corporis mortificatione se impigre præparantem, ex eo tempore boni quoque operis ei affert complementum, eo in monasticam institutionem statumque suscepto : quomodo non fuerit a ratione alienum, et legibus spiritualibus absonum, aliquem coacte tondere, eumque homicidam, quem Deus eo usque reliquit, ut etiam manus fraterno sanguine pollueret? Timendum est enim ne invitus vitam angelicam ingressus, eaque vi suscepta, venerando habitu in ludibrium utatur. Qui enim homines leviores in dementiam inciderunt, ii pessimas et perversissimas actiones suapte natura aggrediuntur : loco ergo

A προθέσεως. Κἂν γὰρ μὴ φονεύσῃ, τιμωρεῖται ὡς φονεὺς διὰ μόνην τὴν πρόθεσιν. Ὅτι καὶ τὸ ιβ' κεφάλ. τοῦ ῥηθέντος λς' τίτλου φησίν· Οὐδὲν διαφέρει τὸ φονεῦσαι καὶ τὸ παρασχεῖν αἰτίαν φόνου. Ἡ μέντοι ποινὴ τῶν ἑκουσίων φονέων δηλοῦται ἀπὸ τοῦ προτελευτέου θέματος τοῦ γ' κεφαλ. τοῦ λς' τίτλου λέγοντος· Ἡ ποινὴ ἡ κατὰ ἀνδροφόνων ἐπὶ μὲν τῶν ἐντίμων περιορισμός ἐστι καὶ τελεία ζήμευσις, ἐπὶ δὲ τῶν εὐτελῶν ξίφει καὶ θηρίοις ὑποβληθῆναι. Περὶ δὲ φονέων ἑκουσίων ἐξεφωνήθη Ναρὰ κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος τοῦ θεσπίστου, κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἔχε καὶ ταύτην ἐπὶ μνήμης οὕτω καὶ μετὰ τὸ προοίμιον διαλαμβάνουσαν· Παραχελεύεται οὖν ἅπασι τοῖς ἐν θέμασι διαιτηταῖς, καὶ ταῖς ἐν αὐτοῖς οὔσαις στρατιωτικαῖς δυνάμεσι, καὶ τοῖς τούτων στρατηγοῖς, ἔνθαπερ ἂν ἑκούσιος φόνος γένηται, καὶ τοιμηθῇ τοιοῦτόν τι παρά τινος, αὐτίκα πάντας διεγείρεσθαι εἰς τὴν τοῦ φονέως κατάσχεσιν, καὶ δέσμιον αὐτὸν ἀποστέλλειν πρὸς τὴν βασίλειον περιωπήν, ἢ ταύτης ἀποδημεύσης, πρὸς τὸν ἔπαρχον τῆς θεοφυλάκτου μεγαλοπόλεως, ὥστε εἰς δημοσίαν φυλακὴν εἰσάγεσθαι, καὶ τὰς σωματικὰς καὶ οὐσιακὰς κατά τε νόμους καὶ τὴν τῶν νεαρῶν θεσπισμάτων δύναμιν, καὶ ἑτέρας ὑποτεθῆναι κολάσεις· εἰδότων τούτων ἁπάντων ὡς, εἴ τις φωραθείη δυνάμενος κατασχεῖν τὸν φονέα, καὶ μὴ τοῦτο ποιήσας, οὕτω μέλλειν καταχριθῆναι ὡς κατὰ βασιλέως βουλευσάμενος. Εἰ δ' ἴσως διαλάθοι τι καὶ προσφύγῃ τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, μετὰ τὸ προδῆναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐπ' αὐτῷ ἐπιτίμια κατὰ τὴν νομικὴν παρατήρησιν, ἐνδημοῦντος μὲν τοῦ κρατοῦντος τῆ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων, παρ' αὐτοῦ ἀποσταλήσεται εἰς τὸ θέμα, ὁποῖον ἂν ἐπικρίνῃ· ὥστε τὸν χρόνον τῆς ὅλης αὐτοῦ ζωῆς ἐκεῖσε διαβιβάζειν, καὶ μὴ ἐκεῖθεν ἀποδιδράσκειν, ὥστε ἐπανατρέχειν, ἔνθα τὸ τοῦ φόνου μῦσος εἰργάσατο. Ἀποδημοῦντος δὲ ἴσως τοῦ βασιλέως, παρὰ τοῦ ἐπάρχου, ὡς εἴρηται, εἴς τινα τῶν πορρωτέρω χωρῶν ἐξορισθήσεται, καὶ τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἐκεῖσε διανύσει. Ἂν δέ γε μὴ μόνον ἑκουσίως, ἀλλὰ καὶ ἐκ μελέτης, τὸν φόνον εἰργάσατο, οὐκ ἀναγκασθήσεται κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν βασιλικὴν διάταξιν ἀποκαρῆναι. Εἰ γὰρ τὸν ἑκουσίως τῇ ἀποκάρσει προστρέχοντα οὐκ ἀπαντεῦθεν ἡ κανονικὴ ἀκρίβεια εἰς αὐτὴν παραδέχεται, ἀλλὰ καιρὸν αὐτῷ τὸν ἀρκοῦντα ἐπιμετρήσασα, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ τῆς γνώμης ἐκείνου βέβαιον εἴτε καὶ ἀπαγὲς βασανίσασα, εἴπερ εὑρήσει τὸν ἄνθρωπον τῇ ἐξ ἀρχῆς προθέσει στοιχοῦντα, καὶ τῷ μοναχικῷ πολιτεύματι καὶ τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος ἀόκνως ἑαυτὸν παρασκευάζοντα, ἔκτοτε καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου αὐτῷ προσεπιφέρει συμπλήρωσιν, εἰς τὴν μοναχικὴν πολιτείαν τε παραδεξαμένη καὶ κατάστασιν· πῶς οὐκ ἂν εἴη ἄλογον, καὶ τοῖς πνευματικοῖς νόμοις ἀπᾴδον, ἀναγκαστικῶς ἀποκείρεσθαί τινα, καὶ ταῦτα φονέα, ὃν μέχρι τοσούτου Θεὸς ἐγκατέλιπεν, ὥστε καὶ ἀδελφικῷ χρανθῆναι τὰς χεῖρας αἵματι ; Δέος γὰρ μήπως ἀκουσίῳ προαιρέσει τὸν

ἀγγελικὸν βίον ὑπελθών, καὶ βίᾳ τοῦτον καταδεξάμενος, εἰς ἐμπαιγμὸν τῷ φρικώδει χρήσεται σχήματι. Πεφύκασι γὰρ οἱ τῶν ἀνθρώπων κουφότεροι, εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσόντες, καὶ ταῖς χειρίσταις καὶ παραβολωτέραις ἐπιτολμᾶν πράξεσιν. Ἀντὶ τοίνυν τῆς ἀποκάρσεως νομοθετεῖ ἡ βασιλεία μου τὸν πεπλημμεληκότα φόνον μελετηθέντα ἑκούσιον ἐν φυλακῇ δι' ὅλου τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς αὐτοῦ διάγειν, καὶ μηδέποτε ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι, μηδ' ἀπὸ βασιλικῆς ἴσως προστάξεως, κατὰ λήθην ποριζομένης. Ἐπὶ δὲ ταῖς παρουσίαις αὐτῶν γίνεσθαι καθὼς ὁ προμνημονευθεὶς βασιλεὺς διετάξατο. Ἐπεὶ δὲ οἱ πλείους τῶν φονέων ἐκ μελέτης καὶ διασκέψεως τοὺς φόνους κατεργαζόμενοι, ἔπειτα τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ προσελθόντες, οὐχ ὡς γέγονε παρ' αὐτῶν ὁ φόνος, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ποιοῦνται τὴν ἐξομολόγησιν, τὴν ἀλήθειαν παρακρύπτοντες, παρακελεύεται ἡ βασιλεία μου γραφὴν γίνεσθαι τοῦ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτου πατριάρχου μετ' ἐπιτιμίου πρὸς τὸν κατὰ χώραν ἀρχιερέα καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν τοῦ θέματος διαιτητήν, καὶ καθὼς μάθοι γενέσθαι τὸν φόνον ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἀντιγραφῆς, οὕτω ποιεῖν καὶ τὴν ἐπεξέλευσιν· καὶ μὴ τὸν ἐκ μελέτης φονεύοντα, διὰ τὴν ψευδῆ ἐξαγορείαν, τὰς τοῦ κατὰ τύχην καὶ ἀπροόπτως τῷ τοιούτῳ περιπεσόντος ἐγκλήματι δέχεσθαι ποινὰς καὶ τὰ ἐπιτίμια. Εἴ τις μέντοι τῶν φονέων, τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ προσφυγὼν Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἡ τῇ ἀσυλίᾳ κατακριθείς, ἢ δέσμιος εἶναι, καὶ ἐν φυλακῇ ἐγκεκλεῖσθαι παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν, εὑρεθῇ ἄνετος ἐμπεριπατῶν ἔνθα τὸν φόνον εἰργάσατο, δέσμιος παρὰ τοῦ κατὰ χώραν πράκτορος ἀποσταλήσεται εἰς τὴν βασιλείαν μου· καὶ ὅσα δὲ τότε παρευρεθῶσιν αὐτοῦ πράγματα, εἰς κέρδος ἔσται τῷ πράκτορι, καὶ τῷ τὸν φονέα καταμηνύσαντι, ἐπίσης παρ' αὐτῶν μεριζόμενα· μελήσει δὲ πάντως καὶ τοῖς ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τῶν τοιούτων διαιτηταῖς μετὰ προσηκούσης κανονικῆς αὐστηρίας τὰ φονικὰ κολάζειν ἐγκλήματα, καὶ μὴ τοὺς χρόνους, ὡς ἔτυχε, συντέμνειν, καὶ μηδὲ ἐφ' οἷς οὐ χρὴ πλέον τοῦ εἰκότος φιλανθρωπεύεσθαι. Ἴσα μέντοι τοῦ παρόντος διατάγματος τῆς βασιλείας μου ὑπογραφέντα παρὰ τῶν προϊσταμένων τῶν δικαστηρίων ἀποσταλέντα ταῖς κατὰ χώραν ἐκκλησίαις ἀποτεθήσεται· ὥστε πάντας εἰδῆσιν ἔχειν τῶν διωρισμένων, ὡς ἂν ποιῶσι κατὰ τὴν τούτων παρίληψιν. Εἴπερ μέντοι ὁ τὸν μεμελετημένον φόνον ἐργασάμενος ἑκουσίως ἕλοιτο τὴν ἀπόκαρσιν, οὐκ ἀδοκιμάστως τοῖς μοναχοῖς ἐγκαταλεγήσεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὸν ἀρκοῦντα χρόνον κατὰ τὰς κανονικὰς διατάξεις βασανιζόμενος. Τῷ μέντοι μοναστηρίῳ καὶ ἄκων προσμένειν ἀναγκασθήσεται παρ' ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον, μηδέποτε τούτου ἐξέρχεσθαι συγχωρούμενος. Πάντως δὲ τὸ μοναστήριον ἐν ἑτέρᾳ ἔσται ἐπαρχίᾳ, καὶ οὐκ ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ, ἣ τὸ τοῦ θανόντος αἷμα χανοῦσα κακῶς ὑπεδέξατο.

A tonsuræ statuit mea imperialis majestas, ut qui voluntariam cædem capto consilio perpetraverit, in custodia toto vitæ suæ tempore degat: et nec illinc quidem unquam educatur nec jussu forte imperatorio per oblivionem exhibito. De eorum autem facultatibus fiat, sicut jussit imperator memoratus. Quia autem plures homicidæ, qui cædem meditato et consilio capto perpetrant, ad sanctissimam Dei Magnam Ecclesiam postea accedentes, non ut facta est a se, sed ut ad suam facit utilitatem, veritatem celantes, cædem confitentur; jubet mea imperialis sublimitas, ut a sanctissimo pro tempore patriarcha ad regionis antistitem, et, qui ei subest, clerum, quinetiam ad regionis judicem cum pœnæ comminatione scribatur. Et quemadmodum factam esse cædem ex illorum rescripto B intellexerit, ita eam quoque ulciscatur: et non eum, qui capto consilio cædem facit, propter falsam suam confessionem, easdem pœnas eademque supplicia, quæ fortuito et improviso in tale aliquod crimen incidens, subeat. Si quis autem homicida, qui ad sanctissimam Magnam Ecclesiam confugerat et vel perpetuo exsilio condemnatus, vel in vinculis et in perpetua esse custodia toto vitæ suæ tempore jussus erat, solutus, inventus fuerit in loco, ubi cædem perpetravit, ambulare, vinctus ab exactore, qui est in regione, ad meam imperialem sublimitatem mittetur, et quæcunque quidem res tunc ei inventæ fuerint, exactori in lucrum cedent, et ei C qui homicidam indicavit ex æquo inter eos divisæ. Omnino autem curæ erit iis, qui sunt in sanctissima Magna Ecclesia, illorum judicibus, ut cum conveniente canonica severitate crimina cædis puniant, et tempora non temere contrahant, nec plusquam par sit, in iis quæ non decet, se lenes et clementes præstent. Imperialis autem mea constitutionis exempla, ab iis qui præsunt judiciis descripta, missa ad ecclesias quæ sunt in regione ibi reponentur; ut eorum quæ sunt constituta, omnes scientiam habeant, ut faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quod si is qui capto consilio cædem fecit, tonsuram sua sponte elegerit, non absque probatione inter monachos cooptabitur, sed sufficienti tempore accuratissime et diligentissime ex canonicis constitutionibus examinatus, et probatus, in D monasterio vel invitus toto vitæ tempore manere cogetur, nec ei unquam illinc exire permittetur. Monasterium autem erit omnino in alia provincia, et non in ea terra quæ mortui sanguinem dehiscens male suscepit.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων φόνων ἠρωτήθη ὁ ἅγιος, καὶ τέως τὸν τὴν ἀξίνην ἀκοντίσαντα, καὶ πλήξαντα ταύτῃ τὴν οἰκείαν γαμετὴν, φονέα εἶναι ἑκούσιον ἀπεφήνατο, καὶ πάντα τὸν ξίφει χρώμενον οἰφδήτινι κατά τινος. Ποιεῖται δὲ διαί-

63 ZONAR. De voluntariis ac involuntariis cædibus interrogatus est sanctus: atque hinc qui securim jaculatus est, eaque uxorem suam percussit, homicidam esse voluntarium demonstravit, et quicunque gladio quoniam adversus aliquem

quitur. Discrimen porro constituit inter voluntarias ac involuntarias cædes : ac eum qui in feram, vel arborem lapidem jecit, hominem vero illic forte commorantem percussit ; illum quoque qui loro, aut levi virga quempiam disciplinæ gratia verberavit, si verberatus intereat, involuntarium proculdubio homicidam vocat. Qui autem in contentione quempiam solidiore bacillo aut manu acriter in præcipuas partes percussit, etiamsi interficere haud vellet vulneratum, sed lædere tantum et propulsare, ad voluntarium homicidam proxime accedere affirmat, si vulneratus intereat. Qui autem ligno gravi et ingenti lapide adversus aliquem usus occidit, involuntarium forte homicidam esse definit. Qui vero ense quopiam est usus, et latrones, et qui bellicas incursiones faciunt ob rapiendas pecunias, voluntarios homicidas esse demonstrat. Quin et qui pharmaca præbent aliquibus, etiamsi interficere, qui pharmacum miscuit, haudquaquam in animo habuerit, sed aliquem ad amorem voluit allicere ; illud vero haustum bibentem interfecit, aut hominis mentem corrupit, ad insaniam eum adigens, inter voluntarias cædes enumerat. Homicidas vero mulieres dicit eas quoque, quæ pharmaca dant abortum cientia, et quæ illa accipiunt, quemadmodum in secundo ipsius canone jam de hac re definivit.

ARIST. Homicida est qui securi contra uxorem usus est. Involuntarius vero homicida qui lapide in canem jacto hominem assecutus est : et qui castigat loro, et virga. Qui in pugna ligno vel manu ictum in præcipuas partes torquet, et interficit, ad voluntarium prope accedit. Qui gladio aut aliquo ejusmodi usus est, omnino est voluntarius. Item latro et hostis, et qui aliam ob causam venenum dederit, si interfecerit, est voluntarius homicida. Item quæ medicamenta abortum provocantia dant, et quæ accipiant.

Homicidiorum quædam sunt voluntaria, alia autem involuntaria, alia vero fere voluntaria. Qui enim securi aliquem petit, et eum occidit, et qui ad interfectionem gladio usus est, et latrones, et hostes (isti enim propter pecuniam occidunt, hi autem adversarios manifesto vellent occidere) voluntarii judicantur homicidæ. Similiter et quæ medicamenta fetum necantia dant, et quæ eadem sumunt : et quæ vellent amorem alicujus ad se attrahere : et medicamentum commiscentes, illudque ipsi tradentes, ut tenebras intellectui offundant, si recipientem occiderint, voluntarie interemisse judicabuntur. Qui autem lapidem in canem aut arborem jacit, ad feram propulsandam, aut fructum decutiendum, et hominem fortuito occidit, vel qui loro aut virga aliquem peccantem ferit ut emendet, et eum interficit, inter involuntarios homicidas recensentur : qui autem in pugna ligno aut manu plagam alicui in loco primario acriter infert, eumque occidit, est homicida fere voluntarius. Quamvis enim ei propulsans eum qui cum ipso pugnat, illud fecerit ut eum damno afficeret, non autem ut omnino interficeret ; tamen ab animi passione eum victum fuisse apparet, et idcirco homini ligno

ρεσιν τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων φόνων· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ θηρίον ἢ δένδρον ῥίψαντα λίθον, πλήξαντα δὲ ἄνθρωπον τυχὸν παριόντα ἐκεῖ· καὶ τὸν λώρῳ ἢ ἐλαφρᾷ ῥάβδῳ πλήξαντά τινα διὰ παίδευσιν, ἐὰν δὲ ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ, ἀκούσιον φονέα καλεῖ ἀναμφίβολον. Τὸν δὲ ἐν φιλονεικίᾳ πλήξαντά τινα στιβαρᾷ ῥάβδῳ, ἢ τῇ χειρὶ ἀφειδῶς ἐπὶ τὰ καίρια, κἂν μὴ ἀνελεῖν ἤθελε τὸν πληγέντα, ἀλλὰ κακῶσαι καὶ ἀμύνασθαι, ἐγγίζειν τῷ ἑκουσίῳ φονεύοντι λέγει, τοῦ πληγέντος ἀποθανόντος· καὶ τὸν ξύλῳ δὲ βαρεῖ καὶ λίθῳ μεγάλῳ χρησάμενον κατά τινος, καὶ ἀνελόντα, ἀκούσιον τάχα φονέα εἶναι ὁρίζεται. Τὸν δὲ ξίφει χρησάμενον οἰῳδήτινι, καὶ τοὺς λῃστάς, καὶ τὰς ἐφόδους ποιοῦντας πολεμικὰς διὰ ἁρπαγὰς χρημάτων, ἑκουσίους φονευτὰς εἶναι ἀποφαίνεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς φάρμακα διδόντας τισὶ, κἂν μὴ φονεῦσαι ὁ τὸ φάρμακον χαράσας προέθετο, ἀλλὰ πρὸς φίλτρον ἐπαγαγέσθαι τινὰ ἐβούλετο, τὸ δὲ ποθὲν ἀνεῖλε τὸν πιόντα, ἢ τὸν νοῦν τοῦ ἀνθρώπου διέφθειρε, παράφρονα ποιῆσαν τὸν ἄνθρωπον, τοῖς ἑκουσίοις φόνοις ἀναριθμεῖ. Φονευτρίας δὲ λέγει καὶ τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας αὐτὰ, καθὼς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ κανόνι ἤδη περὶ τούτων ὡρίσατο.

ΑΡΙΣΤ. Φονεὺς, ὁ κατὰ τῆς γυναικὸς ἀξίνῃ χρησάμενος. Ἀκούσιος φονευτὴς ὁ λίθον ἀφεὶς ἐπὶ κύνα, καὶ ἀνθρώπου τυχόν· καὶ ὁ παιδεύων ἱμάντι καὶ λύγῳ. Ὁ δὲ ἐν μάχῃ ξύλῳ ἢ χειρὶ δοὺς ἐπὶ τὰ καίρια καὶ ἀνελὼν, ἄγχι τοῦ ἑκουσίου. Ὁ ξίφει χρησάμενος ἢ τοιούτῳ τινὶ, πάντως ἑκούσιος. Καὶ ὁ λῃστὴς, καὶ ὁ πολέμιος, καὶ ὁ δι' ἄλλην αἰτίαν ἐπιδοὺς φάρμακον, εἰ ἀνέλῃ, ἑκούσιος· καὶ αἱ τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι, καὶ αἱ λαμβάνουσαι.

Τῶν φόνων οἱ μέν εἰσιν ἑκούσιοι, οἱ δὲ ἀκούσιοι· οἱ δὲ ἐγγὺς ἑκουσίου. Ὁ μὲν γὰρ ἀκοντίσας ἀξίνην κατά τινος καὶ φονεύσας αὐτόν· καὶ ὁ ξίφει χρησάμενος εἰς ἀναίρεσιν, καὶ οἱ λῃσταὶ, καὶ οἱ πολέμιοι (οἱ μὲν γὰρ διὰ χρήματα ἀναιροῦσιν, οἱ δὲ φανερῶς ἀνελεῖν ἐθέλουσι τοὺς ἐναντιουμένους) ἑκούσιοι κρίνονται φονευταί. Ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ διδοῦσαι τὰ ἐμβρυοκτόνα φάρμακα, καὶ αἱ λαμβάνουσαι ταῦτα· καὶ αἱ βουλόμεναι φίλτρον τινὸς πρὸς ἑαυτὰς ἀφελκύσασθαι· καὶ συγκεράσασαι φάρμακον, καὶ ἐπιδιδοῦσαι τοῦτο αὐτῷ, σκότωσιν ἐμποιοῦν τῇ διανοίᾳ, εἰ ἀνέλωσι τὸν δεξάμενον, ἑκουσίως φονεῦσαι λογίζονται. Ὁ δὲ λίθον ἐπὶ κύνα ἢ δένδρον πέμπων, ἐπὶ τῷ τὸ θηρίον ἀμύνασθαι, ἢ τὸν καρπὸν κατασεῖσαι, καὶ αὐτομάτως φονεύσας ἄνθρωπον· ἢ ὁ λώρῳ ἢ βεργίῳ τύψας τινὰ ἐπὶ τῷ βελτιῶσαι αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, ἐν τοῖς ἀκουσίοις εἰσὶ φονευταῖς. Ὁ δὲ ἐν μάχῃ ξύλῳ ἢ χειρὶ πληγήν τινι ἐπενεγκὼν ἀφειδῶς ἐν καιριωτάτῳ τόπῳ, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, ἐγγύς ἐστι τοῦ ἑκουσίου. Κἂν γὰρ, ὡς ἀμυνόμενος τὸν μετ' αὐτοῦ μαχόμενον, τοῦτο ἐποίησεν, ὥστε κακῶσαι αὐτὸν, μὴ μέντοι δὲ καὶ παντὸς ἀνελεῖν· ἀλλ' οὖν φαίνεται καὶ ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ θυμοῦ καταχρατηθεὶς,

καὶ διὰ τοῦτο ἀφειδῶς ἐπαγαγὼν τὴν πληγὴν τῷ ἀνθρώπῳ ξύλῳ βαρεῖ· καὶ οὐκ ἔσται τὸ τοιοῦτον πάντῃ ἀκούσιον.

gravi plagam aeriter intulisse; et illud non erit omnino involuntarium.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις, κατὰ μὲν τὴν τῆς ἐννοίας ἀκολουθίαν, ἐξ ἴσου καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμου ἐξίστασθαι, παρεκτὸς λόγου πορνείας. Ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν πολλὴν εὑρίσκομεν ἀκριβολογίαν, τοῦ μὲν Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστι·* τοῦ δὲ Ἱερεμίου· *Ὅτι, ἐὰν γένηται γυνὴ ἀνδρὶ ἑτέρῳ, οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ μιαινομένη μιανθήσεται·* καὶ πάλιν· *Ὁ ἔχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής.* Ἡ δὲ συνήθεια καὶ μοιχεύοντας ἄνδρας καὶ ἐν πορνείαις ὄντας κατέχεσθαι ὑπὸ γυναικῶν προστάσσει. Ὥστε ἡ τῷ ἀφειμένῳ ἀνδρὶ συνοικοῦσα οὐκ οἶδα εἰ δύναται μοιχαλὶς χρηματίζειν. Τὸ γὰρ ἔγκλημα ἐνταῦθα τῆς ἀπολυσάσης τὸν ἄνδρα ἅπτεται, κατὰ ποίαν αἰτίαν ἀπέστη τοῦ γάμου. Εἴτε καὶ τυπτομένη, μὴ φέρουσα τὰς πληγάς, ὑπομένειν ἐχρῆν μᾶλλον ἢ διαζευχθῆναι τοῦ συνοικοῦντος· εἴτε τὴν εἰς τὰ χρήματα ζημίαν μὴ φέρουσα, οὐδὲ αὕτη ἡ πρόφασις ἀξιόλογος. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἐν πορνείᾳ αὐτὸν ζῆν, οὐκ ἔχομεν τοῦτο ἐν τῇ συνηθείᾳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ τὸ παρατήρημα· ἀλλὰ καὶ ἀπίστου ἀνδρὸς χωρίζεσθαι οὐ προσετάχθη γυνή, ἀλλὰ παραμένειν, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* Ὥστε ἡ καταλιποῦσα, μοιχαλίς, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθεν ἄνδρα. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς συγγνωστός ἐστι, καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ τοιούτῳ οὐ κατακρίνεται. Εἰ μέντοι ὁ ἀνὴρ, ἀποστὰς τῆς γυναικὸς, ἐπ' ἄλλην ἦλθε, καὶ αὐτὸς μοιχὸς, διότι ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ἡ συνοικοῦσα αὐτῷ, μοιχαλὶς, ὅτι ἀλλότριον ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν.

CANON IX.

Æque viris et mulieribus convenit secundum sententiæ consecutionem quod a Domino prænuntiatum est, non licere a matrimonio discedere, nisi ob fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet, sed mulieribus quidem multa accurate observari deprehendimus, cum Apostolus quidem dicat, *Quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus* [1]; Jeremias vero, *Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta polluetur* [2]; et iterum, *Qui habet adulteram, stultus est et impius* [3]. Consuetudo autem etiam adulteros viros et in fornicationibus versantes jubet a mulieribus retineri. Quare quæ una cum viro dimissa habitat, nescio an possit adultera appellari. Crimen enim hic attingit mulierem, quæ virum dimisit, quanam de causa a conjugio discesserit. Sive enim percussa plagas non ferat, ferre satius erat quam a conjuge separari: sive damnum in pecuniis non ferat, ne hæc quidem justa excusatio: sin autem, quoniam ipse vivit in fornicatione, non habemus hanc in ecclesiastica consuetudine observationem, imo vero ab infideli viro non jussa est mulier separari, sed propter eventum incertum remanere. *Quid enim scis, mulier, an virum salvum sis facturа* [4]? Quare, quæ reliquit, est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem relictus est, dignus est venia, et quæ una cum eo habitat, non condemnatur. Sed si vir, qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est et ipse adulter, quia facit ut ipsa adulterium committat; et quæ una cum ipso habitat, est adultera, quia alienum virum ad se traduxit.

ΒΑΛΣ. Ἐρωτηθεὶς ὁ ἅγιος τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ὁμοζύγους, ἐάν τις ἐξ αὐτῶν εἰς ἕτερον ἔλθῃ γάμον, ἢ καὶ πορνεύσῃ· ἐποίησε τὸν ἀπόλογον ἀπὸ διαφόρων γραφικῶν, καὶ ἐκ τῆς τότε κρατούσης συνηθείας. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν τῷ τοιούτῳ κανόνι πάντα σχεδὸν μετετύπωσεν ἡ ριζ' Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος, ἡ κειμένη ἐν τῷ ζ' τίτλῳ τοῦ κη' βιβλίου, ἀνάγνωθι ταύτην, ὡσαύτως καὶ τὴν ριά' Νεαρὰν, καὶ ἁπλῶς ἀπὸ τοῦ α' κεφ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου μέχρι καὶ τοῦ ς'. καὶ μάθῃς κατὰ πόσους τρόπους λύονται τὰ συνοικέσια, καὶ πῶς κολάζονται ὅσον τέως ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ νόμου οἱ μοιχεύοντες ἐκ τῶν ὁμοζύγων, ἢ καὶ πορνεύοντες· πρὸς δὲ καὶ οἱ παραλόγως τὴν ὁμοζωΐαν καταλιμπάνοντες. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ἕκτον καὶ ἐννενηκοστὸν κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὰ εἰς τὸ τέλος τοῦ δ' κεφ. τοῦ ια' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καταστρωθέντα νόμιμα· ὁμοίως καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ε' κεφ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου, καὶ μάθῃς ἐκ πάντων πλατέως τὰ περὶ τούτων.

BALS. Sanctus interrogatus, quid debet fieri conjugibus, si quis ex ipsis se ad aliud matrimonium contulerit, vel etiam fornicatus fuerit, fecit responsum ex diversis scripturis, et ex consuetudine quæ tunc servabatur. Quia autem, quæ in hoc canone sita sunt, 117 imperatoris Justiniani novella, quæ in tit. 7, lib. XXVIII posita est, penitus immutavit, lege eam similiter, et 111 novellam, et ut semel dicam, a primo capite ejusdem tit. usque ad 6, et scies quot modis solvantur conjugia, et quomodo a lege civili puniuntur qui adulterantur e conjugibus, vel etiam fornicantur; præterea autem et qui præter rationem vitæ societatem relinquunt. Lege item canonem 96 concilii in Trullo et quæ in eum scripta sunt. Lege etiam jura, quæ ad finem usque primi capitis tit. 11 præsentis operis sita sunt, similiter et interpretationem capitis v ejusdem tit. et ex his omnibus fuse de his intelliges.

ΖΩΝΑΡ. Μὴ λύεσθαι γάμον παρεκτὸς λόγου πορνείας ὁ Κύριος ἀπεφήνατο. Ταύτην οὖν τὴν ἀπόφα-

ZONAR. Ne solvantur nuptiæ, excepta fornicationis causa, Dominus præcepit. Hoc igitur præce-

[1] I Cor. VI, 16. [2] Jerem. III, 1. [3] Prov. XVIII, 22. [4] I Cor. VII, 16.

ptum ex æquo magnus hic Pater viris et mulieribus convenire asserit, ita ut nec viro suam dimittere uxorem, nec uxori a viro abscedere permissum sit. Sed consuetudo non eodem modo se habet in viris qui relinquunt uxores, et mulieribus quæ idem faciunt. Mulier siquidem, quæ a viro secedit, alterique adjungitur, adultera judicatur, nec amplius a viro suo, nisi is voluerit, recipietur. Virum autem etiamsi fornicatus fuerit aut adulteratus, mulier relinquere haud potest. Ac si deinceps relictus cum altera vitam agat, quæ illi adjungitur nequaquam, ait, adultera judicabitur. Crimen siquidem illius est, quæ virum suum reliquit; nec enim ei a viro discedere concessum est. Sed, sive se cum illa acerbe gerat, ferre oportet: sive pecuniæ jacturam patiatur, dum videt ab eo dotem absumi; sive tangatur zelotypia, quod cum aliis at vir corrumpatur, obdurandum est, nec a viro abscedendum. Si enim, cum infidelis sit aliter conjugum, alteri ab eo secedere ipso lavito 65 vetitum est, beati Pauli decreto, quonam modo illi impune erit, qui aliam ob causam conjugium solvit? Quamobrem quæ a viro abscessit, si cum altero habitavit, adultera judicatur. Si vero cum relicto viro conjuncta legitime fuerit, neque ut adultera, neque ut fornicaria condemnatur. Et vir uxorem suam dimittens, et ducens aliam adulter est, et uxorem cum alio mistam adulteram facit. Et quæ ejusmodi viro habitat, non ignorans ab eo uxorem quam habuerat dimissam, adultera est. Alienum namque virum ad se traduxit. Sed hæc quidem hic magnus Pater, ex ea quæ tunc obtinebat ecclesiastica consuetudine asserit. Verum ex ea, quæ postea edita est, de divortiis imperatoris Justiniani novella libro XXVIII Basilicorum tit. 7 posita, præter alias causas, ob quas conjugia solvere mulieribus datum est, illa quoque recensetur, ut si in eadem domo aut urbe vir alteri mulieri commisceatur, atque ab uxore admonitus, tamen ab illius commercio nequaquam abstineat, nuptias dissolvere mulieribus ob zelotypiam permissum sit.

ARIST. Juxta Domini sermonem vir et mulier fornicationis causa separati pariter condemnantur. Consuetudo vero adulterum et fornicatorem a conjugibus non separat. Si qua vero mulier viro dimisso juncta fuerit, non est forsitan adultera; culpa enim in eam, quæ sine ratione dimisit, rejicienda est: vel etiam adultera, si alii jungatur. Dimissus vero venia dignus est. Qui vero suam reliquit uxorem et ad aliam accessit, et ipse est mœchus, et eam mœchari facit, et etiam mulier cum qua consuetudinem habet.

Etsi Dominus virum ab uxore sua disjunctum (præterquam in fornicationis causa) et mulierem sine ratione a viro suo separatam æqualiter condemnat: tamen constitutio ecclesiastica id aliter fieri jubet. Nam virum sive fornicantem sive adul-

A σιν ἐπίσης φησὶν ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ ἁρμόζειν καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν, ὥστε μήτε ἄνδρα τὴν οἰκείαν ἀφιέναι γυναῖκα, μήτε γυναῖκα ἀφίστασθαι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Ἀλλ' ἡ συνήθεια οὐχ ὁμοίως ἔχει ἐπὶ ἀνδρῶν ἀφιέντων τὰς γυναῖκας, καὶ ἐπὶ γυναικῶν ὁμοίως ποιουσῶν. Ἡ μὲν γὰρ γυνὴ ἀποστᾶσα τοῦ ἀνδρὸς καὶ συναφθεῖσα ἑτέρῳ, μοιχαλὶς κρίνεται, καὶ οὐκέτι δεχθήσεται παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, εἰ μὴ ἐκεῖνος βούλοιτο· τὸν δὲ ἄνδρα καὶ πορνεύοντα καὶ μοιχεύοντα ἡ γυνὴ ἀφεῖναι οὐ δύναται. Καὶ λοιπὸν εἰ ὁ ἀφεθεὶς ἑτέρᾳ συνοικήσει, ἡ τοῦτον συναφθεῖσα οὐ κριθήσεται, φησὶ, μοιχαλίς. Τὸ γὰρ ἁμάρτημα τῆς καταλειψάσης τὸν οἰκεῖον ἄνδρα ἐστίν. Οὐ γὰρ ἐφεῖται αὐτῇ ἀφίστασθαι τοῦ ἀνδρός· ἀλλ' εἴτε πικρῶς αὐτῇ προσφέρεται, φέρειν χρὴ, εἴτε εἰς χρήματα ζημιοῦται τὴν προῖκα δαπανωμένην ὁρῶσα· εἴτε ζηλοτυπεῖ διὰ τὸ ἑτέραις τὸν ἄνδρα συμφθείρεσθαι, καρτερεῖν δεῖ καὶ τοῦ ἀνδρὸς μὴ χωρίζεσθαι. Εἰ γὰρ, ἀπίστου τῶν συνοικούντων ὄντος θατέρου, τὸ ἕτερον πρόσωπον χωρισθῆναι αὐτοῦ ἄκοντος κεκώλυται, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· πῶς ἀνεύθυνος ἔσται ὁ δι' ἑτέραν αἰτίαν λύων τὴν συζυγίαν; Ὥστε ἡ ἀποστᾶσα τοῦ ἀνδρὸς, εἰ ἄλλῳ συνῴκησε, μοιχαλὶς λογίζεται. Ἡ δὲ τῷ καταλειφθέντι ἀνδρὶ συνευναασθεῖσα νομίμως, οὔτε ὡς μοιχαλὶς οὔτε ὡς πορνεύσασα κατακρίνεται. Καὶ ὁ ἀνὴρ δὲ, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀπολύσας, καὶ ἑτέραν εἰσοικισάμενος, μοιχός ἐστι, καὶ τὴν γυναῖκα μοιχαλίδα ποιεῖ, ἄλλῳ μιγνυμένην. Καὶ ἡ τῷ τοιούτῳ δὲ ἀνδρὶ συνοικήσασα, ἐν εἰδήσει τοῦ ἀπολῦσαι αὐτὸν ἣν εἶχε γυναῖκα, μοιχαλίς ἐστιν. Ἀλλότριον γὰρ ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν. Ἀλλὰ ταῦτα ὁ μέγας οὗτός φησι Πατὴρ κατὰ τὸ τηνικαῦτα κρατοῦν ἐκκλησιαστικὸν ἔθος. Ἐκ δὲ τῆς μετὰ ταῦτα περὶ λύσεως γάμων ἐκφωνηθείσης Νεαρᾶς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τῆς κειμένης εἰς βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κη', τίτλ. ζ', πρὸς ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ταῖς δι' ἃς λύειν ταῖς γυναιξὶ τὰ συνοικέσια δέδοται, καὶ τὸ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ ἢ πόλει τὸν ἄνδρα συμφθείρεσθαι γυναικὶ ἄλλῃ, ἐπιφωνοῦμενον παρὰ τοῦ μέρους τῆς γυναικὸς μὴ ἀφίστασθαι τῆς πρὸς ἐκείνην ὁμιλίας, λύειν τοὺς γάμους ταῖς γυναιξὶ διὰ τὴν ζηλοτυπίαν ἐφίησιν.

ΑΡΙΣΤ. Κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον ἴσως καταδικάζεται καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ, δίχα πορνείας ἀποζευγνύμενοι· ἡ δὲ συνήθεια τὸν μοιχὸν καὶ τὸν πόρνον διαζεύγνυσι τῶν συμβίων. Εἰ δέ τις ἀφέτῳ ἀνδρὶ συζευχθείη, οὐκ ἴσως τυχὸν μοιχαλίς· τὸ γὰρ αἴτιον ἐπὶ τὴν ἀλόγως ἀφεῖσαν· ἢ καὶ μοιχαλὶς, εἰ πρὸς ἕτερον ζεύγνυται. Ὁ δὲ ἀφεθεὶς συγγνωστός. Ὁ δὲ τὴν γυναῖκα λικῶν, καὶ ἐπ' ἄλλην ἰὼν, καὶ αὐτὸς μοιχὸς, καὶ αὐτὴν μεμοιχεῦσθαι ποιεῖ, καὶ ἡ αὐτῷ συνοικοῦσα γυνή.

Εἰ καὶ ὁ Κύριος τὸν ἄνδρα τὸν διαζευχθέντα τῆς ἰδίας γυναικὸς (παρεκτὸς λόγου πορνείας) καὶ τὴν γυναῖκα ἀναιτίως τοῦ ἰδίου χωρισθεῖσαν ἀνδρὸς καταδικάζει ἐπίσης· ἀλλ' ἡ συνήθεια ἡ ἐκκλησιαστικὴ ἄλλως τοῦτο προστάττει γίνεσθαι· τὸν μὲν γὰρ

ἄνδρα, καὶ πορνεύοντα, καὶ μοιχεύοντα, ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς καλεῖται κατέχεσθαι· τὴν δὲ γυναῖκα, εἰ μιανθῇ ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀπολύεσθαι ἐπιτρέπει, καὶ μηκέτι παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς κατέχεσθαι. Λοιπὸν, ἂν γυνὴ τὸν ἴδιον ἄνδρα ἀφῇσαι, προφάσει τοῦ ἐν πορνείᾳ αὐτὸν συζῆν, καὶ ἐκεῖνος ἑτέραν λάβῃ γυναῖκα· ἡ αἰτίασις καὶ τὸ ἔγκλημα κατὰ τῆς γυναικός ἐστι τῆς ἀπολυσάσης τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ὃν ὤφειλε κατέχειν καὶ μοιχεύοντα. Ὁ γὰρ ἀνὴρ συγγνωστός ἐστιν, ἐπ' ἄλλην ἐλθὼν γυναῖκα. Ὡσαύτως καὶ ἡ συναφθεῖσα αὐτῷ ἀπολύτῳ ὄντι οὐ λεχθήσεται μοιχαλίς· ἡ δὲ καταλειφθεῖσα αὐτὸν, εἰ συζευχθῇ ἑτέρῳ, μοιχαλὶς ἀναμφιβόλως ἐστίν. Εἰ δὲ τοὐναντίον ὁ ἀνὴρ τῆς ἰδίας ἀποστῇ γυναικὸς (παρεκτὸς λόγου πορνείας), καὶ ἄλλην λάβῃ γυναῖκα· καὶ αὐτὸς ὡς μοιχὸς κρίνεται, διότι ποιεῖ, ἣν κατέλιπε, μοιχευθῆναι, εἴπερ ἐπ' ἄλλον ἔλθοι ἄνδρα· καὶ ἡ συνοικοῦσα αὐτῷ μοιχαλίς ἐστι, διότι ἀλλότριον προσελάβετο ἄνδρα. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦ κανόνος· διότι καὶ δόσιν τῷ τότε ἦν ἀπὸ νόμων τοῖς συνοικοῦσι καὶ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας διὰ τυπικῶν ῥημάτων χωρίζεσθαι ἀπ' ἀλλήλων· σήμερον δὲ οὔτε ἀνὴρ οὔτε γυνὴ διαλύειν τὸ συνοικέσιον δύναται, εἰ μή τις αἰτία εὔλογος ὑπάστιν. Ἐφ' ὧν ῥητῶς ἡ Ἰουστινιάνειος νομοθετεῖ Νεαρά.

A terantem, ab uxore sua retineri mandat; at mulierem, si alio viro contaminetur, dimitti sinit, et non amplius a viro suo retineri. Porro si mulier virum suum dimittit, pretextu quod iste in fornicatione cum ipsa vivit, et illic aliam duxerit uxorem, actio et accusatio contra mulierem est, quæ virum suum dimisit, quem retinere etiam fornicantem debuit. Viro enim aliam inconsti feminam venia datur. Similiter et quæ ei dimisso conjuncta fuit, fornicatrix non dicetur. At mulier quæ eum reliquit, si alii conjungatur, haud dubie est fornicatrix. At e contra si vir ab uxore sua discesserit (nisi in causa fornicationis) et aliam duxit uxorem, ipse ut adulter judicatur, quoniam eam, quam reliquit, adulterari facit, si ad alienum veniat virum. Et quæ cum B eo habitat adultera est, eo quod alienum accepit virum. Et hæc quidem dicit canon; quoniam tunc temporis a legibus licebat matrimonio conjunctis, etiam sine justa causa, per typica verba ab invicem recedere. Hodie autem nec vir nec mulier matrimonium solvere potest, nisi justa aliqua causa intervenial, de quibus Justiniani novella expresse statuit.

KANΩN I'.

Οἱ ὀμνύοντες (6) μὴ καταδέχεσθαι τὴν χειροτονίαν ἐξομνύμενοι, μὴ ἀναγκαζέσθωσαν ἐπιορκεῖν. Εἰ γὰρ καὶ δοκεῖ τις εἶναι κανὼν ὁ συγχωρῶν τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ πείρᾳ ἐγνώκαμεν, ὅτι οὐκ εὐδοῦνται οἱ παρορκήσαντες. Σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὅρκου, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διάθεσιν ἀφ' ἧς ὡμώμοκασι, καὶ τὰς κατὰ λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας· ὡς, ἐὰν μηδεμία ᾖ μηδαμόθεν παραμυθία, χρὴ πανταλῶς ἐᾶν τοὺς τοιούτους. Τὸ μέντοι κατὰ Σεβῆρον πρᾶγμα, ἤτοι τὸν ὑπὸ τούτου χειροτονηθέντα πρεσβύτερον, τοιαύτην τινά μοι δοκεῖ παραμυθίαν ἔχειν, εἰ καὶ σοὶ συνδοκεῖ. Τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον τὸν ὑποκείμενον τῇ Μηστείᾳ, ᾧ ἐπικηρύχθη ὁ ἄνθρωπος, κέλευσον Οὐασόδοις ὑποκεῖσθαι. Οὕτω γὰρ κἀκεῖνος οὐ παρορκήσει μὴ ἀναχωρῶν τοῦ τόπου· καὶ ὁ Λογγῖνος, ἔχων τὸν Κυριακὸν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐρημώσει τὴν ἐκκλησίαν, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῆς ἀργίας καταδικάσει. Καὶ ἡμεῖς δόξομεν μὴ παρὰ κανόνας ποιεῖν τι, συμπεριφερόμενοι τῷ Κυριακῷ, ὁμόσαντι μὲν συμπαραμένειν Μινδανοῖς, καταδεξαμένῳ δὲ τὴν μετάθεσιν. Ἡ γὰρ ἐπάνοδος φυλακὴ ἔσται τοῦ ὅρκου. Τὸ δὲ εἶξαι αὐτὸν τῇ εἰκό-

CANON X.

Qui jurant se ordinationem non accepturos, ejurantes, ne cogantur pejerare. Etsi enim videtur aliquis esse canon, qui ejusmodi hominibus concedat; experientia tamen cognovimus eos qui pejerarunt, felices exitus non habere. Consideranda autem sunt, et species jurisjurandi, et verba, et animus quo juraverunt, et sigillatim quæ verbis addita fuerunt, adeo ut si nulla prorsus sit rei leniendæ ratio, tales omnino dimittendi sint. Quod autem attinet ad Severi negotium, videlicet ad presbyterum ab ipso ordinatum, videtur mihi res temperamentum ejusmodi habere, si idem et tibi videatur. Agrum illum Mestiæ subjectum, cui ille vir addictus fuit, jube Vasodis subesse. Sic enim nec pejerabit ille a loco non recedens, nec Longinus, secum habens Cyriacum, in causa erit cur deserta sit ecclesia, neque animam suam per otium damnabit. Neque nos aliquid præter canones efficere videbimur, accommodatione utentes in Cyriacum, qui cum se Mindanis permansurum juraaset, tamen translationem suscepit. Reditus enim erit jurisjurandi observatio. Œconomiæ autem ac

Guill. Beveregii notæ.

(6) *Οἱ ὀμνύοντες.* Huic canoni duplex in codice Amerbachiano σχόλιον apponitur: primum sic se habet, Ὁ μὲν Σεβῆρος ἐπίσκοπος ἦν Μασάδων· τὰ δὲ Μίνδανα ἀγρὸς Λογγίνῳ τινὶ διαφέρων, τῇ ἐφορείᾳ δὲ ὑποκείμενος τῆς ἐπισκοπῆς Μισθείας, εἰς ὃν χειροτονηθεὶς πρεσβύτερος παρὰ τοῦ Σεβήρου ὁ Κυριακὸς, καθωρκίσθη μὴ ἐξ αὐτοῦ ὑποχωρῆσαι. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐξῆν εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν ἱερᾶσθαι τῷ ὑπὸ Σεβήρου κεχειροτονημένῳ, μετετέθη ἐκεῖθεν. Καὶ ὁ μὲν Λογγῖνος ἀγαπῶν τὸν Κυριακὸν, ἐβλασφήμει τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διὰ τὴν ἐκείνου μετάθεσιν· ὁ δὲ Κυριακὸς, ἐδόκει ἐπιορκεῖν ἀπὸ τῶν Μινδάνων μετατεθείς. *Severus quidem episcopus erat Masadarum: Mindana autem ager erat ad Longinum quendam pertinens, sed episcopatus Mistheæ inspectioni subjectus, in quem presbyter nomine Cyriacus a Severo ordinatus, juratus est se ex eo non secessurum; quoniam autem ei, qui a Severo ordinatus fuerat, in alieno territorio sacerdotalia munera obire non licebat, is illinc translatus est: et Longinus Cyriacum diligens viros Ecclesiæ conviciatus est, propter ejus translationem; Cyriacus autem pejerare videbatur, a Mindanis se transferens.* Alterum autem sic, ἕτερον σχόλιον. Τὸ περὶ τὰ κακὰ ἐνεργεῖν ἀπὸ τοῦ τῶν καλῶν ἀργεῖν ἐστιν. Ἆρα οὖν καὶ ἡ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας βλασφημία καὶ ὁ μῶμος λέγοιτο ἂν εἰκότως ἀργία καὶ ἀργολογία. *Aliud Scholium. Malorum perpetratio a bonorum neglectu oritur. Ergo convicium etiam et opprobrium contra Ecclesiam, neglectus et vaniloquentia jure dicatur.*

dispensationi si cesserit, id ei perjurii loco non imputabitur, quippe quia jurijurando adjectum non est ne paululum quidem Mindanis recessurum, sed deinceps permansurum. Nos autem Severo oblivionem causanti sic ignoscemus, ut eum moneamus, occultorum cognitorem suam ipsius Ecclesiam non passurum ab ejusmodi homine labefactari : qui præter canones ab initio fecit, ac jurejurando contra Evangelia astringit, et perjurium transferendo edocet, ac postremo, dum oblivionem simulat, mentitur. Sed quoniam cordium judices non sumus, sed ex iis quæ audimus, judicamus, demus Domino vindictam, eumque citra examen suspiciamus, humano vitio, oblivioni scilicet, ignoscentes.

A νομίᾳ εἰς ἐπιορκίαν αὐτῷ οὐ λογισθήσεται, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι τῷ ὅρκῳ, μηδὲ πρὸς βραχὺ ἀναχωρήσειν Μινδάνων, ἀλλὰ παραμενεῖν εἰς τὸ ἀφεξῆς. Σευήρῳ δὲ, προφασιζομένῳ τὴν λήθην, ἡμεῖς συγχωρήσομεν, εἰπόντες, ὅτι τῶν κρυπτῶν γνώστης οὐ περιόψεται τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ τοιούτου λυμαινομένην· ποιοῦντος μὲν ἀκανονίστως τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅρκῳ δὲ καταδεσμοῦντος παρὰ τὰ Εὐαγγέλια· παρορκεῖν δὲ διδάσκοντος δι' ὧν μετατίθη, ψευδομένου δὲ νῦν δι' ὧν τὴν λήθην σχηματίζεται. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐσμὲν καρδιῶν κριταί, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν κρίνομεν· δῶμεν τῷ Κυρίῳ τὴν ἐκδίκησιν, αὐτοὶ δὲ ἀδιακρίτως αὐτὸν δεξώμεθα, συγγνώμην δόντες ἀνθρωπίνῳ πάθει, τῇ λήθῃ.

66 BALS. Quidam ut ordinarentur evocati juraruni se ordinationem non admissuros. Dicit ergo sanctus non oportere eos cogi pejerare. Etsi enim, inquit, videntur iis, qui ex se ipsis jurarunt, vel qui aliquod sibi vinculum injecerunt, vel carnem non comedendi, vel vinum non bibendi, vel nec illud faciendi, licere rursus vinculum solvere, et a jurejurando deficere; sed experientia didicimus, quod, qui pejerarunt, non recta sunt in via sed a Deo alienatur propter perjurium tentari. Oportet autem, inquit, in his juramenti formam quærere, an in Deum jurans dixerit, an in aliquid aliud, et verba ejus qui juravit, et affectionem quam juravit, et etiam subtilia in verbis additamenta. Est enim consentaneum ex sacramenti qualitate, et ex verbis, et ex affectione (an scilicet pusillo et non firmo animo juravit), considerantes comprehendere, non prohiberi oportere eum, qui juravit, a jurejurando desistere. Sin istis consideratis, non est invenire rationem aliquam quare a jurejurando desisteret, oportet tales dimittere, ne pejerent. Negotium autem Severi, seu causa et argumentum erat ejusmodi : Longinus quidam habebat agrum Mindana dictum qui quidem erat Mesthiæ episcopatui subjectus : Severus autem, cum esset Masadarum episcopus, quemdam Cyriacum ordinavit presbyterum templi, quod erat in agro, jurejurando prius adactum, quod in templo permaneret, vel potius episcopatui esset subjectus : sed episcopus regionis, cui erat ager subjectus, prohibebat Cyriacum ab alio ordinatum sacra celebrare in ecclesia quæ ad ipsum pertinebat, et ideo Cyriacus ea relicta alio translatus est. Porro Longinus quoque id ægre ferens minatus est se ecclesiam desertam relicturum. De ea ergo re interrogatus magnus Basilius, respondit, agrum cui renuntiatus est Cyriacus, id est, cujus presbyter nominatus est, oportere esse Masadarum episcopatui subjectum, etsi esset alius regionis, et Cyriacum illic reverti. Sic enim, inquit, hæc illa faciet præter sacramentum, nec Longinus ecclesiam deseret, hoc est desertam relinquet vel etiam destruet, nec suam animam propter otium condemnabit, sed ei subjiciet, ut qui precibus et divinis hymnis non vacet, sed ab eis cesset. Nos

B ΒΑΛΣ. Τινὲς εἰς τὸ χειροτονηθῆναι μετακαλούμενοι, ἐξωμνύοντο μὴ καταδέξασθαι τὴν χειροτονίαν. Τοὺς οὖν τοιούτους λέγει ὁ ἅγιος μὴ δεῖν ἀναγκάζεσθαι ἐπιορκεῖν. Κἂν γὰρ δοκῇ, φησὶν, ἐξεῖναι τοῖς ἀφ' ἑαυτῶν ὁμόσασιν ἢ δεσμόν τινα ἑαυτοῖς ἐπιβαλοῦσιν, ὡς μὴ φαγεῖν κρέας, ἢ πιεῖν οἶνον, ἢ μὴ τόδε ποιῆσαι, λύειν πάλιν ἀφ' ἑαυτῶν τὸν δεσμὸν, καὶ τοῦ ὅρκου ἀφίστασθαι· ἀλλ' ἐκ πείρας ἐμάθομεν ὅτι παρορκήσαντες οὐκ εὐοδοῦνται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παραχωροῦνται πειρασθῆναι διὰ τὴν ἐπιορκίαν. Δεῖ δὲ, φησὶν, ἐπὶ τῶν τοιούτων καὶ τὸ εἶδος, τοῦ ὅρκου σκοπεῖν, εἰς· οὗν εἰ Θεὸν ὠνόμασεν ὁ ὀμνύων, ἢ ἄλλο τι, καὶ τὰ ῥήματα τοῦ ὁμόσαντος καὶ τὴν διάθεσιν ἀφ' ἧς ὤμοσε, καὶ τὰς κατὰ λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας. Ὅ εἰκὸς γάρ ἐστιν ἐκ τῆς τοῦ ὅρκου ποιότητος, καὶ ἐκ τῶν ῥημάτων καὶ τῆς διαθέσεως (εἰ τυχὸν ἐκ μικροψυχίας, καὶ οὐκ ἐξ ἀμεταθέτου γνώμης ὤμοσε), καταλαβεῖν τοὺς σκοποῦντας, μὴ κωλύεσθαι τὸν ὁμόσαντα ἀποστῆναι τοῦ ὅρκου. Εἰ δὲ τούτων σκοπουμένων οὐκ ἔστιν εὑρεῖν παραμυθίαν τινὰ εἰ; τὸ ἀποστῆναι τοῦ ὅρκου, χρὴ τοὺς τοιούτους ἐᾶν, ἵνα μὴ ἐπιορκῶσι. Τὸ δὲ κατὰ τὸν Σεβῆρον πρᾶγμα, ἤτοι ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ὑπόθεσις, τοιοῦτον ἦν. Λογγῖνός τις εἶχεν ἀγρὸν Μίνδανα καλούμενον τῇ ἐπισκοπῇ τῆς Μισθείας ὑποκείμενον· Σεβῆρος δὲ Μασάδων ἐπίσκοπος ὢν χειροτόνησε Κυριακόν τινα εἰς τὸν ἐν τῷ ἀγρῷ ναὸν πρεσβύτερον, ὁμόσαντα παραμένειν τῷ ναῷ, ἢ μᾶλλον τῇ ἐπισκοπῇ ὑποτελεῖν. Ἀλλ' ὁ τῆς ἐνορίας ἐπίσκοπος, ᾗ ὑπέκειτο ὁ ἀγρὸς, ἐκώλυσε τὸν Κυριακὸν ἱερουργεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ διαφερούσῃ αὐτῷ, παρ' ἑτέρου χειροτονηθέντα. Διὸ καὶ καταλιπὼν αὐτὴν ὁ Κυριακὸς, μετετέθη ἀλλαχοῦ. Καὶ ὁ Λογγῖνος διὰ τοῦτο λυπούμενος ἠπείλει ἐρημῶσαι τὴν ἐκκλησίαν. Ἐρωτηθεὶς γοῦν ὁ μέγας Βασίλειος περὶ τούτου, ἀπεκρίνατο, τὸν ἀγρὸν, ᾧ ἐπεκηρύχθη ὁ Κυριακὸς, ἦγουν εἰς ὃν ὠνομάσθη πρεσβύτερος, ὑποτεθῆναι τῇ ἐπισκοπῇ τῶν Μασάδων, εἰ καὶ ἑτέρας ἦν ἐνορίας, καὶ τὸν Κυριακὸν αὖθις ἐπαναστρέψαι ἐκεῖ. Οὕτω γὰρ, φησὶν, οὔτε ἐκεῖνος παρὰ τὸν ὅρκον ποιήσει, οὔτε ὁ Λογγῖνος τὴν ἐκκλησίαν ἐρημώσει, ἀντὶ τοῦ ἔρημον καταλείψει, ἢ καὶ καθελεῖ, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ταῖς ἀργίαις καταδικάσει, ἤγουν ὑποβαλεῖ, τῷ μὴ σχολάζειν εὐχαῖς καὶ τοῖς

θείοις ὄμνοις, ἀλλὰ ἀργεῖν. Ἐκ τούτων καὶ ἡμεῖς, φησὶν, οἰκονομοῦντες τὰ κατὰ τὸν Κυριακὸν, καὶ ἐπιστρέψαι αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἣ ὤμοσεν ἐγχαρτερεῖν, ἐπιτρέποντες, οὐ δόξομεν παρὰ κανόνας ποιεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνος παραβαίνειν τὸν ὅρκον κριθείη. Ἐπανερχόμενος γὰρ δοκεῖ φυλάσσειν τὸν ὅρκον, ὅτι οὐδὲ πρόσκειται τῷ ὅρκῳ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀναχωρήσειν τοῦ ἀγροῦ τῶν Μινδάνων. Ὅρα οὖν πῶς ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ἐξετάσεως καὶ κατασκοπήσεως ἐθήρευσεν ὁ ἅγιος νοῦν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἐπιορκεῖν τὸν ὀμόσαντα. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ Κυριακοῦ. Ὁ δὲ Σεβῆρος, αἰτιώμενος, ὅτι εἰς ἀγρὸν ἀλλότρια ὑποτελοῦντα ἐνορίᾳ ἐχειροτόνησεν, ἔλεγε κατὰ λήθην τοῦτο ποιῆσαι, ἀγνοήσας ἑτέρῳ τὸν ἀγρὸν ὑποκεῖσθαι. Ἐπεὶ οὖν, φησὶ, τὴν λήθην προβάλλεται, δεῖ αὐτὸν συγχωρηθῆναι καὶ εἰς τὴν κρίσιν ἀναρτῆσαι αὐτὸν τοῦ Θεοῦ. Ὅτι γὰρ οὐκ ἴσμεν καρδιογνώστας, ἀλλ' ὡς ἀκούομεν, κρίνομεν, δῶμεν τὴν ἐκδίκησιν τῷ Θεῷ, συγγνωμονήσαντες διὰ τὴν λήθην, ἥτις ἐστὶ πάθος ἀνθρώπινον. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸ ιη' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ εἰς τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ γραφέντα χάριν ἀναψηλαφήσεως ὅρκων. Ἔχε δὲ ἐπὶ μνήμης καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου ὁρισθὲν χάριν τοῦ παραμπεσόντος φάκτου ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ Κυριακοῦ, καὶ τῇ γενομένῃ παρὰ τούτου ὅθεν ἐπιορκίᾳ. Καὶ σημείωσαι ὅτι διὰ τούτου συγγινώσκονται, ὡς ἔοικεν, οἱ κατά τινας πατριαρχικὰς ἐκκλησίας ἱερουργοῦντες ἐγχώριοι ἀρχιερεῖς. Εἰ γὰρ μὴ τὸ τῆς ἀγνοίας πρόβλημα ἐβοήθησε τῷ Σεβήρῳ, καθῃρέθη ἄν, διὰ τὸ παρ' ἐνορίαν ποιῆσαι χειροτονίαν. Περὶ δὲ ἱερέων ψευδῶς μαρτυρησάντων ἀνάγνωθι τὴν ος' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κύρου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, διαλαμβάνουσαν ὡς, εἰ μὲν ἔνορκον ψευδομαρτυρίαν ποιήσει ὁ ἱερεὺς, καθαιρεῖται. Ὅρκου δὲ μὴ παραζευγνυμένου, ἀφορίζεται ἐπὶ τριετῆ χρόνον εἰς μοναστήριον, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἰδίαν τάξιν ἀποκαθίσταται.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς εἰς τὸ χειροτονηθῆναι καλούμενοι ἐξώμνυντο μὴ καταδέξασθαι τὴν χειροτονίαν. Τοὺς οὖν τοιούτους λέγει ὁ κανὼν μὴ δεῖν ἀναγκάζεσθαι ἐπιορκεῖν. Κἂν δοκῇ, φησὶν, ἐξεῖναι τοῖς ἀφ' ἑαυτῶν ὀμόσασιν, ἢ δεσμόν τινα ἑαυτοῖς ἐπιβαλοῦσιν, οἷον μὴ φαγεῖν κρέας, ἢ μὴ πιεῖν οἶνον, ἢ μὴ τόδε ἢ τόδε ποιῆσαι, λύειν πάλιν ἀφ' ἑαυτῶν τὸν δεσμὸν, καὶ τοῦ ὅρκου ἀφίστασθαι· ἀλλ' ἐκ πείρας ἐμάθομεν ὅτι οἱ παρορκήσαντες, ἤγουν οἱ παρὰ τοὺς ὅρκους ποιήσαντες, οὐκ εὐδοκοῦνται, ἀντὶ τοῦ, οὐ θελητοὶ τῷ Θεῷ εἰσιν, ἢ οὐκ εὐάρεστοι κρίνονται. Δεῖ δὲ, φησὶν, ἐπὶ τῶν τοιούτων καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὅρκου σκοπεῖν· εἴτουν, εἰ Θεὸν ὠνόμασεν ὀμνύων, ἢ ἄλλο τι, καὶ τὰ ῥήματα τοῦ ὀμόσαντος, καὶ τὴν διάθεσιν ἀφ' ἧς ὤμοσε, καὶ τὰς κατὰ λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας. Εἰκὸς γάρ ἐστιν ἐκ τῆς τοῦ ὅρκου ποιότητος, καὶ ἐκ τῶν ῥημάτων καὶ ἐκ τῆς διαθέσεως· εἰ τυχὸν ἐκ μικροψυχίας, καὶ οὐκ ἐξ ἀμέτρου γνώμης ὤμοσε, καταλαβεῖν τοὺς σκοποῦντας, μὴ κωλύεσθαι τὸν ὀμόσαντα ἀποστῆναι τοῦ ὅρκου. Εἰ δὲ, τούτων σκοπουμένων, οὐκ ἔστιν

A quoque, inquit, quæ ad Cyriacum pertinent, dispensantes, et permittentes ut redeat ad ecclesiam, in qua se perseverare juravit, non videbimur facere præter canones, nec ille jusjurandum transgredi videbitur : revertens enim videtur servare jusjurandum, quia jurijurando adjectum non est, se non ad breve tempus excessurum ex agro Mindanorum. 67 Vide ergo quomodo ex verborum examinatione et consideratione sanctus sententiam venatur, ut is qui juravit, non videatur pejerare. Hæc ergo de Cyriaco. Severus autem accusatus, quod in agrum, qui erat alii regioni subjectus, ordinasset, dicebat se hoc oblivione fecisse, nesciens agrum alii esse subjectum. Quoniam ergo, inquit, ad sui defensionem ignorantiam allegat, B oportet ei ignosci, eumque Dei judicio relinquere : cum enim cordium cognitores non sumus, sed ut audimus, judicamus, demus Deo vindictam, condonantes propter oblivionem, quæ est humanum vitium. Et canon quidem in his consistit. Tu autem lege cap. 18, cap. 13 tit. 13 præsentis operis, et quæ in ejus interpretatione scripta sunt de tractatione juramentorum. Tu autem habe in memoria id quoque, quod a sancto scriptum est de facto quod incidit in ordinatione Cyriaci, et de perjurio quod ab eo commissum est : et nota quod propterea, ut est verisimile, ignoscitur regionis antistitibus, qui in quibusdam patriarchalibus ecclesiis sacra celebrant. Nisi enim ignorantiæ prætextus Severo auxilium tulisset, depositus esset, quod ultra suam C diœcesim ordinationem fecisset. De sacerdotibus autem falso testificatis, lege imperatoris domini Leonis Sapientis novellam 76, quæ continet, quod si sacerdos falsum testimonium juratus dixerit, deponitur. Quod si jusjurandum non accesserit, in monasterium ad triennium separetur, et sic pristino ordini restituatur.

ZONAR. Quidam vocati ut ordinarentur, jurarunt se ordinationem non admissuros. Ejusmodi ergo homines, ait canon, non esse ad perjurium adigendos. Etiamsi videatur, inquit, licere iis, qui sua sponte jurarunt, aut aliquod vinculum sibi injecerunt; velut abstinere a carnibus, aut a vino, aut D hoc vel illud omittere; vinculum illud rursum propria auctoritate dissolvere, et a jurejurando deficere : verumtamen experientia didicimus, eos qui perjurarunt, hoc est, qui contra id quod juraverunt, quippiam fecerunt, non placere, hoc est, minime acceptos esse Deo, vel haudquaquam probos, amicosque ab ipso judicari. Oportet vero, inquit, in hisce hominibus genus quoque jurisjurandi considerare, Deumne appellaverit jurans, an aliud quidpiam, tum jurantis verba, animique affectum quo juravit, ac minutas quasque additiones in verbis. Probabile enim est, ex jurisjurandi forma, ex verbis pariter, et ex animi affectione, si forte ex pusillanimitate, non autem ex constanti proposito inavit, deprehendi posse ab iis, qui attentius cogitaverint,

non impediri jurantem, quo minus a jurejurando deficiat. Verumtamen, si hisce animadversis, nullam licet invenire excusationem, per quam jurejurando solvuntur, ejusmodi oportet dimittere, ne sese perjurio adstringant. Quod autem de Severo narratur negotium, sive actio, vel argumentum, ejusmodi est. Longinus quidam habebat agrum, cui Mindana nomen erat, Misthiæ episcopatui subjectum. Severus autem, cum Masadarum esset episcopus, Cyriacum quemdam templi, quod in agro positum erat, presbyterum constituit, qui etiam juravit, se in templo permansurum, vel potius illius episcopatui fore subjectum : verum illius regionis episcopus, cui ager subjectus erat, Cyriacum a sacris muneribus obeundis in ecclesia, quæ sui juris esset, arcebat, quippe qui ab alio sacris ordinibus foret insignitus. Ex quo illa relicta Cyriacus alio concessit : tum Longinus quoque ea de causa mœrens, desertam se ecclesiam redditurum minabatur. Rogatus itaque magnus Basilius, ad hoc respondit, agrum cui renuntiatus est Cyriacus, hoc est, cujus presbyter nominatus est, Masadarum episcopatui subjici, etiamsi alterius regionis esset, ac rursus illuc redire Cyriacum. Ita namque, ait, neque ille violabit jusjurandum, neque Longinus ecclesiam desolabit, hoc est, desertam relinquet, aut etiam abolebit : neque suammet **68** animam inertiis damnabit, hoc est, subjiciet, quod non precationibus ac divinis laudibus varet, sed ab iis plane cesset. Ac nos, inquit, hæc de Cyriaco decernentes, ac redire ipsum ad ecclesiam, in qua se permansurum juravit, permittentes, non videbimur adversus canones agere, neque ille violare jusjurandum judicabitur. Illud namque observare videbitur reversus, quoniam neque juramento adjectum est, ne brevi quidem temporis spatio a Mindanorum agro secessurum. Vide igitur quomodo ex ipsa verborum inspectione et animadversione sententiam sanctus vir indagavit, ex qua, qui se jurejurando obstrinxerat, a perjurio liber esse videretur. Hæc igitur de Cyriaco. Severus porro accusatus, quod agro qui alienæ provinciæ subjectus erat, quempiam præfecisset, causabatur se id propter oblivionem fecisse, quod agrum in alterius ditione positum ignoraret. Quoniam ergo, inquit, oblivionem prætexit, oportet ipsi ignoscere ipsumque ad divinum judicium transmittere : quandoquidem cum non simus cordium scrutatores, sed judicemus ex iis quæ audimus, adjudicemus ultionem Deo, ignoscentes propter oblivionem, quæ humanum est vitium.

ARIST. Non coges eum, qui se non ordinatum fore juraverit.

Eum, qui electus est episcopus, et propter incidentem aliquam causam jurat se ordinationem non suscepturum, ordinari non coges. Oportet autem considerare et juramenti speciem, et verba, et affectionem a qua juravit, et quæ subtiliter in verbis facta sunt additamenta. Et si quæ sit alicunde juramenti excusatio, perjurium apparens ei condonare, eumque ordinare permittit. Si autem nullum sit omnino refugium, sed omnimodo pejerans inveniatur, si ordinari permitteretur, talem omnino prætermittere oportet.

A εὑρεῖν παραμυθίαν τινὰ εἰς τὸ ἀποστῆναι τοῦ ὅρκου, χρὴ τοὺς τοιούτους ἐᾶν, ἵνα μὴ ἐπιορκῶσι. Τὸ δὲ κατὰ τὸν Σευῆρον πρᾶγμα, ἤτοι ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ὑπόθεσις, τοιοῦτόν τι ἦν. Λογγῖνός τις εἶχεν ἀγρὸν καλούμενον Μίνδανα, τῇ ἐπισκοπῇ τῆς Μισθείας ὑποκείμενον. Σευῆρος δὲ Μασάδων ἐπίσκοπος ὢν ἐχειροτόνησε Κυριακόν τινα εἰς τὸν ἐν τῷ ἀγρῷ ναὸν πρεσβύτερον, ὁμόσαντα παραμένειν τῷ ναῷ, ἢ μᾶλλον τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ ὑποτελεῖν. Ἀλλ' ὁ τῆς ἐνορίας ἐπίσκοπος ᾧ ὑπέκειτο ὁ ἀγρὸς, ἐκώλυε τὸν Κυριακὸν ἱερουργεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ διαφερούσῃ αὐτῷ, παρ' ἑτέρου χειροτονηθέντα. Διὸ καὶ καταλιπὼν αὐτὴν ὁ Κυριακὸς, μετετέθη ἀλλαχοῦ· καὶ ὁ Λογγῖνος διὰ τοῦτο λυπούμενος ἠπείλει ἐρημώσειν τὴν ἐκκλησίαν. Ἐρωτηθεὶς οὖν ὁ μέγας Βασίλειος περὶ τούτου B ἀπεκρίνατο τὸν ἀγρὸν ᾧ ἐπεκηρύχθη ὁ Κυριακὸς, ἤγουν εἰς ὃν ὠνομάσθη πρεσβύτερος, ὑποτεθῆναι τῇ ἐπισκοπῇ τῶν Μασάδων, εἰ καὶ ἑτέρας ἦν ἐνορίας, καὶ τὸν Κυριακὸν αὖθις ἐπαναστρέψαι ἐκεῖ. Οὔτω γὰρ, φησὶν, οὔτε ἐκεῖνος παρὰ τὸν ὅρκον ποιήσει, οὔτε ὁ Λογγῖνος τὴν ἐκκλησίαν ἐρημώσει, ἀντὶ τοῦ, ἔρημον καταλείψει ἢ καὶ καθελεῖ· οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ταῖς ἀργίαις καταδικάσει, ἤγουν ὑποβαλεῖ, τῷ μὴ σχολάζειν εὐχαῖς καὶ τοῖς θείοις ὕμνοις, ἀλλὰ ἀργεῖν ἐκ τούτων. Καὶ ἡμεῖς, φησὶν, οἰκονομοῦντες τὰ κατὰ τὸν Κυριακὸν, καὶ ὑποστρέψαι αὐτὸν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ᾗ ὤμοσεν ἐγκαρτερεῖν, ἐπιτρέποντες, οὐ δόξομεν παρὰ κανόνας ποιεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνος παραβαίνειν τὸν ὅρκον κριθείη. ἘπανερχόC μενος γὰρ, δοκεῖ φυλάσσειν τὸν ὅρκον, ὅτι οὐδὲ πρόσκειται τῷ ὅρκῳ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀναχωρήσειν τοῦ ἀγροῦ τῶν Μινδάνων. Ὅρα οὖν πῶς ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ἐξετάσεως καὶ κατασκοπήσεως εὑρήκασιν ὁ ἅγιος νοῦν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἐπιορκεῖν τὸν ὀμόσαντα. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ Κυριακοῦ· ὁ δὲ Σευῆρος, αἰτιώμενος ὅτι εἰς ἀγρὸν ἀλλοτρίᾳ ὑποτελοῦντα ἐνορίᾳ ἐχειροτόνησεν, Ἔλεγε κατὰ λήθην τοῦτο ποιῆσαι, ἀγνοήσας ἑτέρῳ τὸν ἀγρὸν ὑποκεῖσθαι. Ἐπεὶ οὖν, φησὶ, τὴν λήθην προβάλλεται, δεῖ αὐτῷ συγχωρηθῆναι, καὶ εἰς τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ἀναρτῆσαι αὐτόν· ὅτι γὰρ οὐκ ἐσμὲν καρδιογνῶσται, ἀλλ' ὡς ἀκούομεν κρίνομεν, δῶμεν τὴν ἐκδίκησιν τῷ Θεῷ, συγγνωμονήσαντες διὰ τὴν λήθην, ἥτις ἐστὶ πάθος ἀνθρώπινον.

ΑΡΙΣΤ. Οὐκ ἀναγκάσεις τὸν μὴ ἂν χειροτονηθῆD ναι ὀμόσαντα.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ παρὰ γνώμην πατρὸς ἡ ἀκολουθήσασα πόρνη κρίνεται. Εἰ δὲ καὶ οἱ γονεῖς διαλλαγεῖεν, καὶ τὸ γεγονὸς θεραπείαν ἔχειν δοκεῖ· ὅμως τριετίαν ὑποπιπτέτω.

Qui sub potestate sunt præter eorum sententiam sub quorum sunt potestate matrimonium contrahere non possunt. Si autem et contraxerint, nihil fecerunt, sed irrita est contractio. Puellæ autem quæ præter patrum suorum voluntatem homines aliquos secutæ fuerint, fornicationis supplicio subjiciuntur. Si autem postea parentes conjugium præter suam sententiam initum, admittunt, et indissolutum manere volunt, nihilominus quia ab initio cum eorum voluntate non factum fuit; non statim ad communionem recipientur, sed triennio pœnas solvent.

Οἱ ὑπεξούσιοι, παρὰ γνώμην τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ὑπεξουσίους, συναλλάττειν γάμον οὐ δύνανται· εἰ δὲ καὶ συναλλάξωσιν, οὐδὲν ἔπραξαν, ἀλλ' ἀνίσχυρόν ἐστι τὸ συνάλλαγμα. Ὑπόκεινται δὲ καὶ τῷ τῆς πορνείας ἐπιτιμίῳ αἱ παρὰ γνώμην τῶν πατέρων αὐτῶν ἀκολουθήσασαί τισιν ἀνδράσι κόραι. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα οἱ γονεῖς τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν γενόμενον συνοικέσιον δέξονται, καὶ θελήσουσι μένειν ἄλυτον· ὅμως διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς μὴ κατὰ γνώμην αὐτῶν γενέσθαι, οὐκ εὐθὺς εἰς κοινωνίαν παραδεχθήσονται, ἀλλ' ἐπὶ τριετίαν ἐπιτιμηθήσονται.

CANON XXXIX.

Quæ vivit cum adultero, est toto tempore adultera.

BALS. Mulier quædam, quæ adulterata fuerat et cum adultero una vivebat, punita est: cum autem mortuus esset ejus maritus, volebat conjungi adultero. Dicit itaque sanctus, quod ne hoc quidem fiet, sed etiam donec vivit cum adultero pœnam subire debet, etiamsi quindecim anni pœnitentiæ transacti sint. Illi enim demum eas, quæ in pœnitentia dantur, pœnas subiisse videntur, et veniam recipiunt, qui a malo abstinent. Qui autem in malo perseverant, eidem pœnæ sunt obnoxii, etiamsi eam millies subierint. Ita ergo in canonem pro[illegible]; et ne dixeris omnem mulierem quæ cum adultero cohabitat, esse adulteram. Ejus enim uxor legitima illi cohabitans, est a reprehensione aliena, et quævis alia præter adulteram. Et lex quidem ecclesiastica hæc decernit. Civilis autem adulteræ nullo modo permittit eam adultero conjungi.

ΚΑΝΩΝ ΛΘ'.

Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα μοιχαλίς ἐστι πάντα τὸν χρόνον.

ΒΑΛΣ. Γυνή τις μοιχευθεῖσα καὶ συζῶσα τῷ μοιχῷ ἐπετιμήθη· τοῦ ἀνδρὸς δὲ αὐτῆς τελευτήσαντος ἤθελε συζευχθῆναι τῷ μοιχῷ. Φησὶν οὖν ὁ ἅγιος ὡς οὔτε τοῦτο γενήσεται, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἂν συζῇ τῷ μοιχῷ ἐπιτετιμημένη ὀφείλει εἶναι, κἂν τὰ ιε' ἔτη τῶν ἐπιτιμίων τῆς μοιχείας ἐπεραιώθησαν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὰ ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ διδόμενα ἐπιτίμια δοκοῦσι δουλεύειν, καὶ λαμβάνειν συγχώρησιν οἱ ἀφιστάμενοι τοῦ κακοῦ. Οἱ δὲ ἐπιμένοντες τῷ κακῷ ἐπὶ τὸ αὐτό εἰσιν ἐπιτίμιοι, κἂν μυριάκις τούτῳ δουλεύσωσιν. Οὕτω θεμάτισον τὸν κανόνα· καὶ μὴ εἴπῃς πᾶσαν γυναῖκα συζῶσαν τῷ μοιχῷ μοιχαλίδα εἶναι. Ἡ γὰρ νόμιμος γυνὴ αὐτοῦ ἀνεύθυνός ἐστι τούτῳ συνδιάγουσα, καὶ ἄλλη πᾶσα χωρὶς τῆς μοιχαλίδος. Καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος ταῦτα διορίζεται· ὁ δὲ πολιτικὸς οὐ παραχωρεῖ τὴν μοιχαλίδα ὅπως δήποτε συζευχθῆναι τῷ μοιχῷ· φησί.

γὰρ τὸ ξς' κεφάλ., τοῦ λζ' τίτλου, τοῦ ξ' βιβλίου· Ἡ ἅπαξ ἁμαρτήσασα μοιχείαν, ἐὰν μετὰ ταῦτα γένηται γαμετὴ τοῦ μοιχεύσαντος αὐτὴν, οὐ σβέννυται τῷ προσχήματι τοῦ γάμου τοῦ κατὰ τὴν μοιχείαν γενομένου· καὶ τὸ ιγ' κεφάλ. τοῦ μβ' τίτλου· Ἐὰν ἐπὶ μοιχείᾳ γυναικὸς καταδικασθεὶς ἀγάγωμαι αὐτὴν, εἰ καὶ μὴ αὐτὴ καταδικασθῇ, οὔτε ὁ γάμος ῥᾴδιός ἐστι· ἀλλ' εἰ καὶ κληρονόμον αὐτὴν γράψω, ἡ ἐμὲ αὐτὴ, δημεύεται ἡ κληρονομία. Οὐδὲ στρατιωτικῶς τις διαθέμενος δύναται κληρονόμον γράψαι τὴν ἀπὸ φθορᾶς γαμηθεῖσαν, καὶ σύγκοιτον αὐτοῦ γενομένην· ἀλλὰ τοιούτου τινὸς συμβαίνοντος, χώρα τῷ δημοσίῳ. Κατὰ τρίτον θέμα τοῦ δεκάτου κεφ. τοῦ ε' τίτλου, τοῦ κη' βιβλίου, ὁ ἐπὶ μοιχείαν γυναικὸς κατηγορηθεὶς οὐ δύναται ταύτην γαμετὴν ἀγαγέσθαι.

A Dicit enim cap. 66, tit. 37, lib. LX: Quæ semel adulterium commisit, si ejus, qui eam adulterata est, postea uxor fuerit, non extinguitur prætextu matrimonii, quod post adulterium factum est. Et cap. 13, tit. 42 ejusdem libri: Si propter uxoris adulterium condemnatus ipsam duxero, etiamsi ipsa non est condemnata, non est validum matrimonium: sed etsi ipsam hæredem scripsero, vel ipse me, publicatur hæreditas. Nec quis militariter testans potest eam hæredem scribere, quæ ex stupro est ducta et ei fuit concubina: sed si tale quid contingat, locus datur publico. Et juxta thema 5, cap. 10, tit. 5, lib. XXVIII. Qui propter adulterium uxoris accusatus est, non potest eam uxorem ducere.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ μή τις ἀποσταίη τῆς ἁμαρτίας, μετανοεῖν οὐ πιστεύεται, οὔτε δέχεται εἰς μετάνοιαν. Μετάνοια γάρ ἐστι τὸ μεταμέλεσθαι τὸν ἁμαρτήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτε, καὶ δάκνεσθαι ἐπ' αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ οὔτε μεταμέλεσθαι, οὔτε δάκνεσθαι πιστεύεται, ἀλλὰ ἥδεσθαι ταύτῃ. Ἡ οὖν τῷ μοιχῷ ἀκολουθήσασα καὶ συμβιοῦσα αὐτῷ, πάντα τὸν χρόνον τῆς συμβιώσεως μοιχαλίς ἐστι, ἔτι πράττουσα τὸ κακὸν, καὶ εἰς μετάνοιαν οὐ δεχθήσεται.

B ZONAR. Nisi quis a peccato desistat, illum pœnitere haud credibile est, neque ad pœnitentiam admittitur. Est enim pœnitentia, cum eum, qui deliquit, admissi criminis pœnitet, atque ob illud angitur. Qui vero in peccato perseverat, nec eum pœnitere peccati, nec ob 98 id angi credimus, sed ex illo potius capere voluptatem. Quæ igitur adulterum secuta est, et cum eo vitam agit, toto tempore, quo cum eo degit, adultera est, cum in pravitate adhuc persistat, neque ad pœnitentiam admittitur.

ΑΡΙΣΤ. Ἡ συζῶσα μοιχῷ διὰ βίου μοιχεύεται.

ARIST. Quæ una cum adultero vivit, per vitam mœchatur.

Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἀπρόσδεκτός ἐστιν ἡ τοιαύτη τῇ ἐκκλησίᾳ· μετὰ γὰρ τὸ παυθῆναι τῆς ἁμαρτίας, τότε γίνεται ἐν ἐπιτιμίοις, καὶ διορθοῦται τὸ πταῖσμα αὐτῆς· ἐὰν δὲ ἐπιμένῃ τῇ μοιχείᾳ, ἀδιόρθωτός ἐστι, καὶ ἀπρόσδεκτος.

C Idcirco itaque et talis in Ecclesiam non est admittenda. Postquam enim a peccato cessaverit, tunc pœnas dat, et lapsum suum emendat. Si autem in adulterio persistat, inemendabilis est et non recipienda.

ΚΑΝΩΝ Μ'.

Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐκδοῦσα ἐπόρνευσεν· ἡ δὲ μετὰ ταῦτα πεπαῤῥησιασμένῳ γάμῳ χρησαμένη, ἐγήματο. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν πορνεία, τοῦτο δὲ γάμος. Αἱ γὰρ συνθῆκαι τῶν ὑπεξουσίων οὐδὲν ἔχουσι βέβαιον.

CANON XL.

Quæ præter domini sententiam se viro tradidit, fornicata est: quæ autem postea libero matrimonio usa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero matrimonium est. Eorum enim, qui sunt in alterius potestate, pacta conventa firmi nihil habent.

ΒΑΛΣ. Δούλη συνήφθη γαμικῶς ἀνδρί τινι ἐλευθέρῳ παρὰ γνώμην τοῦ οἰκείου δεσπότου. Καιροῦ δέ τινος παρελθόντος, ἡ ἐλευθερίας ἀξιωθεῖσα τὸν μετὰ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς γάμον πεπαῤῥησιασμένον ἐποιήσατο, ἢ καὶ ὁ κύριος αὐτῆς ἐπὶ τῷ γενομένῳ πρότερον ἀνυποστάτῳ γάμῳ συνῆνεσεν. Ἠρωτήθη γοῦν ὁ ἅγιος εἰ ἀκόλαστόν ἐστι τὸ γεγονὸς συνοικέσιον, καὶ εἶπεν ὡς, ἐπεὶ αἱ συναινέσεις τῶν ὑπεξουσίων ἀβέβαιοι καὶ ἀνυπόστατοί εἰσι, κἀντεῦθεν οὐ συνίστη γάμος ἔννομος ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας· κἂν μετὰ ταῦτα συναίνεσις παρηκολούθησε τοῦ δεσπότου, ἡ αὐτὴ ἡ δούλη ἐλευθερωθεῖσα τῷ προτέρῳ γάμῳ ἐστοίχησεν, οὐ λογίζεται τὸ γεγονὸς καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἔννομον διὰ τὴν μετὰ ταῦτα συναίνεσιν, κατὰ τὸν νόμον λέγοντα, *Τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀβέβαια*, ἐκτῶν μετὰ ταῦτα συμβαινόντων οὐ βεβαιοῦνται. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνυποστάτων χώραν οὐκ ἔχει. Διά τοι τοῦτο χάριν μὲν τοῦ προτέρου κακοῦ ἐπιτίμια πορνείας τούτοις ἐπιφορτισθήσονται· ἡ δὲ μετὰ ταῦτα συμβίωσις ἔσται ἀνεπιτίμητος. Καὶ ταῦτα μὲν ὅταν ἀνυπό-

BALS. Ancilla quædam cuidam viro libero matrimonialiter conjuncta erat præter mentem sui domini. Cum autem aliquantum temporis processisset, vel libertate donata, quod cum priore viro contraxerat liberum habuit matrimonium, vel etiam ejus dominus prius facto, quod non consistebat, matrimonio consensit. Interrogatus ergo sanctus, an quod inter eos factum est matrimonium castigari non debeat, dixit; quod quoniam eorum qui sunt in potestate consensus infirmi sunt et non possunt consistere, ideo non constitutum est legitimum matrimonium tempore servitutis: et si domini consensus postea secutus fuerit, vel eadem ancilla manumissa ad prius matrimonium se contulerit, non videtur quod factum est etiam ab ipso legitimum propter sequentem consensum, secundum legem quæ dicit: *Quæ ab initio sunt infirma* ex iis quæ postea eveniunt non confirmantur. Hoc enim locum non habet in iis quæ non consistunt. Et ideo pro priori quidem malo fornicationis pœnæ eis impo-

nentur: posterior autem convictus pœna carebit. Et hæc quidem quando ancillæ matrimonium, quod consistere non potest, fuerit confirmatum, vel post ejus libertatem, vel post manifestum domini consensum, quem etiam tacita libertas necessario consequitur. Quid autem? ancilla, quæ vere matrimonio conjuncta est domino sciente et non contradicente, ut fornicatrix reputabitur, eo quod dominus non consenserit, annon? Sol. cap. 47, tit. 4, lib. XXVIII hæc dicit expresse. Si quis ancillam suam nuptum locavit, qui autem liber est, et locanti fide data, eam accepit, et forte etiam dotalibus confectis instrumentis, vel non confectis quidem, sed ejus tamen voluntate rem tractavit, non justum fuerit tales non confirmare nuptias, sed etiam tacitam libertatem, sive viro, sive mulieri convenire; et cum tale quid a domino factum sit, eum eamque decernimus ad ingenuitatem arripi, remque tanquam in liberis et ingenuis judicari. Si autem ipse quidem alterutrius personæ dominus matrimonium non constituerit, cum vero sciret quod fiebat de industria celavit, ut adversus conjunctorum alterutrum negotium postea consarcinaret, ejusmodi quidem malefactum, siquidem clare ostensum fuerit, primus, et eis qui tam improbum consilium ceperunt, dominium auferimus, et hoc sit rursus quoque matrimonium, proinde ac si is consensisset ab initio qui possidebat. At ille quidem a dominio excidat: rursus autem servus ad ingenuitatem rapiatur. Cum hoc itaque evenit, vel si consensit, vel si improbe gessit dominus, clarum est, quod qui ex his matrimoniis nati sunt, erunt ex hac nostra lege liberi et ingenui. Et quoniam ex hoc apparet, ad libertatem arripi ancillam, quæ cum domini tolerantia nupsit libero, qui conjuncti sunt nulla pœna 99 affecti conservabuntur. Quod enim ad veterem legem attinet, quæ matrimonium solo consensu fieri decernit, ejusmodi quoque peractum est matrimonium per tacitum domini consensum. Si quis autem dixerit, quod cum non facta sit benedictio, ut hodie observatur, ii pœnas non effugient, etiamsi matrimonio conjuncti sint, domino videente et patiente, audiet quod, quantum attinet ad pœnarum rationem, magis consideratur affectio, quam Novellarum constitutionum summum jus.

ZONAR. Si ancilla seipsam viro tradiderit præter domini voluntatem, fornicatur. Cum enim sub alterius sit potestate, conventa, id est, pactiones ineundi facultatem non habet. Infirmæ siquidem ac irritæ sunt. Quod si postea, postquam scilicet fornicata fuit, donata libertate, aut domino ipsius permittente, matrimonio libero, hoc est, manifesto palam est usa, jam instar legitimæ uxoris, non fornicariæ mulieris, existimabitur.

ARIST. Ancilla quæ se viro tradit, fornicatur: matrimonio vero jungitur, si cum domini consensu id facit. Quæ enim ab iis fiunt qui alienæ potestati subjiciuntur, invalida sunt.

στατος γάμος τῆς δούλης στηριχθῇ ἢ μετὰ ἐλευθερίαν αὐτῆς, ἢ μετὰ φανερὰν συναίνεσιν τοῦ δεσπότου, ἣ καὶ ἐλευθερία σιωπηρὰ ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ. Τί δέ; ἡ γαμικῶς συναφθεῖσα δούλη μετὰ ἐλῃθείας τοῦ δεσπότου εἰδότος καὶ μὴ ἀντιλέγοντος, ὡς πορνεύουσα λογισθήσεται διὰ τὸ μὴ συναινέσαι τὸν δεσπότην, ἢ μή; Λύσις. Τὸ μζ' κεφ., τοῦ δ' τίτλου, τοῦ κη' βιβλίου, φησὶ ταῦτα ῥητῶς· Εἴ τις ἐξέδωκε τὴν ἑαυτοῦ θεράπαιναν, ὁ δὲ ἐλεύθερος ὢν καὶ πιστεύσας τῷ διδόντι αὐτὴν ἔλαβεν, ἆρα; καὶ προικῴων γενομένων συμβολαίων, ἢ μηδὲ γενομένων μὲν, τῆς δὲ ἑαυτοῦ γνώμης τὸ πρᾶγμα διοικησαμένης, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον τὸν τοιοῦτον μὴ συνιστάναι γάμον, ἀλλὰ σιωπηρὰν ἐλευθερίαν ἀκολουθεῖν εἴτε τῷ ἀνδρὶ εἴτε τῇ γυναικί· καὶ τοιούτου τινὸς παρὰ τοῦ δεσπότου γενομένου, θεσπίζομεν ἁρπάζεσθαί τε καὶ τὸν τοιοῦτον καὶ τὴν τοιαύτην εἰς εὐγένειαν, καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς ἐπὶ ἐλευθέροις τε καὶ εὐγενέσι κρίνεσθαι. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν οὐ συναρμόσειε τὸν γάμον ὁ θατέρου τῶν προσώπων δεσπότης, εἰδείη δὲ τὸ γενόμενον, καὶ ἐξεπίτηδες ἀποκρύπτει, ἵνα ὕστερον πρᾶγμα ῥᾴθυμα τῶν συναφθέντων θατέρῳ, τιμωρούμεθα τὴν τοιαύτην, εἴγε σαφῶς ἀποδειχθείη, κακουργίαν, καὶ ἀφαιρούμεθα τὴν δεσποτείαν τῶν οὕτω πονηρῶς βεβουλευμένων, καὶ ἔστω πάλιν καὶ τοῦτο γάμος, ὥσπερ ἂν εἰ συνῄνεσεν ὁ κεκτημένος τὴν ἀρχήν. Καὶ ὁ μὲν ἐκπιπτέτω τῆς δεσποτείας, αὖθις δὲ εἰς εὐγένειαν ἁρπαζέσθω τὸ δοῦλον πρόσωπον. Τοιούτου συμβαίνοντος ἀποτελέσματος, ἢ εἴπερ ἐκακούργησεν ὁ κεκτημένος, πρόδηλον ὃν ὡς καὶ οἱ τεχθέντες ἐκ τῶν τοιούτων γάμων ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς κατὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον ἔσονται. Καὶ ἐπεὶ ἐκ τούτου παρίσταται εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι τὴν μετὰ ἀνοχῆς τοῦ δεσπότου τῷ ἐλευθέρῳ γαμηθεῖσαν δούλην, ἀνεπιτίμητοι οἱ οὕτω συναφθέντες συντηρηθήσονται. Ὅσον γὰρ κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον τὸν διορίζόμενον τὸν γάμον συνίστασθαι συναινέσει μόνῃ, καὶ τὸ τοιοῦτον συνοικέσιον πεπεράτωται διὰ τῆς σιωπηρᾶς συναινέσεως τοῦ δεσπότου. Εἰ δέ τις εἴπῃ ὡς ἱεραλογίας μὴ γενομένης κατὰ τὸ σήμερον κρατοῦν, οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἐκφεύξονται τὰ ἐπιτίμια, κἂν γαμικῶς συνήφθησαν τοῦ δεσπότου ὁρῶντος καὶ ἀνεχομένου· ἀκούει ὅτι εἰς τὸν λόγον τῶν ἐπιτιμίων ἡ διάθεσις μᾶλλον σκοπεῖται, καὶ οὐχὶ ἡ ἀκρίβεια τῶν Νεαρῶν διαταγμάτων.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν δούλη ἐκδῷ ἑαυτὴν ἀνδρὶ ὑπὸ τὸ θέλημα τοῦ δεσπότου αὐτῆς, πορνεύει. Ὑφ' ἑτέρου γὰρ οὖσα ἐξουσίαν οὐ δύναται συνθήκας, ἤγουν συμφωνίας ποιεῖν. Ἀβέβαιοι γάρ εἰσι καὶ ἀνίσχυροι. Εἰ δὲ μετὰ ταῦτα, μετὰ τὸ πορνεῦσαι δηλαδή, ἐλευθερωθεῖσα, ἢ παραχωρήσαντος τοῦ Κυρίου αὐτῆς, πεπαῤῥησιασμένῳ, ἀντὶ τοῦ, φανερῷ χρήσεται γάμῳ, ὡς γημαμένη λογισθήσεται τότε, καὶ οὐχὶ πόρνη.

ΑΡΙΣΤ. Ἑαυτὴν ἀνδρὶ ἐκδοῦσα δούλη, πορνεύει· συνάπτεται δὲ, εἰ μετὰ γνώμης δεσπότου· τὰ γὰρ τῶν ὑποξουσίων ἀβέβαια.

Ἐὰν οἱ ὑπεξούσιοι παῖδες παρὰ γνώμην τῶν γονέων αὐτῶν συναλλάττειν γάμον οὐ δύνανται, πολλῷ μᾶλλον οἱ οἰκέται. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἡ δούλη ἡ ἐκδιδοῦσα ἑαυτὴν ἀνδρὶ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου, ὡς πόρνη ἐπιτιμηθήσεται· εἰ δὲ μετὰ ταῦτα κατὰ γνώμην τοῦ δεσπότου συναφθῇ αὐτῷ, νομίμως ἐγήματο.

A Si pueri sub potestate præter parentum suorum sententiam matrimonium contrahere non possunt, multo magis servi. Propterea itaque et ancilla quæ præter domini sui sententiam se viro dedit, ut fornicatrix pœnas luet. Si autem postea cum domini voluntate ei conjungatur, legitime nupsit.

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

CANON XLI.

Ἡ ἐν τῇ χηρείᾳ ἐξουσίαν ἔχουσα ἑαυτῆς συνοικεῖν ἀνέγκλητος, εἰ μηδείς ἐστιν ὁ διασπῶν τὸ συνοικέσιον, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος, *Ἐὰν ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλεύθερός ἐστιν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ*.

Quæ in viduitate habet sui potestatem, et viro cohabitat, ab omni accusatione est libera, si nemo est qui conjugium divellat; cum dicat Apostolus, *Si mortuus sit maritus, libera est, ut nubat cui velit, tantum in Domino* [1].

Γυνή τις χηρεύουσα ἤθελεν ἑτέρῳ συζευχθῆναι ἀνδρί, καὶ οὐ παρεχωρεῖτο, ἢ καὶ συζευχθεῖσα ἐπετιμᾶτο. Ἠρωτήθη οὖν περὶ τούτου ὁ ἅγιος καὶ ἀπεφήνατο ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ἡ χήρα ἑτέρῳ συναφθῆναι ἀνδρί, ἐὰν τίως αὐτεξούσια ἐστί. Τοῦτο δὲ κρατήσει εἰς μόνην δευτερογαμίαν· τριγαμίαν γὰρ ὁ ἅγιος οὐ παρεχωρεῖ. Ὥστε καλῶς ἡ γυνὴ ἡ χηρεύουσα ἂν δευτερογαμήσῃ, καὶ δευτερογαμήσασα οὐκ ἐπιτιμηθήσεται· εἴπερ οὐκ ἔστιν ὑπεξουσία· ἐὰν γάρ ἐστιν ὑπεξουσία, ἐπεὶ ὄξχων ταύτην ὑπεξουσίαν δύναται διασπᾶσαι τὸν γάμον, ἐπιτιμηθήσεται καὶ αὕτη ὡς πορνεύσασα. Πλὴν καὶ αἱ γυναῖκες δευτερογαμοῦσαι τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν δευτερογαμούντων ὑπόκεινται, καθὼς πολλάκις εἴπομεν. Ἀκούων δὲ τοῦ ἁγίου λέγοντος ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὴν χήραν ᾧ θέλει γαμεῖσθαι, μὴ εἴπῃς δύνασθαι αὐτὴν ἀσεβεῖ ἢ ἑτέρῳ τινὶ ἀναξίῳ τοῦ γένους αὐτῆς συνάπτεσθαι· ἀλλ' εἰπὲ ὀφείλειν αὐτὴν κατὰ κανόνας καὶ νόμους δευτέρῳ ἀνδρὶ γαμεῖσθαι. Φησὶ γὰρ τὸ α' κεφ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου· Γάμος ἐστὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια καὶ συγκλήρωσις τοῦ βίου παντὸς, θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου κοινωνία. Καὶ ὁ λα' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ὁ οβ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κωλύουσι τοὺς ὀρθοδόξους μετὰ αἱρετικῶν συνάπτεσθαι, καὶ τὸ β' θέμα τοῦ ζ' κεφ. τοῦ ε' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου φησίν· Οὐκ ἔρρωται ὁ γάμος τῆς θυγατέρος ἢ ἐγγόνης τοῦ ἀξιωματικοῦ πρὸς ἀπελεύθερον ἢ σκηνικὸν, ἢ σκηνικοῦ υἱὸν ἢ σκηνικῆς. Ὁ δὲ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς διαφόρων συνοικέσια εὐγενῶν συναφθεισῶν ἀνδράσιν εὐγενέσι διέσπασε, καὶ τοὺς συναφθέντας μεγάλως ἐκόλασεν. Οἷόν τι πεποίηκε καὶ εἰς τὸν βασιλικὸν γραμματικὸν, κύριον Θεόδωρον τὸν Μασαρίτην, τοῦ σεβαστοῦ τοῦ Βρυεννίου τὴν θυγατέρα χωρὶς εἰδήσεως βασιλικῆς εἰς γυναῖκα λαβόντα. Τὸ μέντοι τῷ κανόνι προσκείμενον, καὶ λέγον, μόνον ἐν Κυρίῳ, προστέθη διὰ τοὺς ἀπίστους. Ἐν Κυρίῳ γὰρ συναλλάττει γάμον ἡ μετὰ ὀρθοδόξου, οὐ μὴν μετὰ αἱρετικοῦ συναφθεῖσα.

BALS. Mulier quædam vidua volebat alii viro matrimonio conjungi: et non ei permittebatur, vel etiam conjuncta punichatur. Sanctus ergo de eo interrogatus est, et respondit, quod est in viduæ potestate ut alii viro conjungatur, si tunc est sui juris. Hoc autem in sola digamia servabitur: neque enim sanctus trigamiam permittit. Recte itaque mulier vidua secundo nubet, et cum secundo nupserit non punietur, si quidem non est sub potestate sed si sit sub potestate parentis constituta, quoniam qui eam habet in potestate potest matrimonium dissolvere, ipsa quoque, ut quæ sit fornicata, punietur. Sed et mulieres, quæ secundo nubunt, digamorum supplicio subjiciuntur, ut sæpe diximus. Cum autem audis sanctum dicentem esse in potestate viduæ nubere cui velit, ne dixeris eam posse impio, vel alicui alii suo genere indigno conjungi. Sed dic eam debere secundum leges et canones secundo viro nubere. Dicit enim primum cap. tit. 4 lib. XXVIII: Matrimonium est viri et mulieris conjunctio, et totius vitæ consuetudo, divinarum et humanarum rerum societas. Et syn. Laodicenæ canon 31, et can. 72 syn. in Trullo, prohibent orthodoxos cum hæreticis conjungi, et thema 2, cap. 7 tit. 5, lib. XXVIII dicit: Non est validum matrimonium filiæ vel neptis viri senatorii cum liberto vel scenico, vel scenici aut scenicæ filio. Potens autem et sanctus noster imperator, cum nobilium aliquot mulierum, cum viris ignobilibus contracta essent matrimonia, ea separavit, et conjunctos valde punivit. Quemadmodum etiam fecit et in regium grammaticum dominum Theodorum Mesaritem qui Augusti Brienni 100 filiam, absque imperatoris scientia in uxorem acceperat. Quod autem adjicitur canoni, et dicit, Solum in Domino, adjectum est propter infideles. In Domino enim matrimonium contrahit, quæ cum orthodoxo, non cum hæretico matrimonium contrahit.

ΖΩΝΑΡ. Χηρεύουσα γυνὴ καὶ μὴ οὖσα ὑπεξουσία γονεῦσιν, ὥστε χρῄζειν τῆς ἐκείνων συναινέσεως ἐπὶ τῷ γάμῳ, ἀνέγκλητός ἐστι δεύτερον συναλλάξασα γάμον, εἰ μηδείς ἐστιν ὁ διασπῶν τὸ συνοικέσιον, τουτέστιν, εἰ μή τινές εἰσιν ὑπεξουσίαν αὐτὴν ἔχοντες, ἤτοι πατὴρ, ἢ πάππος, οἳ καὶ διασπᾷν δύνανται τὴν διὰ τοῦ γάμου συνάφειαν, μὴ συναινέσαντες ἐπ'

ZONAR. Mulier quæ vidua est, nec parentum potestati subjecta, ut illorum consensu ad nuptias contrahendas indigeat, absque ulla noxa secundis nuptiis illigari potest, si nemo sit qui conjugium dissolvat, hoc est, si nulli sint, qui illam suæ obnoxiam potestati habeant, pater nimirum, aut avus, quibus etiam dirimere matrimonii societatem datum

[1] I Cor. VII. 39.

est, nisi in illud consenserint. Subjicit deinde vir sanctus depromptum ex apostolicis verbis testimonium.

ARIST. Crimine vacat vidua quæ virum accipit.

Vidua sui est potestatis, mortuo ipsius viro; propterea si viro nupserit, accusationi non est obnoxia, modo in Domino, juxta Apostolum.

CANON XLII.

Quæ sine iis, qui habent potestatem, fiunt matrimonia, sunt fornicationes. Vivente ergo patre, vel domino, ii qui conveniunt non sunt ab accusatione liberi, donec conjugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem conjugium.

BALS. Hic canon veluti summa quædam est duorum proxime præcedentium canonum. Dicit enim, quod si filia familias vel ancilla matrimonium cum aliquo contraxerunt, sine voluntate eorum qui ipsas habent in potestate, hoc existimatur fornicatio, utpote quod non possit consistere. Quare et tanquam fornicatores punientur, et matrimonium, tanquam quod non possit consistere, solvetur. Sin autem ii, qui in eos habent potestatem, annuerint, hoc est, admiserint et voluerint matrimonium, tunc firmum reputabitur. Quæ autem de eorum qui sunt in potestate et dominorum consensu dicuntur, interpretabere secundum canones proxime interpretatos.

ZONAR. Hic canon veluti summa quædam est duorum proxime præcedentium canonum. Ait namque, si filia vel serva aliorum potestati obnoxia cum aliquo matrimonium inierint, absque dominorum, hoc est eorum, quorum sub potestate sunt consensu, id pro fornicatione haberi, neque iis, qui hoc pacto copulati fuerint, impune esse oportere. Punientur siquidem ipsi, matrimoniumque dissolvetur. Quod si ii, quorum sub potestate sunt, annuerint, hoc est, approbarint ac voluerint nuptias tunc ratæ firmæque habebuntur.

ARIST. Qui aliis subsunt, filius, et servus, sine dominis matrimonium contrahentes, culpæ obnoxii sunt.

CANON XLIII.

Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida, sive prior percussit, sive ultus est.

BALS. Percussit quispiam aliquem, et interfecit, et cum juberetur reddere rationem cur interfecisset, dicebat: Ego non fui causa cædis, sed is qui occisus est, ut qui pugnæ initium fecit, et me prior percussit. Sanctus ergo de eo interrogatus, respondit, Homicida est qui quomodocunque hominem interfecit: sive primo loco eum, qui interfectus est, percussit, sive eum ulciscens, ut qui prior percussisset, vulnus ei intulit. Et canon quidem in his consistit. Interrogaverit autem quispiam, cum lex dicat in sexagesimo libro tit. 39 cap. 1, themate ultimo: Impune quis illum interficiet, qui vel ipsum, vel suos cogit ad petulantiam; et in titulo 17 ejusdem libri: **101** Vim vi licet repellere et arma armis: quomodo dicit canon eum, qui se defensu-

αὐτῷ. Ἐπιφέρει δὲ ὁ ἅγιος μαρτυρίαν ἐξ ἀποστολικῶν ῥημάτων.

ΑΡΙΣΤ. Ἀνέγκλητος ἡ χήρα λαμβάνει.

Αὐτεξουσία ἐστὶν ἡ χήρα, τελευτῶντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· διὰ τοῦτο, εἰ λάβῃ ἄνδρα, ἀνέγκλητός ἐστι, μόνον ἐν Κυρίῳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

ΚΑΝΩΝ ΜΒ'.

Οἱ ἄνευ τῶν κρατούντων γάμοι πορνεῖαί εἰσιν. Οὔτε οὖν πατέρος ζῶντος οὔτε δεσπότου οἱ συνιόντες ἀνεύθυνοί εἰσιν, ἐὰν μὴ ἐπινεύσωσιν οἱ κύριοι τὴν συνοίκησιν. Τότε γὰρ λαμβάνει τὸ τοῦ γάμου βέβαιον.

ΒΑΛΣ. Ὁ κανὼν οὗτος ἀνακεφαλαίωσίς ἐστι τῶν προσχῶν κανόνων. Φησὶ γὰρ ὡς, ἐὰν ὑπεξουσία θυγάτηρ ἢ δούλη γάμον πρός τινα συναλλάξωσιν ἄνευ γνώμης τῶν κρατούντων, ἤγουν τῶν ὑπεξουσιαζόντων αὐτῶν, πορνεία λογίζεται τὸ τοιοῦτον, ὡς ἀνυπόστατος γινόμενον. Διὸ καὶ ὡς πορνεύοντες ἐπιτιμηθήσονται, καὶ ὁ γάμος ὡς ἀνυπόστατος λυθήσεται. Εἰ δὲ ἐπινεύσουσιν οἱ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ἔχοντες, ἤτοι τοῦ, εἰ δέξονται καὶ θελήσουσι τὸν γάμον, τότε λογίζεται βέβαιος. Τὰ δὲ περὶ τῆς συναινέσεως τῶν ὑπεξουσίων καὶ τῶν δεσποτῶν ἑρμήνευσον κατὰ τοὺς προσχῶς ἑρμηνευθέντας κανόνας.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ κανὼν οὗτος ἀνακεφαλαίωσίς ἐστι τῶν προσχῶν αὐτοῦ δύο κανόνων. Φησὶ γάρ ὅτι, ἐὰν ὑπεξουσία θυγάτηρ ἢ δούλη γάμον πρός τινα συναλλάξωσιν ἄνευ γνώμης τῶν κρατούντων, ἤγουν τῶν ἐξουσιαζόντων αὐτῶν, πορνεία λογίζεται τὸ τοιοῦτο, καὶ οὐκ εἰσὶν ἀνεύθυνοι οἱ οὕτω συναφθέντες. Ἐπιτιμηθήσονται γάρ, καὶ ὁ γάμος λυθήσεται. Εἰ δὲ ἐπινεύσουσιν οἱ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ἔχοντες, ἤτοι τοῦ, εἰ δέξονται καὶ θελήσουσι τὸν γάμον, τότε λογίζεται βέβαιος.

ΑΡΙΣΤ. Οἱ ὑπεξούσιοι, υἱὸς καὶ δοῦλος, δίχα τῶν κυρίων ζευγνύμενοι, οὐκ ἀνεύθυνοι.

ΚΑΝΩΝ ΜΓ'.

Ὃς θανάτου πληγὴν τῷ πλησίον δέδωκε, φονεύς ἐστιν, εἴτε ἦρξε τῆς πληγῆς, εἴτε ἠμύνατο.

ΒΑΛΣ. Τίς ἔπληξε καὶ ἐφόνευσέ τινα, καὶ ἀπαιτούμενος λόγους δοῦναι χάριν τοῦ φόνου, ἔλεγεν ὅτι Οὐκ ἐγὼ αἴτιος γέγονα τῆς πληγῆς, ἀλλ' ὁ φονευθείς, ὡς πεποιηκὼς τὴν ἀρχὴν τῆς διαμάχης, καὶ προλήξας με. Ἐρωτηθεὶς οὖν περὶ τούτου ὁ ἅγιος, εἶπεν ὅτι Φονεύς ἐστιν ὁ ὁπωσδήποτε φονεύσας ἄνθρωπον, εἴτε πρώτως ἔπληξε τὸν φονευθέντα, εἴτε ἀμυνόμενος τοῦτον, ὡς πλήξαντα πρότερον αὐτόν, ἐπήγαγε τὴν πληγήν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. Ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ νόμου λέγοντος ἐν βιβλίῳ ξ', τίτλ. ιθ', κεφαλ. α', θέματι τελευταίῳ· Ἀνεύθυνος τις φονεύσει τὸν βιαζόμενον αὐτὸν ἢ τοὺς αὐτοῦ πρὸς ἀσέλγειαν· καὶ ἐν τίτλῳ ιζ' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου· Ἔξεστι βίᾳ τὴν βίαν ἐξωθεῖν, καὶ ὅπλα ὅπλοις, πῶς ὁ κανὼν φησι τὸν ἐξ ἀμύνης πλήξαντα καὶ φονεύ-

σαντα κολάζεσθαι ὡς φονέα; Αὐστις. Τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐπιτίμια οὐκ εἰσὶ κολαστικά, ἀλλὰ ἁγιαστικὰ καὶ ἰατρευτικά. Διὸ καὶ διορίζεται ὁ κανὼν τὸν κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ ἐμπεσόντα ὁπωσδήποτε εἰς φόνον, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν πολέμῳ φονεύοντας, θεραπεύεσθαι κατὰ ψυχήν· κἂν ὁ μὲν μεγαλωτέρας χρήσαι θεραπείας, ὡς φονεύων ἑκουσίως, ὁ δὲ μικροτέρας, ὡς φονεύων ἀκουσίως, ἢ ἐξ ἀμύνης, ἢ ἐν πολέμῳ. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος κολάζει, οὐ θεραπεύει. Ὅθεν τὸν μὲν ἔχοντα διάθεσιν εἰς τὸ φονεῦσαι τιμωρεῖ ὡς φονέα, κἂν δὲ ἀκουσίως φονεύοντα οὐ τιμωρεῖ καὶ τὸν φονεύσαντα τὸν βιαζόμενον αὐτὸν ἀτιμώρητον συντηρεῖ, ὡς μὴ ἐκτὸς ὤν, ἀλλ' ἐξ αἰτίας τοῦ φονευθέντος εἰς τὸ φονεῦσαι κατεπειχθέντα. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὁ φονεύσας ἐξ ἀμύνης κατὰ τὸν πολιτικὸν νόμον νῦν συντηρηθήσεται ἀκόλαστος, ὅταν ἐφόνευσε τὸν πληγὴν θανατηφόρον ἐπενεγκόντα αὐτῷ, ἢ βίαν ὁμοίαν, ὃ μὴν καὶ τὸν ἐλαφρὰν καὶ ἰάσιμον πληγὴν ἐπενεγκόντα αὐτῷ, ἢγουν μετρίαν βίαν, καὶ ᾗ ἐδύνατο χωρὶς φόνου διαφυγεῖν. Τηνικαῦτα γὰρ ὡς φονεὺς κολασθήσεται. Φησὶ γὰρ τὸ ιδ' κεφ. τοῦ λθ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου· Ὁ τὸν ἐπελθόντα φονεύσας ἐν ᾧ περὶ τῆς ζωῆς ἐκινδύνευεν, ἀνεύθυνός ἐστι φονεύειν. Καὶ κατὰ θέμα τοῦ αὐτοῦ τὸν λῃστὴν ἐπιόντα ἀκινδύνως ἔξεστι φονεύειν. Ἐγὼ δὲ εἶδον ἱερέα καθαιρεθέντα συνοδικῶς, ὅτι ἕτερον ἱερέα ἀναλαβόμενον παρὰ θέλησιν τούτου βιβλίον ἐκ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ κατέσχε, καὶ ἀναλάβετο ἐριστικῶς ἐκ τούτου τὸ εἰρεῖον βιβλίον, κἀντεῦθεν συνέβη τὸν ἀφαιρεθέντα τὸ βιβλίον ἱερέα λειποθυμῆσαι, καὶ αὐθωρὸν ἀποθανεῖν. Ἕτερος δὲ μοναχὸς καὶ ἱερεὺς ἀπὸ τῆς μονῆς τοῦ Στειρίου καθῃρέθη ὁμοίως, ὅτι μοναχόν τινα ὑβρίσαντα αὐτὸν ἀνθύβρισε πραχέως, καὶ συνέβη τὸν οὕτως ὑβρισθέντα, ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τὴν ὕβριν, στενάξαι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀπερεύξασθαι. Καὶ ἀρχιερεύς. Ἀγαρηνὸν φονεύσας κατ' αὐτοῦ ξίφος ἀνατείναντα ἐν καιρῷ πολέμου, καθῃρέθη ὁμοίως.

ZONAR. Ὁ πλήξας τινὰ καιρίως, ὥστε ἐκ τῆς πληγῆς ἐκείνης τὸν πληγέντα θανεῖν, φονεύς ἐστι· καὶ οὐκ ἐξαιρεῖται αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος τὸ μὴ κατάρξασθαι, ἀλλὰ πληγῆναι πρότερον παρ' ἐκείνου, καὶ οὕτω πλῆξαι αὐτὸν, ἀμυνόμενον τὸν πλήξαντα.

ARIST. Ὁ πλήξας πρὸς θάνατον, καὶ ἀρχόμενος, καὶ ἀμυνόμενος, ἀνδροφόνος.

Ἐάν τις ἐν μάχῃ πληγὴν ἐπάγῃ τινὶ καιρίαν, θάνατον ἀπειλοῦσαν, κἂν πρῶτος ἤρξατο τῆς πληγῆς, κἂν ὑπ' ἐκείνου πληγεὶς, καὶ ἐκδικῶν ἑαυτὸν καιρίως ἀντέπληξε, φονεύς ἐστιν· εἴτε δὲ ἑκούσιοι καὶ ἀμφότεροι, εἴτε ἀκούσιοι, ἀπὸ τοῦ ὀργάνου τοῦ πλήξαντος κριθήσονται, καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ὧν παρέδωκε γνωρισμάτων ἐν τῷ ὀγδόῳ κανόνι.

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

Ἡ διάκονος ἡ τῷ Ἕλληνι συμπορνεύσασα οὐ δεκτή ἐστιν εἰς κοινωνίαν· εἰς δὲ τὴν προσφορὰν ἐλθέτω ἕτει τῷ ζ' ἔτει, δηλονότι ἐν ἁγνείᾳ ζῶσα. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πίστιν Ἕλλην πάλιν τῇ ἰσοσυλίᾳ προσιὼν ἐπὶ τὸν ἔμετον ἐπιστρέφει. Ἡμεῖς οὖν τὴν διακόνου

ries percussit et occidit, puniri ut homicidam? Sol. Pœnæ ecclesiasticæ non puniunt, sed sanctificant et medentur; et ideo decrevit canon, ut qui quomodocunque Dei permissione in cædem incident, et ipsi etiam qui in bello occiderunt, in anima medicinam accipiant: etsi hic quidem majore opus habet medicina, ut qui sponte interfecit, ille vero minore, ut qui non voluntarie, vel in sui defensione vel in bello. Lex autem civilis punit, non medetur. Unde etiam eum, qui habet affectum interficiendi, punit ut homicidam: eum vero, qui involuntarie interficit, non punit; et eum, qui vim illi inferentem peremit, impunitum conservat, ut qui non ex se, sed ab eo qui fuit interfectus ad occidendum impulsus est. Existimo autem, quod qui etiam in sui defensione occidit, tunc impune abibit, quando eum interfecit, qui vulnus illi mortale inflixit, vel vim similem: non autem eum, qui levem ac medicabilem illi plagam attulit sive vim modicam, quam etiam sine cæde effugere potuit. Tunc enim ut homicida punietur. Dicit enim caput 14, tit. 39, lib. LX: Qui eum interfecit, qui ita invadebat, ut in vitæ periculum adduceretur, non est reus homicidii. Et secundum ejus thema, latronem invadentem impune licet interficere. Ego autem vidi sacerdotem synodaliter depositum, quod alterum sacerdotem, qui præter ejus voluntatem librum ex ecclesia sua accipiebat, detinuit, et librum proprium e manu ejus contentiose recepit, et ex eo evenit, ut sacerdos, cui liber ablatus est, deliquium animi pateretur, et ipsa hora moreretur. Alius autem monachus et sacerdos ex Tyrii monasterio similiter est depositus, quod monachum quemdam, qui eum injuria affecerat, gravi vicissim injuria affecit, et accidit, ut qui sic injuria affectus est, simul ac injuriam audivit, gemeret et animam eructaret. Antistes quoque qui Agarenum belli tempore ensem in ipsum vibrantem interfecerat, similiter depositus est.

ZONAR. Qui alteri lethale vulnus inflixit, ex quo postea vulnere percussus exspiravit, homicida est: nec ex eo liberatur a crimine, quod non ipse verberandi initium fecerit, sed prior ab illo fuerit vulneratus, exindeque ipsum, dum sibimet illatum vulnus ulciscitur, vulneraverit.

ARIST. Qui ad mortem percussit, tam incessens, quam ulciscens, homicida est.

Si quis in pugna vulnus lethale cuipiam intulit, mortem minitans, licet primus vulnerare cœpit, aut ab eo percussus et sese ulciscens, lethaliter repercussit, homicida est. Num voluntarii autem ambo erant aut involuntarii, a percutientis instrumento judicabuntur, et ab aliis judiciis quæ in octavo canone tradidit.

CANON XLIV

Diaconissa, quæ una cum Græco fornicata est, non est ad communionem admittenda, ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet si in castitate vitam agat. Græcus autem, qui post fidem rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum

revertitur. Nos vero diaconissæ corpus, ut consecratum, non amplius in usu carnali esse permittimus.

τὸ σῶμα ὡς καθιερωμένον οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ.

BALS. Quomodo, et quænam mulier diaconissa fit, ex diversis canonibus didicisti. Diaconissa ergo mulier alicui Græco fornicatorie conjuncta, non solum est deposita, sed etiam segregata; et qui cum ea rem habuit Græcus, fidelis effectus, voluit eam uxorem accipere, tanquam qui per sanctum baptismum a Græca immunditia liberatus esset, et qui ei legitime conjungi non impediretur, quæ per priorem fornicationem diaconalem auctoritatem deposuisset, et esset veluti libera. Sanctus ergo de utrisque 102 fuit interrogatus, et respondit, quod diaconissa, quæ fornicata est, et propterea fuit deposita, non segregabitur, ita ut non in ecclesia versetur, sed ad orationem et stationem cum fidelibus admittetur. Dictum enim est tricesimo secundo ejus can. quod clerici, qui peccatum ad mortem peccant, solum deponuntur, non etiam segregantur. Non enim vindicabis bis in idipsum. Porro et diaconissa propter fornicationem deposita ab ecclesiastica synaxi non segregabitur. Illi enim pro quavis pœna sufficit depositio. Quia autem qui fornicantur triennio non sunt sanctorum mysteriorum participes, statuit sanctus ut ea magis puniretur, quod cum Græco rem habuerit, eaque esset post septennium sacramentorum particeps a fornicatione se prorsus continens. Græcum autem qui credidit, et eam, quæ aliquando fuit diaconissa habere quærit, sacrilegii condemnationi subjicit, si diaconissæ corpus, quod Deo semel est dedicatum, per coitum coinquinaverit: et eum adeo canem vocat, qui ad suum vomitum revertitur, hoc est ad priorem infidelitatem per nefarium coitum. Quamobrem eam, quæ semel Deo est dedicata, etiamsi fuerit deposita, nullo modo sinit alicui conjungi, quod sit corpus ejus consecratum, et servari debeat ab omni coitu, et omni usu carnali juxta universalem regulam quæ dicit, Quod sanctum est non fit pollutum. Nota ergo hæc propter clericos et monachos, qui transformant et mutant habitum, imo et monachas etiam, et ascetrias volentes legitimis uxoribus aut viris conjungi. Existimo autem eas ab hoc canone recte secundo nubere prohibendas, nec sacerdotum uxores, sicut nec qui sunt sacrati sacerdotium recusantes, permittentur vivere ut laici, et secundo matrimonium contrahere: sacerdotum enim uxores, unum corpus et una caro sacerdotalis, per legitimam sacerdotii conjunctionem appellatæ, et ea de causa veluti consecratæ, non profanabuntur per secundas nuptias. Sacerdotes autem, qui semel secundas nuptias, eo quod Deo sunt consecrati, rejecerunt, et Deo hoc utique professi sunt, non sinentur per carnalem cupiditatem sacerdotalem dignitatem repudiare, et quam Deo fecerunt professionem infirmare, et carnali libidini servire: sed etiamsi semel sacerdotio renuntiaverint, corpora

ΒΑΛΣ. Ὅπως καὶ οἵα γυνὴ γίνεται διάκονος ἔμαθες ἀπὸ διαφόρων κανόνων. Διάκονος γοῦν γυνὴ πορνικῶς συμφθαρεῖσα Ἕλληνί τινι οὐ μόνον καθῃρέθη, ἀλλὰ καὶ ἀφωρίσθη· καὶ ὁ μετὰ ταύτης δὲ συμφθαρεὶς Ἕλλην, πιστὸς γενόμενος, ἤθελε ταύτην λαβεῖν εἰς γυναῖκα, ὡς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς ἀκαθαρσίας καθαρθείς, καὶ δῆθεν μὴ ἐμποδιζόμενος νομίμως αὐτῇ συναφθῆναι, τὴν διακονικὴν ἀξίαν ἀποθεμένῃ, διὰ τῆς προγενομένης πορνείας, καὶ οἷον οὔσῃ ἐλευθέρᾳ. Ἠρωτήθη οὖν περὶ ἀμφοτέρων ὁ ἅγιος, καὶ ἀπεκρίνατο ὅτι ἡ πορνεύσασα διακόνισσα, καὶ διὰ τοῦτο καθαιρεθεῖσα, οὐκ ἀφορισθήσεται ὥστε μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ δεχθήσεται εἰς τὴν μετὰ τῶν πιστῶν εὐχὴν καὶ στάσιν. Εἴρηται γὰρ εἰς τὸν λβ' κανόνα αὐτοῦ, ὅτι οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτάνοντες ἁμαρτίαν κληρικοὶ καθαιροῦνται μόνον, οὐ μὴν καὶ ἀφορίζονται. Οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ ἡ διάκονος γοῦν, διὰ τὴν πορνείαν καθαιρεθεῖσα, οὐκ ἀφορισθήσεται ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνάξεως. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῇ ἀντὶ παντὸς ἐπιτιμίου ἡ καθαίρεσις. Ὅτι δὲ οἱ πορνεύοντες ἐπὶ τετραετίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων οὐ μεταλαμβάνουσιν, ὥρισεν ὁ ἅγιος ἐπὶ πλέον ἐπιτιμηθῆναι αὐτὴν διὰ τὸ μετὰ Ἕλληνος συμφθαρῆναι, καὶ μετὰ ἑπταετίαν μεταλαβεῖν αὐτὴν τῶν ἁγιασμάτων. πάντως ἀποστᾶσαν ἐκ τῆς πορνείας. Τὸν δὲ πιστεύσαντα Ἕλληνα καὶ ζητοῦντα ἔχειν τὴν ποτε διακόνισσαν ἱερατυλίας κατάδικη καθυποβάλλει, ἐὰν τὸ ἅπαξ ἀφιερωθὲν σῶμα τῆς διακονίσσης διὰ τῆς ἐπιμιξίας κοινώσῃ· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ κύνα αὐτὸν ἀποκαλεῖ εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφοντα, τουτέστιν εἰς τὴν προτέραν ἀπιστίαν διὰ τῆς ἀθέσμου μίξεως. Καὶ τὴν ἅπαξ καθιερωθεῖσαν τῷ Θεῷ, κἂν καθαιρεθῇ, οὐ παραχωρεῖ ὁπωσδήποτέ τινι συνάπτεσθαι, διὰ τὸ εἶναι τὸ σῶμα αὐτῆς καθιερωμένον, καὶ ὀφείλειν συντηρεῖσθαι πάσης κοινῆς καὶ σαρκικῆς χρήσεως ἀνώτερον, κατὰ τὸν καθόλου λόγον τὸν λέγοντα· Τὸ ἱερὸν μιαρὸν οὐ γίνεται. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς μετασχηματιζομένους κληρικούς τε καὶ μοναχούς, καὶ μέντοι καὶ μοναχὰς καὶ ἀσκητρίας, καὶ θέλοντας νομίμοις γυναιξὶν· ἢ καὶ ἀνδράσιν συνάπτεσθαι. Οἶμαι δὲ ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου καλῶς ἵνα κωλυθῶσι δευτερογαμεῖν καὶ αἱ τῶν ἱερέων γυναῖκες, ὥσπερ οὐδὲ οἱ ἱερωμένοι τὴν ἱερωσύνην παραιτούμενοι παραχωρηθήσονται ὡς λαϊκοὶ διάγειν καὶ δευτερογαμεῖν· αἱ μὲν γὰρ γυναῖκες τῶν ἱερέων ἓν σῶμα καὶ μία σὰρξ ἱερατικὴ διὰ τῆς μετὰ ἱερέων νομίμου συναφείας χρηματίσασαι, κἀντεῦθεν οἷον ἱερωθεῖσαι, οὐ βιβηλωθήσονται διὰ τῆς δευτερογαμίας. Οὐδὲ ἱερεῖς ἅπαξ τὴν δευτερογαμίαν ἀποβέμενοι διὰ τοῦ ἱερωθῆναι, καὶ τοῦτο αὐτὸ εἰς Θεὸν ἐπαγγειλάμενοι, οὐ παραχωρηθήσονται διὰ τὴν σαρκικὴν ἐπιθυμίαν παραιτήσασθαι τὴν ἱερατικὴν ἀξίαν, καὶ τὴν εἰς Θεὸν ἐπαγγελίαν ἀθετῆσαι, καὶ τῇ σαρκικῇ ἐπιθυμίᾳ δουλεῦσαι· ἀλλὰ

κἂν παραιτήσωνται τὴν ἱερωσύνην, κωλυθήσονται τὰ ἅπαξ ἱερωθέντα σώματα αὐτῶν δευτέροις γάμοις βεβηλῶσαι.

A sua, quæ sunt Deo semel consecrata, prohibebuntur secundis nuptiis profanare.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν διακόνισσα Ἕλληνι συμφθαρῇ, δεχθήσεται, φησίν, εἰς κοινωνίαν. Κοινωνίαν δὲ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύστασιν ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐνταῦθα νοητέον. Τῆς δὲ τῶν ἁγίων δώρων μεταλήψεως τῷ ἑβδόμῳ ἔτει ἀξιωθήσεται. Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἔκπτωσιν τῆς διακονίας, οὐκ εἴργεται τῶν προσευχῶν, οὐδὲ εἰς τοὺς τόπους τῶν ἐπιτιμίων ἐστάναι καταδικάζεται· διὰ δὲ τὸ νύμφη λογίζεσθαι τοῦ Χριστοῦ, καὶ προδοῦναι τὴν τιμὴν ἑαυτῆς, βαρύτερον κολάζεται. Τῆς γὰρ πορνείας τετραετίᾳ ἐπιτιμωμένης, αὕτη εἰς ἑβδομον ἐνιαυτὸν παρατείνεται· καὶ ταῦτο, ἐὰν ἀπόσχηται τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐν ἁγνείᾳ ζῇ. Ἐὰν δὲ ὁ μιγεὶς αὐτῇ Ἕλλην τῇ πίστει προσελθὼν πάλιν Ἱεροσυλῇ (Ἱεροσυλίαν δὲ τὴν μετὰ τῆς διακονίσσης μῖξιν καλεῖ), ἐπὶ τὸν ἴδιον, φησὶν, ἐπιστρέφει ἔμετον· τὸ γὰρ σῶμα τῆς διακονίσσης καθιερωμένον ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιτραπήσεται ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ, ἤγουν ἡδονῇ χρῆσθαι σαρκός. Ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μιγῆναι ἀπίστῳ ἐπιτιμᾶται μᾶλλον ἡ διακόνισσα.

B

ZONAR. Si cum Græco diaconissa corrupta fuerit, ad communionem, inquit, admittetur. Communionis autem nomine, hoc loco, una cum fidelibus in sacra precatione stationem intellige. At vero sanctorum munerum perceptione, septimo demum anno digna habebitur. Quod enim exciderit a diaconatu, non propterea a sacris precationibus arcetur, neque ad pœnitentium stationes damnatur. Ex eo vero quod pro Christi sponsa habetur, suumque honorem prodidisse existimatur, in eam gravius animadvertitur. Cum namque fornicationi quadriennii pœna constituta sit, hæc ad septimum usque annum protenditur: idque modo a peccato absistat, ac vitam caste integreque traducat. Cæterum si Græcus, qui eum ea rem habuit, ad fidem conversus, sacrilegio iterum se contaminet (sacrilegium porro hunc cum diaconissa congressum appellat), ad proprium vomitum reverti asserit. Corpus namque diaconissæ consecratum est; ac proinde in usu carnali esse, hoc est, carnis voluptate uti amplius haud permittetur. Forte autem propter congressionem cum infideli, majore reprehensione diaconissa digna est.

ΑΡΙΣΤ. Διάκονος Ἕλληνι πορνευθεῖσα, καὶ μεταγνοῦσα, ἑπταετίαν ὑποπιπτέτω.

Ἰδοὺ ἐνταῦθα δύο τὰ ἐπιτίμια· μεταχινεῖται γὰρ τοῦ βαθμοῦ αὐτῆς ἡ διάκονος, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι τὴν ἐπιτίμησιν δέχεται, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἐστέρηται, διὰ τὸ μετὰ Ἕλληνος συμπορνεῦσαι αὐτήν.

C

ARIST. Diaconissa cum gentili fornicata, et resipiscens, septennio substernatur.

Ecce hic duo supplicia. Diaconissa enim et a gradu suo movetur, et septem annos pœnis subjicitur, et divinis sacramentis privatur, quia ista cum gentili fornicata est.

ΚΑΝΩΝ ΜΕ'.

Ἐάν τις, τὸ ὄνομα λαβὼν τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἐνυβρίζῃ τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ ἀπὸ τῆς προσηγορίας.

103 CANON XLV.

Si quis accepto nomine Christianismi Christum contumelia afficit, nulla est illi appellationis utilitas.

Τὶς ἄπιστος, βαπτισθεὶς καὶ ἀξιωθεὶς τοῦ λέγεσθαι Χριστιανὸς, εἶχε μὲν τὴν εἰς Θεὸν ὀρθόδοξον πίστιν, οὐκ ἔπραττε δὲ καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἔργα, ἀλλ' ἐκάκιζεν ἴσως παραδόσεις ἐκκλησιαστικὰς καὶ κανονικοὺς διορισμοὺς, προτιμώμενος τὰς τῶν ἀπίστων ἐργασίας, καὶ τοιουτοτρόπως ὑβρίζων τὸν Χριστόν. Ἠρωτήθη οὖν ὁ ἅγιος, εἰ διὰ ταῦτα ὁ τοιοῦτος ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ἐκβάλλεται ὁμηγύρεως, ἢ μᾶλλον ὀφείλει ἀκαταιτίατος εἶναι, ὡς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν αἱρετισάμενος· καὶ εἶπεν ὅτι τὸ λαβεῖν διὰ τοῦ βαπτίσματός τινα Χριστιανοῦ ὄνομα οὐκ ὠφελεῖ αὐτὸν, ἐὰν μὴ ἐν πᾶσι κατὰ τοὺς ὀρθοδόξους πολιτεύεται. Ἐξ ἀνάγκης οὖν, ὥς τι σεσηπὸς μέλος, ἐκκοπείη ἀπὸ τῆς ὁλοκληρίας τοῦ ὑγιοῦς σώματος Χριστωνύμου λαοῦ, τουτέστιν, οὔτε ἐκκλησιάσει μετὰ τῶν Χριστιανῶν, οὔτε ταῖς τοῦ Χριστιανικοῦ ποιμνίου προβάτοις συναριθμηθήσεται. Εἰ δὲ θέλεις ἑρμηνεῦσαι τὸν κανόνα καὶ ἄλλως, ὅτι οὐ κυρίως Χριστιανὸς ὁ μὴ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ ποιῶν, οὐχ ἕξεις τὸ ἀμποδών. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος ἐν τῇ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ οὕτω· *Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν τις λέγῃ*

D

Interrogatus est ergo sanctus, an is propterea a fidelium communione expellatur, an potius nequaquam sit accusandus, ut qui fidem orthodoxam elegerit; et dixit quod accipere aliquem per baptismum nomen Christiani ipsum non juvat, nisi in omnibus, ut par est, juxta orthodoxos, vitam instituat: necessario ergo ut membrum putridum ab integritate excindetur sani corporis Christiani populi: hoc est neque cum Christianis in Ecclesia versabitur, neque gregis Christiani ovibus connumerabitur. Si velis autem canonem aliter quoque interpretari, quod non est proprie Christianus, qui non facit mandata Christi, nihil vetabit. Dicit enim sanctus Jacobus frater Dei in sua Epistola hoc modo: *Quid juvat, fratres mei, si quis ac fidem habere dicat, opera*

autem non habeat? An potest fides eum servare[1]? Et Apostolus: *Fides sine operibus mortua est*[2].

ZONAR. Qui Christo credidit, et Christianus appellatus est, eum ex divinis præceptis vitam instituere oportet, ut hac ratione per ipsum Deus glorificetur, quemadmodum illis verbis præcipitur: *Sic luceat lux vestra coram hominibus*[3], et quæ deinceps. Si quis autem nominatur quidem Christianus, Dei vero præcepta transgreditur, contumeliam irrogat Christo, cujus de nomine appellatur, nec quidquam ex ea appellatione utilitatis trahet. Respondent porro hæc magni Basilii iis quæ sanctus Jacobus frater Domini asserit. Scribit ille nimirum in sua quadam Epistola: *Quid prodest, fratres mei, si quis se fidem habere dicat, opera autem non habeat? Num potest fides eum servare?*

ARIST. Christianus qui Christum contumelia afficit, nullum e non ine fructum percipiat.

Fides sine operibus mortua est. Nihil enim a nemine emolumenti surgit Christiano Christi mandata negligenti, et divinas illius leges conculcanti, eumque injuria valde afficienti.

CANON XLVI.

Quæ per ignorantiam nupsit ei qui ab uxore ad tempus derelictus est, deinde dimissa est, ut prior ad ipsam redeat, fornicatur quidem sed ignoranter. Nuptiis ergo non prohibebitur, sed melius est si sic manserit.

BALS. Hic canon situs est in contextu can. 93 syn. in Trullo, et quia de eo fusius illic tractatum est, lege eum et canonem 9 præsentis sancti Patris.

ZONAR. Sanctus hic in can. 9 disserens de muliere quæ virum suum reliquit: Mulier, ait, quæ virum suum reliquit, adultera est, si ad aliam virum se contulit. Relictus autem, venia dignus est, et quæ cum ejusmodi habitat non condemnatur. Hic autem eam quæ viro nupsit, qui ad tempus ab uxore relictus est, priore vero revertente dimissa fuit, fornicatam ait sed ignoranter. Qui igitur illic mulierem non condemnat, quæ cum viro ab uxore relicto vixit: hic vero ipsam per ignorationem fornicatam fuisse affirmat? Quod si illa fornicata est, virum quoque qui illam duxit, fornicarium judicari consequens fuerit. Qui ergo venia dignus? Puto igitur can. 9 de eo loqui magnum Basilium, qui ab uxore plane est desertus, nec ut ad eum redeat ullo modo persuaderi potest. Quare et illi veniam dat, eamque quæ ei secundo nubit non condemnat. Hoc vero can. de ea loquitur quæ ob aliquam **105** ægritudinem a viro abscessit, quam etiam ob causam, illud (ad tempus) adjunxit. Si ergo mulier quæ secundas cum ipso contraxit nuptias temporariam hanc uxoris a viro secessionem neverat,

[1] Jacob. II, 14. [2] ibid. 26. [3] Matth. V 16

Ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; Μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; καὶ ὁ Ἀπόστολος· Ἡ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστιν.

ΖΩΝΑΡ. Τὸν τῷ Χριστῷ πιστεύσαντα καὶ ἐπικληθέντα Χριστιανὸν δεῖ κατὰ τὰς θείας ζῆν ἐντολάς, καὶ οὕτω δι' αὐτοῦ δοξάζεσθαι τὸν Θεόν, κατὰ τὸ, *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δέ τις Χριστιανὸς μὲν καλεῖται, παραβαίνει δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ὑβρίζει τὸν Χριστόν, οὗ τὴν κλῆσιν ἐπάγεται, καὶ οὐδὲν ἔσται αὐτῷ ὄφελος ἐκ τῆς προσηγορίας. Ταῦτα δὲ ὁ μέγας Βασίλειος τῷ ἁγίῳ Ἰακώβῳ συμφώνων τῷ ἀδελφῷ τοῦ Κυρίου φησίν. Ἐκεῖνος γὰρ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ λέγει· *Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; Μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν;*

ΑΡΙΣΤ. Ὑβρίζων Χριστιανὸς τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῆς κλήσεως ἀνωφέλητος.

Ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν· οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τῆς προσηγορίας ὄφελος τῷ Χριστιανῷ τὰ τοῦ Χριστοῦ ἐντάλματα ἀθετοῦντι καὶ τοὺς θείους αὐτοῦ νόμους καταφατοῦντι, καὶ πραγματικῶς αὐτὸν ἐνυβρίζοντι.

ΚΑΝΩΝ ΜΣ'.

Ἡ τῷ καταλειφθέντι πρὸς καιρὸν παρὰ τῆς γυναικὸς ἐν ἀγνοίᾳ γημαμένη, εἶτα ἀφεθεῖσα διὰ τὸ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν, ἐπόρνευσε μὲν, ἐν ἀγνοίᾳ δέ. Γάμου οὖν οὐκ εἰρχθήσεται, κάλλιον δὲ ἂν μείνῃ οὕτως.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν κατετρώθη εἰς τὸ ὄφος τοῦ ιγ' κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου· καὶ ἐπεὶ ἐκεῖσε τὰ περὶ τούτου πλατύτερον ἡρμηνεύθησαν, ἀνάγνωθι τοῦτον, καὶ τὸν θ' κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου Πατέρος.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ ἐννάτῳ κανόνι ὁ ἅγιος οὗτος, περὶ γυναικὸς καταλιποῦσης τὸν ἴδιον ἄνδρα διατατόμενος, Ἡ καταλιποῦσα τὸν ἴδιον ἄνδρα, φησὶ, μοιχαλίς ἐστιν, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθεν ἄνδρα. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς συγγνωστὸς, καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ τοιούτῳ οὐ κατακρίνεται. Ἐνταῦθα δὲ τὴν τῷ καταλειφθέντι πρὸς καιρὸν παρὰ τῆς γυναικὸς γημαμένην, ἐπανελθούσης δὲ τῆς προτέρας, ἀφεθεῖσαν πορνεῦσαι λέγει, ἐν ἀγνοίᾳ δέ. Πῶς οὖν ἐκεῖσε μὲν οὐ κατακρίνει τὴν συνοικήσασαν ἀνδρὶ, καὶ καταλειφθέντι παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἐνταῦθα δὲ πορνεῦσαι αὐτὴν φησιν ἐν ἀγνοίᾳ; Εἰ δὲ ἐκείνη πεπόρνευκε, καὶ ὁ γήμας αὐτὴν ἀνὴρ πορνεῦσαι κατὰ τὸ ἀκόλουθον νομίζοιτο ἄν. Πῶς οὖν συγγνωστὸς ἔσται; Οἶμαι, τοίνυν ὅτι ἐν τῷ θ' κανόνι περὶ δόλου καταλειφθέντος παρὰ τῆς γυναικὸς λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ μὴ πειθόμενος ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτόν. Καὶ διὰ ταῦτα κἀκείνῳ συγγινώσκει καὶ τὴν κατὰ δεύτερον γάμον αὐτῷ συνοικήσασαν οὐ κατακρίνει. Ἐν δὲ τῷ παρόντι κανόνι περὶ καταλιποῦσης τὸν ἄνδρα διά λύπην τινὰ λέγει· διὸ καὶ τὸ, πρὸς καιρὸν, προσέθετο. Εἰ μὲν οὖν ᾖδει ἡ κατὰ

δεύτερον γάμον αὐτῷ συνοικήσασα τὴν πρόσκαιρον ἀπόστασιν ἐκ τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς, καὶ οὕτω συνῴκησε τῷ καταλειφθέντι ἀνδρὶ, μοιχαλίς ἐστιν, ὅτι ἀλλότριον ἄνδρα ἐσφετερίσατο, ὡς τὸ τέλος τοῦ ἐννάτου περιέχει κανόνος· εἰ δὲ ἠγνόει τοῦτο, ἴσως γὰρ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἦν χώρας, καὶ ἠγνοεῖτο τὸ κατ' αὐτὸν, μετὰ δέ τινα καιρὸν ἐπανῆλθε πρὸς τὸν ἄνδρα ἡ καταλιποῦσα αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ πρὸς τὴν δευτέραν γυναῖκα ἐλύθη γάμος· πορνεῦσαι λέγει τὴν γυναῖκα ταύτην ὁ ἅγιος, πλὴν ἐν ἀγνοίᾳ· πορνεῦσαι δὲ ταύτην λέγει, ὡς μὴ λυθέντος τοῦ πρώτου γάμου. Τοῦ πρώτου δὲ μὴ λυθέντος, πῶς ἂν ἡ πρὸς τὴν δευτέραν γυναῖκα συνοίκησις δεύτερος δόξῃ γάμος; Εἰ δὲ γάμος οὐκ ἔστι, πάντως ἔσται πορνεία. Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ πόρνος κυρίως λογισθήσεται, ἡ δὲ γυνὴ πορνεῦσαι μὲν λέγεται, πλὴν ἐν ἀγνοίᾳ. Οὐ γὰρ πορνείαν ἁμαρτῆσαι σκοπὸν ἔσχεν, ἀλλὰ γάμον συστήσασθαι ἔννομον. Τὸ δὲ πρᾶγμα περιέστη εἰς τὸ μὴ λογίζεσθαι γάμον, διὰ τὸ ἔτι μένειν τὸν πρῶτον γάμον. Τῆς δὲ πρὸς τὰς δύο συναφείας μὴ λογιζομένης γάμον, τί ἂν λέγοιτο ἡ συνάφεια ἢ πορνεία, πλὴν ἐν ἀγνοίᾳ γινομένη; Διὸ καὶ ἐπήγαγεν ὁ κανών· Γάμου οὖν οὐκ εἰρχθήσεται. Οὐ γὰρ ὡς παρ' ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα λογίζεται. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν καὶ ἑτέρῳ ἐμίχθη, μοιχαλὶς ἐκρίνετο ἄν, κατὰ τὸν ἔννατον κανόνα. Ὅτι οὐδὲ κυρίως γάμος πρὸς τὴν δευτέραν γυναῖκα συμβίωσις δοκεῖ, διὰ τοῦτο γάμου οὐκ εἴργεται ἡ γυνή. Ὡς δὲ ἁπλῶς γυνὴ ἀνομασθεῖσα ἀνδρὸς, εἰ μὴ ἑτέρῳ συναφθείη ἔτι ζῶντος ἐκείνου, κρεῖσσον ἂν ποιήσῃ, φησὶν ὁ ἅγιος. Οὐ γὰρ εὔσχημον ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς τὴν ὀνομασθεῖσαν ἐκείνῳ γυναῖκα ἑτέρῳ συμβιοῦν· λέγει γὰρ καὶ ὁ νόμος τῆς πολιτείας, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις οὐ τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ τὸ εὐπρεπὲς σκοποῦμεν.

A atque ita cum relicto viro habitavit, adultera est, quod alienum sibi virum usurpavit, ut in fine can. 9 continetur. Sed si id ignorabat, forte enim peregrinus erat, nec quæ ad ipsum spectabant nota erant, aliquo porro temporis intervallo ad virum, quæ ipsum deseruerat revertit, ac proinde nuptiæ cum secunda uxore sunt dissolutæ; mulierem hanc sanctus fornicatam esse asserit, sed per ignorationem. Fornicatam porro eam dicit, quod non fuerint priores solutæ nuptiæ; prioribus autem non solutis, quomodo inita cum secunda muliere societas secundum matrimonium videatur? Quod si matrimonium non sit, erit plane fornicatio. Ac vir quidem, fornicarius proprie judicabitur, mulier autem, fornicata quidem esse dicitur, verum per B ignorationem. Non enim fornicationis peccatum admittere illi mens erat, sed legitimas contrahere nuptias. Verum eo res recidit, ut nuptiæ minime existimarentur, propterea quod prius adhuc matrimonium consisteret. Cum vero hæc cum duabus mulieribus conjunctio, matrimonium censeri haud possit, quid aliud ea dicatur conjunctio quam fornicatio, per ignorationem tamen admissa? Quam etiam ob causam subjicit canon: A matrimonio ergo non prohibebitur. Non enim, veluti a viro dimissa judicabitur. Si namque id esset, aliique viro juncta foret, adultera judicaretur, ex noni ea: nonis constitutione. Quoniam vero haudquaquam proprie illa cum secunda muliere cohabitatio, matrimonium dici potest, propterea a matrimonio C mulier haud arcetur. Cum vero uxor citra excepionem dicta fuerit viri, si nulli alteri, eo adhuc vivente copulata fuerit, laudabilius, inquit sanctus vir, fecerit. Neque enim honestum fuerit, viro adhuc superstite, quæ illius mulier dicta est, cum altero vitam agere. In nuptiis siquidem, lex quoque civilis testatur quod nos non tam quid permissum sit, quam quid honestati conveniat, consideramus.

ΑΡΙΣΤ. Ἐγήματό τις ἀνδρὶ κατὰ ἄγνοιαν ἀφεμένῳ, εἶτα ἡ προτέρα ἀνέφηνεν· ἡ δ' ἀφεθεῖσα πόρνη λογίζεται κατὰ ἄγνοιαν· καὶ εἰ θέλει, ζεύγνυται· κάλλιον δὲ, εἰ μὴ ζεύγνυται.

Κατελείφθη ἀνὴρ παρὰ τῆς ἰδίας γυναικὸς πρὸς καιρόν· ὁ δὲ, ὡς ἀπολυθεὶς ὑπ' ἐκείνης, ἑτέραν ἔλαβεν, ἀγνοοῦσαν τὸ πρὸς καιρὸν καταλειφθῆναι αὐτόν. Ἐπανῆλθε πρὸς αὐτὸν ἡ προτέρα, καὶ παραδεξάμενος ταύτην, τὴν δευτέραν ἀφῆκεν· ὡς πόρνη κρίνεται αὐτὴ ἡ ἀφεθεῖσα, πλὴν κατὰ ἄγνοιαν· καὶ διὰ τοῦτο, εἰ βουληθῇ γάμου κοινωνίᾳ συναφθῆναι ἑτέρῳ, οὐ κωλυθήσεται· οὐ γὰρ ἀπολελυμένη λογίζεται· ὅτι μηδὲ ἀνὴρ αὐτῆς κυρίως ἐγένετο ὁ ταύτην ἀφέμενος. Ἐὰν δὲ θελήσῃ μεῖναι ἐν ἀγαμίᾳ, καὶ μὴ ἐπ' ἄλλον ἐλθεῖν γάμον, κάλλιον τοῦτο.

ARIST. Nupsit quædam ignorans viro dimisso; postea prior apparuit: dimissa autem fornicatrix per ignorantiam reputatur: et si vult nubit, melius autem si non nubat.

Vir ad tempus ab uxore sua derelictus fuit, ille autem acsi ab ea dimissus fuisset aliam duxit, quæ nescivit eum ad tempus derelinqui: rediit ad eum prima, et eam recipiens secundam dimisit, ut fornicatrix judicatur dimissa, sed per ignorantiam; et ideo si matrimonii communione alii conjungi velit, non prohibebitur. Non enim dimissa reputatur, quoniam qui eam dimisit proprie non erat ipsius vir. Si autem extra matrimonium manere vellet, et ad alterum conjugium non venire, hoc melius esset.

ΚΑΝΩΝ ΜΖ'.

Ἐγκρατῖται καὶ Σακκοφόροι, καὶ Ἀποταχτῖται τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧ καὶ Ναυατιανοὶ, ὅτι περὶ μὲν ἐκείνων κανὼν ἐξεφωνήθη, εἰ καὶ διάφορος, τὰ δὲ κατὰ τούτους ἀποσεσώπηται· ἡμεῖς μέντοι ἑνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν τοὺς τοιούτους. Εἰ δὲ παρ' ἡμῖν ἀπηγόρευται τοῦτο, τὸ τοῦ ἀνὰ

CANON XLVII.

A ventes, dicimus eum, qui cum a nativitate orthodoxus esset, cum hæretica muliere conjunctus est, dignum non censeri, qui in clerum allegatur, nisi domesticos suos omnes Christianos fecerit orthodoxos : quia et ab ecclesiastica est remotus communione, utpote qui Christi partibus peccatricem sortem implexuerit. Qui autem, hæreticus cum esset ab incunabulis, orthodoxam fidem delegerit, jure, nisi quæ justa causa impediat, ordinationem sacerdotalem consequi possit. Quid enim (inquit magnus Apostolus) noeti, si fidelis deducat infidelem conjugem ad fidem? Recte igitur, qui ad orthodoxam fidem venit ab hæreticorum superstitione, sacerdotali secundum canones honoretur dignitate, licet uxor et liberi ejus orthodoxi non B fiant.

Ἐρώτ. λβ'. Ἀπροκριμάτιστόν ἐστι τελεῖσθαι τέκνων ἀναδοχὰς διὰ Λατίνων, Ἀρμενίων, Μονοθελητῶν, Νεστοριανῶν, καὶ λοιπῶν τοιούτων· ἢ μᾶλλον μισητὸν καὶ ἀποτρόπαιον;

Interr. 32. An extra præjudicium infantium susceptiones fiunt a Latinis, Armeniis, Monotheletis, Nestorianis, et cæteris ejusmodi, an potius odio dignum atque detestandum?

Ἀπόκ. Τὸ β' θέσπισμα τοῦ ι' κεφαλαίου τοῦ α' τίτλου τοῦ α' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν; Αἱρετικὸς, φησὶν, ἐστὶ, καὶ τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπόκειται νόμοις, ὁ μικρὸν τῶν ἐκκλίνων τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ἐπεὶ τοίνυν πάντες οἱ ἀπαριθμηθέντες εἰς τὴν προοῦσαν ἐρώτησιν, οὐ διὰ μικρὸν, ἀλλὰ διὰ πλάτος μέγα καὶ δυσεξίτητον ἐκ τῆς τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίας ἀπεξενώθησαν, πάντως οὐδὲ χάριν ἀναδοχῆς παίδων πνευματικῶν μεσιτευομένης δι' ἁγίων εὐχῶν καὶ ἁγιασμάτων πολλῶν, ἡμῖν συγκοινωνήσουσιν· ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἀκοινωνησίᾳ κατακριθῶμεν, κατὰ τὸν κανόνα, τὸν λέγοντα, Ὁ κοινωνῶν ἀκοινωνήτῳ, καὶ αὐτὸς ἀκοινώνητός ἐστιν.

Resp. Thema 2, cap. 10, tit. 1, lib. 1 Basilicorum: Hæreticus, inquit, est, et legibus, quæ de hæreticis sunt, subjicitur, qui paulum ab orthodoxa fide declinat. Cum igitur ii omnes, qui hac interrogatione enumerati sunt, non parvo, sed longo spatio, et quod difficile superari queat, ab orthodoxorum Ecclesia prorsus exulent : non communicabunt nobiscum gratiam susceptionis liberorum spiritalium, per sacras preces et sanctificationes multas intercedentis : ne et excommunicatione condemnemur, juxta canonem dicentem, Qui communicat cum excommunicato, est excommunicatus et ipse.

Ἐρώτ. λγ'. Ὀρθόδοξοι γυναῖκες συνάπτονται τάχα γαμικῶς μετὰ Σαρακηνῶν, ἢ καὶ αἱρεσιωτῶν, καὶ θέλουσιν, ὡς ὀρθοδοξοῦσαι, καθὼς διενίστανται, μεταλαμβάνειν τῶν θείων ἁγιασμάτων· ζητοῦμεν οὖν τὸ ποιητέον μαθεῖν.

Interr. 33. Orthodoxæ mulieres conjunguntur forte per nuptias cum Saracenis vel hæreticis, voluntque, ut bene de fide sentientes, quemadmodum constanter instituerunt, participes fieri divinarum sanctificationum. Quærimus quid faciendum sit.

Ἀπόκ. Ὁ ὁ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ταῦτά φησι· Μὴ ἐξεῖναι ὀρθόδοξον ἄνδρα αἱρετικῇ συνάπτεσθαι γυναικὶ, μήτε αἱρετικῷ ἀνδρὶ ὀρθόδοξον γυναῖκα συζεύγνυσθαι. Ἀλλ' εἰ καί φανῇ τοιοῦτόν τι ὑπό τινος τῶν ἁπάντων γινόμενον, ἄκυρον τὸν γάμον ἡγεῖσθαι, καὶ τὸ ἄθεσμον διαλύεσθαι συνοικέσιον. Οὐ γὰρ χρὴ τὰ ἄμικτα μιγνύναι, οὐδὲ τῷ προβάτῳ τὸν λύκον συμπλέκεσθαι, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν κλῆρον. Εἰ δὲ παραβῇ τις τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα, ἀφοριζέσθω. Ἡ τοῦν διὰ τὴν ἄθεσμον ταύτην κοινωνίαν μετὰ αἱρετικοῦ, ἀφωρισμένη οὖσα καὶ ἀκοινώνητος, πῶς τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθείη; πάντως οὐδαμοῦ, εἰ μὴ ἀποστῇ τοῦ κακοῦ, καὶ κανονικοῖς ἐπιτιμίοις διορθωθῇ.

Resp. Canon 70 synodi in Trullo hæc ait : Non licere viro orthodoxo cum muliere hæretica conjungi, neque vero orthodoxæ cum viro hæretico copulari. Sed etsi quid ejusmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, et nefarium conjugium dissolvi : neque enim ea, quæ non sunt miscenda, misceri; nec ovem cum lupo, nec peccatorum sortem cum Christi parte conjungi oportet. Si quis autem ea, quæ a nobis decreta sunt, transgressus fuerit, segregetur. Quæ igitur per illicitam hanc cum hæretico societatem, exterminata excommunicataque est, quonam modo habebitur divinis sanctificationibus digna? nullo prorsus, nisi a malo divertat, et canonicis emendata sit correctionibus.

Ἐρώτ. λδ'. Τινὲς γυναικείων μοναστηρίων προεστῶσαι ζητοῦσιν ἐκχώρησιν ἐπισκοπικὴν χάριν τοῦ δέχεσθαι λογισμοὺς τῶν ὑπ' αὐτὰς μοναχῶν. Ζητοῦμεν οὖν εἰ ἔστιν ἐνδεχόμενον τοῦτο γενέσθαι.

Interr. 34. Quædam mulierum monasteriorum præfectæ episcopalem requirunt veniam [r], ut sibi subditarum monialium rationcinia [s] suscipiant. Quæritur, an illud admitti possit.

VARIÆ LECTIONES.

[r] *permissionem.* [s] *confessiones.*

Resp. Alibi etiam diximus, solis tributum esse A sacerdotibus, confessionum suscipere ratiocinia cum episcopali permissu. Si igitur non sacratus præfectus nec cum episcopali permissu id facere potest, multo minus id præfectæ concessum erit: etsi virtus ejus solem splendore superet.

Interr. 35. Divini canones diaconissarum meminerunt. Quærimus, quale sit earum officium.

Resp. Olim aliquando ordines diaconissarum canonibus cogniti fuere, habebantque ipsæ gradum ad altare. Menstruorum autem inquinatio ministerium earum a divino et sancto altari expulit. In sanctissima autem Ecclesia sedis Constantinopolitanorum diaconissæ deliguntur, unam quidem communicationem non habentes ad altare, in multis autem habentes conventum, et muliebrem cœtum ecclesiastice dirigentes.

Interr. 36. An subdiaconus et diaconus legitime possit cum muliere copulari, necne.

Resp. Et canones, et leges variæ vetant sacratos post ordinationem mulieribus conjungi. Cum autem (ut videtur) canonicum hoc contemneretur interdictum, inter imperatores inclytus et sapientissimus dominus Leo per Novellam sanctionem vitium emendavit. Inquit enim hæc in parte expressim tertia ejus Novella: Jubemus ut ad vetus Ecclesiæ superne traditum præscriptum ereationes procedant: neque enim dignum est, ut qui spiritali ascensu C supra corporis abjectionem evecti sunt, hi rursus ad carnis sordes delabantur; sed e diverso, ut divinum ministerium ex corporis sordibus tanquam in altum aliquem gradum conscendat, convenientius fuerit. Quamobrem nemo eorum, qui altari serviunt, post ordinationem audacter lege connubii mulieri conjungetur. Idque si fecerit, deponetur. Nam ante ordinationem facere licuit, quod post eam adeo male fuit ausus.

Interr. 37. Licitum est sacerdotes præfectos existentes, vel primopapas [a], et pontifices, supermanicis et supergenualibus insigniri, an est vetitum. D

Resp. Supermanicarum et supergenualium sacratissimus amictus solis pontificibus attributus est, velut figuram obtinentibus Domini, et Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi: indeque peccata etiam hominum remittunt, aliaque majora ad imitationem Christi faciunt, quæ sacerdotibus data non sunt. Quare neque supermanicarum, neque supergenualium merebuntur amictum. Nam supermanicæ figura sunt manicarum, quibus erant constrictæ manus Domini, et Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi, quando ad voluntariam passionem conten-

'Απόκ. Καὶ ἄλλοτε εἴπομεν, μόνοις τοῖς ἱερεῦσι μετὰ ἐπισκοπικῆς ἐχγωρήσεως δεδομένον εἶναι τὸ δέχεσθαι λογισμούς. Ἂν γοῦν οὐδὲ ἀνίερος καθηγούμενος μετὰ ἐπισκοπικῆς ἐχγωρήσεως δύναται δέχεσθαι λογισμοὺς, πολλῷ πλέον οὐκ ἐχγωρηθῇ τοῦτο παρὰ καθηγουμένης γίνεσθαι, κἂν ἡ ἀρετὴ αὐτῆς λάμπῃ ὑπὲρ τὸν ἥλιον.

'Ερώτ. λε'. Οἱ θεῖοι κανόνες μέμνηνται διακονισσῶν. Ζητοῦμεν οὖν μαθεῖν ποῖόν ἐστι τὸ τούτων λειτούργημα.

'Απόκ. Πάλαι ποτὲ καὶ τάγματα διακονισσῶν τοῖς κανόσιν ἐπεγινώσκετο, καὶ εἶχον καὶ αὗται βαθμὸν ἐν τῷ βήματι· ἡ δὲ τῶν ἐμμήνων κάκωσις τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην ἐκ τοῦ θείου καὶ ἁγίου βήματος ἀπεξίνωσε· παρὰ δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ τοῦ B θρόνου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν διακόνισσαι προχειρίζονται, μίαν μὲν μετουσίαν μὴ ἔχουσαι ἐν τῷ βήματι, ἐκκλησιάζουσαι δὲ τὰ πολλὰ, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθοῦμεναι.

'Ερώτ. λς'. Ὑποδιάκονος καὶ διάκονος δύναται νομίμως συναφθῆναι γυναικὶ, ἢ οὔ;

'Απόκ. Καὶ κανόνες καὶ νόμοι διάφοροι κωλύουσι τοὺς ἱερωμένους συνάπτεσθαι γυναιξὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν. Τοῦ δὲ τοιούτου κανονικοῦ παραγγέλματος ἀθετουμένου, ὡς ἔοικεν, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος καὶ σοφώτατος κύριος Λέων, διὰ θεσπίσματος Νεαροῦ τὸ κακὸν διωρθώσατο. Φησὶ γὰρ ἡ τρίτη Νεαρὰ αὐτοῦ ἐν μέρει ταῦτα ῥητῶς· Κελεύομεν κατὰ τὸ ἄνωθεν ἀρχαῖον τῆς Ἐκκλησίας διάταγμα τὰς χειροτονίας προβαίνειν. Οὐ γὰρ ἄξιόν ἐστι, μετὰ τὸ ἀνυψωθῆναι τῆς σωματικῆς ταπεινώσεως ὑπὸ τῆς πνευματικῆς ἀναβάσεως, τούτους πάλιν ἐπὶ τὴν σαρκικὴν ταπεινότητα καταπίπτειν· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον χρὴ εἰς ἀνάβασιν ὑψηλὴν τὴν θείαν λειτουργίαν ἐκ τῆς σωματικῆς ταπεινότητος ἀναβαίνειν. Διὸ οὐδεὶς τῶν τοῦ βήματος μετὰ τὴν χειροτονίαν τολμηρῶς συζευχθείη κατὰ νόμον γάμου γυναικί· τοῦτο δὲ ποιήσας καθαιρεθήσεται. Ἐξῆν γὰρ αὐτῷ πρὸ τῆς χειροτονίας ποιῆσαι τὸ μετὰ τὴν χειροτονίαν οὕτω κακῶς τολμηθέν.

'Ερώτ. λζ'. Ἐχγωρητέον ἐστὶ τοὺς ἱερεῖς, ἡγουμένους ὄντας, ἢ πρωτοπαπάδας, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, διὰ ἐπιμανικίων καὶ ἐπιγονατίων ἀποσεμνύνεσθαι· ἢ κεκώλυται;

'Απόκ. Ἡ τῶν ἐπιμανικίων καὶ τῶν ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμενία μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσι πεφιλοτίμηται, ὡς τὸν τύπον ἐπέχουσι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· κἀντεῦθεν καὶ ἁμαρτίας ἀφιοῦσιν ἀνθρώπων, καὶ ἄλλα ποιοῦσι Χριστομιμήτως μείζονα, ὅσα τοῖς ἱερεῦσιν οὐκ ἐνεδόθησαν. Διὸ οὐδὲ τῆς τῶν ἐπιμανικίων οὐδὲ τῶν ἐπιγονατίων ἐνδυμενίας ἀξιωθήσονται. Τὰ γὰρ ἐπιμάνικα τύπος εἰσὶ τῶν χειροπεδῶν τῶν ἀλιχθεισῶν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὅτε πρὸς τὸ ἑκούσιον

VARIÆ LECTIONES.

[a] *qui abbates sint, vel protopapades.*

πάθος ἠπείγετο. Τὸ δὲ ἐπιγονάτιον εἰς τύπον τοῦ λεντίου ἐστὶν, ὃ ὁ Κύριος ἐνεδύσατο, καὶ τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν ἔνιψεν. Ὥσπερ οὖν οὐ δοθείη ἐπισκόπῳ τινὶ τὰ τοῖς πατριάρχαις φιλοτιμηθέντα διὰ ἐνδυμενίας χαρίσματα, σάκκος δηλονότι καὶ πολυσταύριον (τούτους γὰρ ὑπὸ τούτων κυδαίνεσθαι δέδοκται, ὡς καὶ ἀναφερομένους εἰς τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα· οὕτως οὐδὲ τὰ τοῖς ἐπισκόποις ἀπονεμηθέντα προνόμια τοῖς ἱερεῦσι δοθήσεται· ἵνα μὴ τῶν ἐκκλησιαστικῶν προνομίων σύγχυσις γένηται, καὶ τῷ Ἡλάσαντι εἴπῃ τὸ πλάσμα· Ἐξισοῦμαί σοι.

Ἐρώτ. λη'. Ἀπὸ ἀρχαίας ἐγχωρίου συνηθείας θάπτονται λείψανα ὀρθοδόξων εἰς τὰς κατὰ χώραν ἐκκλησίας ἡμῶν. Ζητῶ οὖν μαθεῖν εἰ ἔστι ταῦτα ἀπαρεμπόδιστον.

Ἀπόκ. Διαφορὰ μεγάλη ἐστὶν ἐκκλησιῶν καθιερωθεισῶν διὰ ἐγκαινίων ἀνοιξίων καὶ ἐνθρονισμοῦ, χρίσματός τε ἁγίου μύρου, καὶ ἀποθέσεως λειψάνων ἁγίων μαρτυρικῶν, καὶ τῶν μὴ αὕτως ἁγιασθεισῶν, καὶ εὐκτηρίου τόπον ἐπεχουσῶν. Διὸ ἐν ἐκείναις μὲν ἐν αἷς δηλονότι μαρτυρικὰ λείψανα τεθησαύρισται, καὶ ἁγίου μύρου ἐμεσολάβησε χρίσμα, ἀνθρώπινον λείψανον οἱονδηποτοῦν οὐ ταφήσεται (κατὰ τὸ β' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ ε' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, τὸ λέγον· Μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ θαπτέτω νεκρόν. Καὶ κατὰ τὸν ἔξωθεν αὐτοῦ κείμενον παλαιὸν, τὸν λέγοντα· Οὐκ ἔξεστι θάπτειν τινὰ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἔνθα δηλονότι μάρτυρος ἐκεῖσε σῶμα ἀπόκειται)· εἰς δὲ τοὺς μὴ οὕτω καθιερωθέντας, ἁγίους εὐκτηρίους κατονομαζομένους, ἀκινδύνως ἐνταφιασθήσονται λείψανα.

Ἐρώτ. λ'. Κἀτοικοί τινων ἐνοριῶν, τὰς τῶν οἰκείων ἀρχιερέων χειροτονίας παραιτούμενοι, ἑτέρων ἐνοριῶν ἐπισκόποις προσέρχονται καὶ χειροτονιῶν, καθὼς ἕκαστος ἔχει θελήματος. Εἰ γοῦν ἀσφαλῶς αὐτοῖς γίνεται τοῦτο, ζητῶ μαθεῖν.

Ἀπόκ. Τοὺς μὲν ἀναγνώστας τοὺς ἀθετήσαντας τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν, καὶ εἰς ἑτέρας ἐνορίας μείζονας ἀξιωθέντας βαθμοῦ διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς, ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ οἱ κανόνες καθυποβάλλουσι· καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας τούτους, καθὼς τὰ περὶ τούτου παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιθ' κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, ταῦτα κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνοντος· Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίαν τελοῦντας, ὡς ἤδη ὡρίσαμεν, μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν, ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην ἐν ᾗ λειτουργεῖν ἐξ ἀρχῆς ἠξιώθησαν· ἐκτὸς ἐκείνων οἵτινες ἀπολέσαντες τὰς ἰδίας πατρίδας, ὑπὸ ἀνάγκης εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν μετῆλθον. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον, ἄλλῳ ἐπισκόπῳ προσήκοντα δέξηται κληρικὸν, ἔδοξεν ἀκοινώνητον εἶναι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον· ἕως ἂν ὁ μεταστὰς κληρικὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανέλθῃ Ἐκκλησίαν. Περὶ δὲ τῶν λαϊκῶν συνεζητήθη ποτὲ παρὰ ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας, πατριαρχεύοντος τοῦ ἁγιωτάτου ἐν πατριάρχαις καὶ

A debat. Supergenuale autem, figura est lintei, quod induit Dominus, cum discipulorum pedes lavit. Quemadmodum igitur quæ patriarchis per indumenta gratiæ tributæ sunt[t], ulli alii non dantur episcopo, saccus videlicet et crux multiplex[u] (eos enim hisce decorari placuit, utpote relatos ad[v] habitabilis orbis extrema): sic nec episcopis concessa privilegia sacerdotibus dabuntur, ne privilegiorum ecclesiasticorum confusio fiat, et Creatori dicat creatura, Exæquor tibi.

Interr. 38. Vetere provinciæ consuetudine reliquiæ[x] orthodoxorum in nostræ regionis ecclesiis sepeliuntur. Quæro igitur discere, an hoc citra præjudicium fiat.

B *Resp.* Magna differentia est inter ecclesias consecratas per initiatorias dedicationes, et throni inaugurationem sanctique unguenti unctionem, et sanctarum reliquiarum martyrum indigitationem; et eas quæ sic sanctificatæ non sunt, obtinentque oratorii locum. Ideoque in quibus videlicet martyricæ reliquiæ reconditæ sunt, et sancti unguenti intervenit unctio, humanum qualecunque cadaver non sepelietur, juxta 2 caput, 1 tit., 5 lib. Basilicorum inquiens: Nullus in ecclesia sepelietur mortuus. Et secundum veterem[y], extra eum positum: Non licet sepelire quemquam in ecclesia, ubi scilicet martyris corpus depositum est. In sanctis autem oratoriis appellatis, quæ ita consecrata non sunt, C reliquiæ sine periculo sepelientur.

Interr. 39. Quarumdam parœciarum incolæ, suorum pontificum ordinationes respuentes, aliarum diœcesium et ordinationum episcopos adeunt, prout quisque vult: an tuto faciant, quæro discere.

Resp. Lectores quidem, qui suorum episcoporum ordinationes spreverunt: et in aliis provinciis majorem gradum per episcopalis manus impositionem consecuti sunt, excommunicationis pœnæ canones subjiciunt, nec eos modo, sed et eos, qui ordinaverunt, quemadmodum exprimitur canone 5 synodi Carthaginensis, hæc complectente ad verbum: Clericos in ecclesia agentes, ut jam definimus, non D licere ordinare in alias civitatis ecclesia, sed contentos esse illa, in qua ab initio ministrare meruerunt: iis exceptis, qui amissa sua patria, ex necessitate in aliam ecclesiam migraverunt. Quod si quis episcopus post hanc definitionem, clericum susceperit ad alium episcopum pertinentem, placuit excommunicatum esse, tam susceptum, quam suscipientem, donec qui migravit clericus, ad propriam ecclesiam revertatur. De laicis autem simul quæsitum est in sancta Constantinopolitanorum Ecclesiæ synodo, patriarchatum obtinente sanctissimo inter patriarchas et sapientissimo domino Michaele Anchialo, et mense Novembri, indictione

VARIÆ LECTIONES.

[t] *per supellectilem beneficia tributa sunt.* [u] *polystaurium.* [v] *quorum nomina referuntur in sacris ad.* [x] *cadavera.* [y] *scilicet, interpretem.*

quarta, synodalis est facta subnotatio, ex variorum canonum allegatione excepta [a], ex æquo puniri eum, qui ex aliena provincia ordinat laicum, præter episcopi ipsius sententiam, ipsumque etiam ordinatum.

Interr. 40. Possunt diaconi præter archidiaconorum voluntatem sacerdotalem consequi gratiam, annon ?

Resp. Hujus rei providentia per sacrosancti Spiritus gratiam episcopis tributa est. Quare et cum eorum consensu diaconi sacrabuntur, archidiacono, ut confratre, solum præsente.

Interr. 41. Laici, qui secundas contraxerunt nuptias, alias nuptias, tertias scilicet, legitime contrahent, annon ?

Resp. Vetus quidem lex et tertias nuptias, ut legitimas, agnovit, et ex iis procreatos, hæredes, et in potestate habuit parentis. Canones autem divinorum et sanctorum Patrum, non solum tertias nuptias non agnoscunt, verum etiam secundas pœnæ moderatæ subjiciunt. Quia autem imperante inclyto principe, domino Leone philosopho, dissidium fuit magnum inter omnes mundi Ecclesias, quod princeps non solum tertias contraheret, sed etiam quartas, synodicus factus est conventus omnium fere, quæ ubique sunt diœcesium antistitum, 8 indictione anni 6428. Et disputatum est, qui nuptiales fugiendi sint contractus, et qui permittendi, velut legitimi, imperantibus inclyto principe Constantino Porphyrogenneta, et ejus socero domino Romano. Post multas altercationes, et exactam disquisitionem, decisio [a] synodica eleganter scripta est, confirmata etiam principis solita subscriptione : quartas quidem nuptias respuendas esse, nec permittendas : tertias autem nunc permittendas esse, nunc non esse. Definit enim binubos, et simul orbos, qui quadragesimum annum nondum impleverunt, contrahere etiam tertias nuptias ad orbitatis remedium, nisi quod per totum quinquennium censura emendantur, ne divinas assumant sanctificationes. Finito autem quinquennio, ter in anno assumant. Sed et tricenariis, quamvis liberos habentibus, tertii connubii potestas facta est, propter ætatis infirmitatem : ut et hi per quadriennium esse non debeant divinarum sanctificationum participes : quo peracto, ter in anno divina participaturi sint sacramenta. Iis autem qui quadragesimum annum excesserunt, nullo modo tertias esse concedendas nuptias divini Patres oraculo pronuntiarunt. Et hæc quidem unionis ea decisio definit. Cæterum Ecclesia tandem nostra ætate tertii matrimonii contractum non permisit.

σοφωτάτου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου · καὶ γέγονε κατὰ μῆνα Νοέμβριον, ἐπινεμήσεως δ', σημείωμα συνοδικόν, συγκεκροτημένον ἀπὸ διαφόρων κανόνων προσκομιδῆς · ἐπίσης γνωματεῦσαι καλόζεσθαι καὶ τὸν ἐξ ἑτέρας ἐνορίας χειροτονήσαντα λαϊκὸν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν χειροτονηθέντα.

Ἐρώτ. μ'. Δύνανται οἱ διάκονοι παρὰ γνώμην τῶν ἀρχιδιακόνων αὐτῶν ἱερατικοῦ καταξιοῦσθαι χαρίσματος, ἢ οὔ ;

Ἀπόκ. Τοῖς ἐπισκόποις ἡ περὶ τούτου πρόνοια περιλοτίμηται παρὰ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος. Διὸ καὶ μετὰ γνώμης αὐτῶν ἱερωθήσονται οἱ διάκονοι, τοῦ ἀρχιδιακόνου, ὡς συναδέλφου, μόνου παρουσιάζοντος ;

Ἐρώτ. μα'. Οἱ δεγαμήσαντες λαϊκοί, καὶ ἑτέρου γάμου, ἤτοι τρίτου, νομίμως ἀξιωθήσονται, ἢ οὔ ;

Ἀπόκ. Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος καὶ τρίτον γάμον ὡς ἔννομον ἐπεγίνωσκε, καὶ τοὺς ἐκ τούτου γεννηθέντας, κληρονόμους καὶ ὑπεξουσίους εἶχε τοῦ φύσαντος · οἱ δὲ κανόνες τῶν θείων καὶ ἁγίων Πατέρων, οὐ μόνον τὸν τρίτον γάμον οὐκ ἐπιγινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν δεύτερον ἐπιτιμίῳ μετρίῳ καθυποβάλλουσιν. Ὅτι δὲ βασιλεύοντος τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ σχίσμα γέγονε μέγα παρὰ τοῖς Ἐκκλησίαις τοῦ κόσμου πάντος, διὰ τὸ τὸν βασιλέα μὴ μόνον τριγαμῆσαι, ἀλλὰ καὶ τετραγαμῆσαι, συνέλευσις ἐτελέσθη συνοδικὴ πάντων σχεδὸν τῶν ἀρχιερατευόντων ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ διοικήσασι, κατὰ τὴν ἡ' ἐπινέμησιν τοῦ ςυκη' ἔτους. Καὶ συνεζητήθη ποῖα γαμικὰ συναλλάγματα εἰσιν ἀποτρόπαια, καὶ ποῖα συγχωρητέα, ὡς ἔννομα · βασιλευόντων τοῦ τε ἀοιδίμου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ κυρίου Ῥωμανοῦ. Μετὰ πολλὰς γοῦν ἀντιλογίας καὶ μετὰ ἐξέτασιν ἀκριβῆ, ἐκαλλιγραφήθη τόμος συνοδικὸς, κατησφαλισμένος καὶ τῇ τοῦ βασιλέως συνήθει ὑπογραφῇ, τὸν μὲν τέταρτον γάμον, ἀπόπτυστον εἶναι καὶ ἀσυγχώρητον · τὸν δὲ τρίτον, πῇ μὲν συγχωρητέον εἶναι, πῇ δὲ ἀσυγχώρητον. Διορίζεται γάρ, τοὺς μήπω πληρώσαντας τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος, δεγαμήσαντας, καὶ ἄπαιδας ὄντας, συναλλάττειν καὶ τρίτον γάμον, διὰ τὴν θεραπείαν τῆς ἀπαιδίας. Πλὴν ἐπιτετιμημένους εἶναι δι' ὅλης πενταετίας, ὥστε μὴ μεταλαμβάνειν τῶν θείων ἁγιασμάτων · μετὰ δὲ τὴν πενταετίαν, τρὶς τοῦ ἔτους μεταλαμβάνειν αὐτούς. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τριακονταετεῖς ὄντας, κἂν παῖδας ἔχωσιν, ἐξεχώρησαν, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἡλικίας ἀσθένειαν, καὶ τρίτον γάμον · ὀφείλοντας καὶ τούτους ἐπὶ τετραετίαν ἀμετόχους εἶναι τῶν θείων ἁγιασμάτων, ὡς ἔκτοτε καὶ αὐτῶν μελλόντων τρὶς τοῦ ἔτους τῶν θείων μεταλαμβάνειν μυστηρίων. Τοῖς δὲ τὸν τεσσαρακοστὸν χρόνον ὑπεραναβᾶσιν, ἐξ οὐδενὸς τρόπου τὸν τρίτον γάμον συγχωρητέον εἶναι οἱ θεῖοι Πατέρες ἐθεσπίσθησαν · καὶ ὁ μὲν τόμος οὗτος τῆς ἑνώσεως ταῦτα διορίζεται · ἡ Ἐκκλησία δὲ οὐκ ἐπέτρεψε τέως ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων τρίτου γάμου συνάλλαγμα.

Quarta, synodalis est facta subnotatio, ex variorum canonum allegatione excepta, ex æquo puniri eum, qui ex aliena provincia ordinat laicum, præter episcopi ipsius sententiam, ipsumque etiam ordinatum.

Interr. 40. Possunt diaconi præter archidiaconorum voluntatem sacerdotalem consequi gratiam, annon ?

Resp. Hujus rei providentia per sacrosancti Spiritus gratiam episcopis tributa est. Quare et cum eorum consensu diaconi sacrabuntur, archidiacono, ut confratre, solum præsente.

Interr. 41. Laici, qui secundas contraxerunt nuptias, alias nuptias, tertias scilicet, legitime contrahent, annon ?

Resp. Vetus quidem lex et tertias nuptias, ut legitimas, agnovit, et ex iis procreatos, hæredes, et in potestate habuit parentis. Canones autem divinorum et sanctorum Patrum, non solum tertias nuptias non agnoscunt, verum etiam secundas pœnæ moderatæ subjiciunt. Quia autem imperante inclyto principe, domino Leone philosopho, dissidium fuit magnum inter omnes mundi Ecclesias, quod princeps non solum tertias contraheret, sed etiam quartas, synodicus factus est conventus omnium fere, quæ ubique sunt diœcesium antistitum, 8 indictione anni 6428. Et disputatum est, qui nuptiales fugiendi sint contractus, et qui permittendi, velut legitimi, imperantibus inclyto principe Constantino Porphyrogenneta, et ejus socero domino Romano. Post multas altercationes, et exactam disquisitionem, decisio [a] synodica eleganter scripta est, confirmata etiam principis solita subscriptione : quartas quidem nuptias respuendas esse, nec permittendas : tertias autem nunc permittendas esse, nunc non esse. Definit enim binubos, et simul orbos, qui quadragesimum annum nondum impleverunt, contrahere etiam tertias nuptias ad orbitatis remedium, nisi quod per totum quinquennium censura emendantur, ne divinas assumant sanctificationes. Finito autem quinquennio, ter in anno assumant. Sed et tricenariis, quamvis liberos habentibus, tertii connubii potestas facta est, propter ætatis infirmitatem : ut et hi per quadriennium esse non debeant divinarum sanctificationum participes : quo peracto, ter in anno divina participaturi sint sacramenta. Iis autem qui quadragesimum annum excesserunt, nullo modo tertias esse concedendas nuptias divini Patres oraculo pronuntiarunt. Et hæc quidem unionis ea decisio definit. Cæterum Ecclesia tandem nostra ætate tertii matrimonii contractum non permisit.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *confecta.* [a] *tomus.*

Ἐρώτ. μβ'. Τοῖς παλλακευομένοις συγχωρη- A τέα ἐστὶν ἡ τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάληψις, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Ὁ μέγας ἐν ἀρχιερεῦσι Βασίλειος ἐν διαφόροις κανόσιν αὐτοῦ οὐ δίδωσιν ἄδειαν τοῖς πορνεύουσι τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν. Ἐν δὲ τῷ π' κανόνι αὐτοῦ διορίζεται, τὴν πορνεύουσαν, ἀποστᾶσαν τῆς πορνείας, μὴ ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ τριετίαν τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν.

Ἐρώτ. ργ'. Ἡ συμπανθερία τῶν συντέκνων μέχρι πόσου βαθμοῦ κωλύεται;

Ἀπόκ. Ὁ μὲν νγ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συστάσης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου κολάζει τοὺς ἀναδόχους συνάπτεσθαι γαμικῶς ταῖς μητράσι τῶν ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀναδεχθέντων παίδων. Καὶ μετὰ ἀπόστασιν τοῦ B κακοῦ, καθυποβάλλει πορνευόντων ἐπιτιμίῳ. Τὸ δὲ τελευταῖον ὑέσπισμα τοῦ ε' κεφαλαίου τοῦ ε' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ἐπὶ πλέον ἐπεκτείνει τὴν κόλασιν. Ὅτι δὲ καὶ ὁ δηλωθεὶς κανὼν καὶ ὁ διαληφθεὶς νόμος μείζονα τὴν κατὰ πνεῦμα συγγένειαν λέγουσι τῆς σωματικῆς συναφείας, γέγονε σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ τοῦ ἁγιωτάτου. Ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Νικολάου, κατὰ μῆνα Μάϊον τῆς ιε' ἐπινεμήσεως, ἐπὶ ἐρωτήσει τοῦ ὑπερτίμου ἐκείνου κυρίου Γρηγορίου τοῦ Ξηροῦ, διοριζόμενον τοῖς αὐτοῖς ὅροις συσφίγγεσθαι καὶ ὑφαπλοῦσθαι τὴν διὰ τῆς συντεκνίας συστᾶσαν πνευματικὴν συγγένειαν, εἰς καὶ αἱ σωματικαὶ συγγένειαι περιορίζονται.

Ἐρώτ. μδ'. Ἡ χώρα τῶν Ἀλεξανδρίων πολ- C λαῖς μυριάσι γενεαλογουμένη, καὶ πληθυνομένη, ὀρθοδόξων Χριστιανῶν..... ζητοῦμεν οὖν μαθεῖν, εἰ ἐφεῖται καὶ ἐντὸς τοῦ ς' βαθμοῦ συνάλλαγμα γίνεσθαι γαμικὸν, διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ πράγματος.

Ἀπόκ. Οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες καὶ νόμοι χάριν τῶν γαμικῶν συναλλαγμάτων ἐν πᾶσιν ὁμοφρονήσαντες, καὶ θεαρέστοις σχοινίσμασι καὶ διαγράμμασι τὰ γαμικὰ περιορίσαντες συναλλάγματα, ἐξ οἱουδήτινος τρόπου ἐξελθεῖν ταῦτα οὐκ ἐχώρησαν· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων τὴν γαμικὴν συνάφειαν κεκωλυμένην εἶναι παντελῶς διωρίσαντο· τῶν ἐκ πλαγίου δὲ τὴν συγγένειαν μέχρις ἑβδόμου βαθμοῦ δικαίως ἐστενοχώρησαν. Τὴν δὲ ἐξ ἀγχιστείας, ἤτοι συμπανθερίας, συγγένειαν, κατὰ τὸν ἕκτον βαθμὸν ἀπέλυσαν. Ὀφείλουσι γοῦν καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς οὕτω γαμικῶς συναλλάττειν, καὶ τὴν στενοχωρίαν τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν εἰς ἁμαρτίας δικαίωμα μὴ προβάλλεσθαι. Διασπασθήσεται γὰρ τὸ παρὰ ταῦτα γενησόμενον συνοικέσιον· καὶ μοιχευόντων ἐπιτιμίοις οἱ τὸ ἀθέμιτον συναλλάξαντες καθυποβληθήσονται. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τόμου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐκείνου κυρίου Σισιννίου δύο πρῶτοι ἐξάδελφοι δύο ἀδελφὰς οὐ λαμβάνουσι, καὶ ταῦτα, τοῦ συναλλάγματος ἀναγομένου εἰς ἕκτον ἐξ ἀγχιστείας βαθμὸν, ἴσο καὶ τὰ περὶ τούτου εἰδώς· ἵνα μὴ κατὰ λήθην τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἔθει ψυχοβλαβῶς ἐναντιωθῇς.

Interr. 42. In concubinatu agentibus permittenda est divinarum sanctificationum participatio, necne?

Resp. Magnus in antistitibus Basilius, in variis canonibus suis non dat scortantibus licentiam divinas sanctificationes assumendi. In 80 autem canone definit, scortatricem, quæ a scortatione discessit, non exinde, sed post triennium, divinarum sanctificationum participem fieri.

Interr. 43. Consoceratus compatrum ad quotum usque gradum prohibetur?

Resp. Canon quidem quinquagesimus quartus sanctæ et œcumenicæ synodi, in Trullo magni palatii coactæ, vetat susceptores connubio jungi cum matribus infantium e sancto lavacro susceptorum, et post discessionem a malo, subjicit scortantium pœnæ. Ultimus autem versiculus 10 c. 5, tit. 28, libro Basilicon, alterius punitionem extendit. Sed quoniam et declaratus canon, et supra scripta lex spiritalem cognationem dicunt majorem conjunctione corporali: facta fuit synodica subnotatione, tempore sanctissimi illius patriarchæ, domini Nicolai, mense Maio, decimaquinta indictione, ad interrogationem perquam honorandi illius domini Gregorii Xeri, dejiciens iisdem constringi et explicari terminis [b] spiritalem, quæ per compaternitatem contrahitur, cognationem; quibus corporales cognationes circumscribuntur.

Interr. 44. Alexandrinorum regio multis generationum myriadibus populosa est et amplificata, Christianis autem orthodoxis coangustata. Quærimus ergo discere, an permissum sit et intra sextum gradum nuptias contrahere, propter rei necessitatem.

Resp. Divini et sacri canones, et leges, nuptialium contractuum causa in omnibus consentientes, et Deo gratis intervallis et præceptis nuptiales contractus circumscribentes, nullo modo ea egredi siverunt: sed inter ascendentes quidem et descendentes nuptialem copulam prohibitam esse definierunt. Eorum autem, qui sunt ex transverso, cognationem ad septimum usque gradum jure coangustarunt: cognationem vero, quæ per affinitatem, vel consoceratum conciliatur, post sextum gradum ebeolluerunt. Debent igitur et Alexandrini nuptias in hunc modum contrahere, et paucitatem orthodoxorum Christianorum ad peccati justificationem non proponere. Distrahitur ergo, quod præter hæc factum fuerit, conjugium; et mœchantium pœnis, qui illicitum contraxerint, subjicientur. Quia autem sanctissimi etiam patriarchæ illius, domini Sisinnii decisione, duo patrueles seu consobrini, sorores duas non accipiunt, et hæc, contractu deducto ad sextum affinitatis gradum; disce, quæ in ea continentur: ne, per oblivionem, Ecclesiæ consuetudini cum animæ detrimento adverseris.

VARIÆ LECTIONES.

[b] *extendi finibus*

Interr. 46. Siquis scortatus fuerit [a] cum muliere captiva Christiana, pariterque orthodoxa, sine periculo ut servam eam vendat?

Resp. Potestatem habet dominus a se constupratam ancillam suam vendendi, ejusque pretium lucrifaciendi. Tunc enim libertatem promeretur ancilla, quæ cum domino simul corrupta est [d], quando ad extremum usque spiritum, nullum ejus divendendæ præbuit argumentum. Ait enim 2 cap. 19 tit. 48 lib. hæc nominatim: Si quis non habens uxorem, in suo concubitu ancillam habeat, et cum ea ad mortem usque maneat, sive ex ea susceperit, sive non et de ea nihil in testamento suo dixerit: sit illa libera.

Interr. 47. Si orthodoxus scortatus sit cum Judæa, aut Agarena muliere, censura emendabitur, an rebaptizabitur?

Resp. Quadragesimus septimus quidem canon sanctorum et omni laude celebrium apostolorum hoc sit: Episcopus, vel presbyter, si eum, qui vere habet baptismum, de integro baptizaverit, vel si eum, qui ab impiis pollutus est, non baptizaverit, deponatur, ut qui irrideat mortem et crucem Domini, et non discernat sacerdotes a falsis sacerdotibus. Forsan igitur dixerit quispiam, orthodoxum, qui cum impia scortatus est, pollutum esse, et rebaptizari debere. Quod verum non est: is enim ab iis pollitur, qui sponte abiuendo exuit divinum sanctumque baptisma indulitque baptisma impiorum. Judicio ergo episcopali per graviorem pœnam emendabitur, et ut scortator, et ut satanicæ communionis cumingio factus particeps: verum non baptizabitur.

Interr. 48. Quot annorum mas aut femina admittatur ad confessionem?

Resp. Leges quidem delictis impuberum condonandum esse dicunt. Impuberes autem sunt mares quidem, qui decimum quartum annum implevernnt: feminæ vero, duodecim annorum. Forsan igitur dixerit aliquis post duodecimum et decimum quartum ætatis annum eos debere peccata sua declarare: utpote delictorum judicium subeuntes, et capaces scortationis, aliorumque quorumpiam peccatorum effectos. Nos autem ab ipsa experientia, sed ab iis quæ talium quorumdam causa per varia tempora synodice prolata sunt, consulimus; ut post sextum annum mares et feminæ per confessiones emendari et sanctificari debeant. Quia et clericus quidam per obligatoria scripta, desponsa uxore septennii, et post ejus mortem alii conjunctus mulieri, synodice non impetravit, ut canonicam consequeretur ordinationem, utpote bigamus. Ait enim sancta Constantinopolitana synodus, septennem feminam amoris esse capa-

Ἐρώτ. μς'. Ἐάν τις πορνικῶς συμφθαρῇ μετὰ γυναικὸς αἰχμαλώτου Χριστιανῆς, καὶ κατὰ ταὐτὸν ὀρθοδόξου, ἀκινδύνως ὡς δούλην πωλήσαι αὐτήν;

Ἀπόκ. Ἔξεστιν ὁ δεσπότης ἔξει τὴν ὑπὸ τούτου πορνευομένην δούλην αὐτοῦ πωλεῖν, καὶ ἀποκερδαίνειν τὸ ταύτης τίμημα. Ἐλευθερίας γὰρ τότε ἀξιοῦται ἡ δούλη μετὰ τοῦ δεσπότου συμφθειρομένη, ὅτε μέχρι τελευταίας τούτου ἀναπνοῆς οὐδέν τι περὶ διαπράσεως ταύτης φθάσαι γενέσθαι. Φησὶ γὰρ τὸ β' κεφάλαιον τοῦ ιθ' τίτλου τοῦ μη' βιβλίου ταῦτα ῥητῶς· Ἐάν τις δούλην σχῇ ἐν τῇ ἰδίᾳ συναφείᾳ, μὴ ἔχων γαμετὴν, καὶ μείνῃ μετ' αὐτῆς μέχρι τελευτῆς, εἴτε ἔχων παῖδας ἐξ αὐτῆς, εἴτε μὴ· καὶ μηδὲν εἴπῃ περὶ αὐτῆς ἐν ἰδίᾳ διαθήκῃ γένεται ἐκείνη ἐλευθέρα.

Ἐρώτ. μζ'. Ἐὰν ὀρθόδοξος συμφθαρῇ πορνικῶς μετὰ Ἰουδαίας ἢ Ἀγαρηνῆς γυναικὸς, δι' ἐπιτιμίου διορθωθείη, ἢ ἀναβαπτισθήσεται;

Ἀπόκ. Ὁ μὲν μζ' πανὼν τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων ταῦτά φησιν· Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερεῖς ψευδοϊερέων. Ἴσως οὖν εἴποι τις ὀφείλειν καὶ τὸν παρανόμως ὀρθόδοξον μετὰ τῆς ἀσεβοῦς μολυνθῆναι, καὶ ἀναβαπτισθῆναι ὀφείλειν. Οὐκ ἔστι δὲ ταῦτα ἀληθές. Ἐκεῖνος γὰρ μολύνεται παρὰ τῶν ἀσεβῶν, ὃς ἑκουσίως μὲν ἀπενίπτεται τὸ θεῖον καὶ ἅγιον βάπτισμα, ἐνδύεται δὲ βάπτισμα ἀσεβῶν. Δι' ἐπιτιμίου γοῦν σωφρονίσαι κατ' ἐπισκοπικὴν διάκρισιν διορθωθείη, καὶ ὡς πάρεστι, καὶ ὡς κοινωνήσας μετὰ ἀσεβοῦς κοινωνίας σατανικῆς· ἀλλοὐ βαπτισθήσεται.

Ἐρώτ. μη'. Πεντετὴς ἀνὴρ ἢ γυνὴ δεχθείη εἰς ἐξαγορείαν;

Ἀπόκ. Οἱ μὲν νόμοι συγχωρητέα τὰ τῶν ἀνήβων ἁμαρτήματα λέγουσιν εἶναι. Ἄνηβοι δέ εἰσιν ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων, οἱ τὸν τεσσαρεσκαιδεκάτου χρόνου πληρώσαντες· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, αἱ δωδεκαετεῖς. Ἴσως οὖν εἴποι τις, μετὰ τὸν δωδέκατον καὶ τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον χρόνον τῆς ἡλικίας αὐτῶν ὀφείλειν τοὺς ἐξαγορεύειν, ὡς καὶ ἐξ ἁμαρτημάτων εἰδυνομένους, καὶ γεγονότας πορείας καὶ ἄλλων ἁμαρτημάτων τινῶν ἐκτικούς. Ἡμῖν δὲ ἀπὸ πείρας αὐτῆς, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ λαληθέντων συνοδικῶς κατὰ διαφόρους καιροὺς, χάριν τοιούτων τινῶν, γνωμοδοτεῖται· μετὰ τὸν ἕκτον ἐνιαυτὸν ὀφείλειν καὶ τοὺς ἄῤῥενας καὶ τὰς θήλειας δι' ἐξαγορείας διορθοῦσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι. Ὅτι καὶ κληρικός τις διὰ δεσμωτικῶν ἐγγράφων κατεγγυησάμενος γυναῖκα ἑπταετῆ, καὶ μετὰ θάνατον ταύτης ἑτέρᾳ συζυγεῖσαν γυναικὶ, οὐ παρεχωρήθη συνοδικῶς κανονικῆς ἀξιωθῆναι χειροτονίας, ὡς δίγαμος. Εἶπε γὰρ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγία σύνοδος τὴν ἑπταετῆ γυναῖκα δεκτὴ

VARIÆ LECTIONES.

[a] *stupri consuetudinem habuerit.* [d] *stupri consuetudinem habet.*

κὴν ἔρωτος εἶναι· κἀντεῦθεν καὶ φθορὰν ὑφίστασθαι, καὶ τῆς πορνείας τοῖς λογισμοῖς ἁλίσκεσθαι. Εἰ δὲ ἐπὶ γυναικὸς ταῦτα δικαίως πεφιλοσόφηται, πολλῷ πλέον ἐπὶ ἀνδρὸς ψηφισθήσεται.

Ἐρώτ. μθ'. Κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς κυριωνύμου πρώτης ἡμέρας ἐὰν συμπλακῶσιν ὁμόζυγοι σαρκικῶς, ἐπιτιμηθήσονται ὡς παρανομήσαντες, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Καὶ ἄνωθεν εἴρηται, κατὰ τὸ Σάββατον καὶ τὴν Κυριακὴν ὀφείλειν ἀπέχεσθαι τοὺς ὁμοζύγους τῆς σαρκικῆς κοινωνίας· διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ Κυρίῳ· καθὼς τοῦτο καὶ ὁ μέγας ἐν ἁγίοις Τιμόθεος πατριάρχης Ἀλεξανδρείας πρὸς τοὺς ἐρωτήσαντας περὶ τούτου ἀπεκρίνατο. Οἱ γοῦν μὴ εἰς ταύτας τὰς ἡμέρας ἐγκρατευόμενοι, πῶς καὶ τότε κατὰ κοινὴν συμφωνίαν σχολάσουσιν (ὡς ὁ μέγας Ἀπόστολος εἴρηκε) τῇ πρὸς Θεὸν ἐντεύξει καὶ προσευχῇ; Πάντως οὐδέποτε. Διὸ καὶ δι' ἐπιτιμίων μετρίων οἱ οὕτως ἡμαρτηκότες διορθωθήσονται.

Ἐρώτ ν'. Ἐὰν κατὰ τὴν Τεσσαρακονθήμερον νηστείας οὐκ ἐγκρατεύωνται οἱ ὁμόζυγοι, ἀξιωθήσονται τῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων κοινωνίας, κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Πάσχα κοσμοσωτήριον ἑορτὴν, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Εἰ μηδὲ ἰχθυοφαγεῖν ἐδιδάχθημεν, μηδὲ ἁπλῶς καταλύειν δι' ὅλης τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, καὶ κατὰ πᾶσαν τετράδα, καὶ Παρασκευὴν, πολλῷ πλέον τῆς σαρκικῆς συμπλοκῆς ἀπέχειν ἀναγκασθήσονται. Οἱ γοῦν παρανομήσαντες οὕτως ὁμόζυγοι, καὶ εἰς ἀκρασίαν σατανικὴν μεταστοιχειώσαντες τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας καὶ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν σωτηριώδη μετάνοιαν (ὥσπερ εἰ μὴ τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἡ περιδρομὴ ἐξήρκει τούτοις εἰς ἀποπλήρωσιν τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν αὐτῶν)· οὔτε τῆς θείας καὶ ἁγίας μεταλήψεως κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Πάσχα ἀξιωθήσονται, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπιτιμιῶν διορθωθήσονται.

Ἐρώτ. να'. Ἀκίνδυνόν ἐστι κατὰ τὴν Κυριώνυμον ἡμέραν εἰς βαλανεῖον ἀπέρχεσθαι, καὶ θερμοῖς λουτροῖς ἀπονίπτεσθαι, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Κατὰ τὴν Κυριώνυμον ἔργου παντὸς ἀποδιΐστασθαι τοὺς πιστοὺς, καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες ἐδίδαξαν, καὶ ἡ νδ' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ δικαίως ἐθεσπίφθησε, φησὶ γὰρ ἐν μέρει ταῦτα·

Ὁρίζομεν καὶ ἡμεῖς ἃ τῷ ἁγίῳ ἔδοξε Πνεύματι, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ μεμυημένοις ἀποστόλοις· ὥστε πάντας ἐν τῇ θείᾳ καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῶν ἐγκτινισαμένῃ ἡμέρᾳ σχολάζειν ἀργίᾳ, καὶ μήτε γεωργὸν μήτε τινὰ ἕτερον ἅπτεσθαι ἔργου ἐν ταύτῃ τῶν μὴ νενομισμένων. Εἰ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰς σκιὰς καὶ τοὺς τύπους τιμῶντες, διὰ τοσαύτης ἦγον τιμῆς τὴν τοῦ Σαββάτου ἡμέραν, ὡς παντελεῖ αὐτοὺς ἀπραξίᾳ διδόναι, πῶς εἰκὸς οὖς ἡ χάρις θεραπευτὰς ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια, τούτους μὴ τιμᾷν τὴν ἡμέραν ἥτις τὸ τίμιον παρὰ τοῦ Δεσπότου ἐπλούτησε, καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσε τῆς ἐκ φθορᾶς

A cem, exindeque stuprum pati, et scortationis argui ratiociniis. Quod si hæc de femina juste tractantur, multo magis in mare sciscentur.

Interr. 49. In vespera primi diei Dominici [e] si conjuges carnaliter implicentur, censura coercebuntur, ut transgressores legum, annon?

Resp. Et superius dictum est, in Sabbato et Dominico conjuges abstinere debere carnali societate, quod in eis spiritalis hostia offeratur Domino: quemadmodum magnus inter sanctos Timotheus Alexandriæ patriarcha, ad eos, qui de hoc interrogabant, respondit. Qui igitur his diebus continenter non agunt, quonam modo tunc communi vacabunt (ut magnus ait Apostolus) congressui B eum Deo et orationi? Nullo plane modo. Itaque qui sic deliquerunt, pœnis moderatioribus [f] emendabuntur.

Interr. 50. Si per Quadragenæ jejunium conjuges continenter non agant, digni habebuntur divinarum sanctificationum communione, in magni Paschatis mundi salutari festo, annon?

Resp. Si neque pisces edere docemur, neque simpliciter jejunium solvere per totam sanctam Quadragenam [g], multo magis a carnali complexu abstinere cogentur. Conjuges ergo, qui sic transgressi sunt, et in satanicam incontinentiam commutarunt salutarem pœnitentiam, quæ ex jejunio C est, et liberatione cupiditatum carnalium, quasi totius anni curriculum his non sufficiat ad suas explendas libidines: divinam et sanctam participationem in die sancti magnique Paschatis non promerebuntur: quinimo potius pœnis emendabuntur.

Interr. 51. Sine periculo est, die Dominico ingredi balneum, et calidis lavacris abluí, annon?

Resp. Die Dominico debere ab omni opere abstinere fideles, et divi Patres docuerunt, et 54 Novella imperatoris domini Leonis philosophi, juste oraculum edidit, hæc enim ait in parte:

D Statuimus nos etiam, quod Spiritui sancto, ab ipsoque institutis apostolis placuit, ut omnes in die sacro, quoque nostra integritas instaurata est, a labore vacent: neque agricolæ, neque quiquam alii in illo illicitum opus aggrediantur. Si enim qui umbram quamdam atque figuram observabant, tantopere Sabbati diem venerabantur, ut ab omni prorsus opere abstinerent: quomodo qui gratiæ lucem, ipsamque veritatem colunt, hos eum diem, qui a Domino honore ditatus est, nosque ab exitii dedecore liberavit, non venerari par est? aut quomodo cum ex septem diebus unus in Domini hono-

VARIÆ LECTIONES.

[e] *a domino denominati.* [f] *pœnis modicis.* [g] *per totam quadragesimam, et quavis quarta feria, et in parascere.*

rem consecratus sit, nos aliorum ad opera usu contentos non esse, neque illum Domino eximium et inviolatum conservare : sed ipsum etiam vulgarem facere, nostrisque operibus applicandum putare, religionis non est prorsus dissolutæ? Quapropter dicimus et nos, omni operatione (quemadmodum dictum est) cessante [h], cum et ipsi rustici negotientur, et omnibus coactis versari in ecclesiis, et glorificare potius Deum die Dominico, quod fideles qui sumus, in ea viderimus justitiæ Solem resplenduisse [i]. Neque igitur qui balneorum præcensoria lavacraque et reliqua faciunt, his ministrabunt, neque fidelis ullus veniam merebitur, qui ab oratione abstinens, et a multum celebrandis glorificationibus præceptionibusque diei Dominici recedens, aquis calidis adhæret et occupatur : sed episcopali judicio emendationibus corrigetur.

A ἀτιμίας ; Ἵνα πῶς οὐ παντελῶς ἀσυνείδητον, ἐπτὰ ἡμερῶν οὐσῶν, ὧν μία εἰς Δεσποτικὴν τιμὴν ἀνεῖται, μὴ ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς ταῖς ἐξ ἀπηκριβημένους εἰς ἔργον, καὶ ἀναφαίρετον τῷ Δεσπότῃ ἐκείνην τηρεῖν· ἀλλὰ καὶ ταύτην κοινοποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἡμετέρων ἔργων νομίζειν καιρόν; Διό φαμεν καὶ ἡμεῖς, πάσης ἐνεργείας ἐμπορευομένων, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν γεωργῶν, ἀπρακτησάσης, ὡς εἴρηται, καὶ πάντων ἀναγκαζομένων ταῖς ἐκκλησίαις ἐνασχολεῖσθαι, καὶ δοξολογεῖν τὸν Θεὸν μᾶλλον κατὰ ταύτην τὴν κυριώνυμον, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἰδεῖν ἡμᾶς τοὺς πιστοὺς τὸν τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον λάμψαντα· οὔτε οὖν οἱ τὰ τῶν βαλανείων προκαυστήρια, λουτήριά τε, καὶ λοιπὰ ἐνεργοῦντες τούτοις ὑπηρετήσουσιν, οὔτε τις πιστὸς συγγνώμης ἀξιωθείη· τῆς μὲν προσευχῆς B ἀποσχόμενος, καὶ τῶν τελουμένων δοξολογιῶν καὶ διδασκαλιῶν τῆς κυριωνύμου ἀφιστάμενος, καὶ θερμοῖς ὕδασι προσανέχων καὶ ἀσχολούμενος· ἀλλὰ διὰ ἐπιτιμίων κατὰ τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν διορθωθήσεται.

Interr. 52. Jejunium solvens carnibus, caseo et ovo, diebus Mercurii et Veneris totius anni, venia dignus, annon?

Resp. Sexagesimus nonus canon sanctorum apostolorum ait : Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, sanctam Paschæ Quadragesimam non jejunat, vel quartum diem, vel Parasceven, præter quam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur : si sit autem laicus, segregetur. Qui igitur sine corporali infirmitate dissolvit i dies Mercurii et Veneris, punitur juxta canonis hujus tenorem. Quando vero propter imbecillitatem coactus fuerit dissolvere, piscibus C vel oleo moderabitur ægrotationis afflictionem. Carnes enim vel caseum, aut ovum attingere non fuerit concessum, licet extremam efflet animam, neque in magna Quadragena, neque in qualicunque Mercurii vel Veneris die. Sufficit enim ei, qui necessario per aridorum esum magnificare debet dies Mercurii et Veneris, per oleum et pisces morbi acerbitatem mitigare. Excipe mihi dies Mercurii et Veneris, carnisprivii, septuagesimæ, renovationis et duodecim dierum. In his enim per carnes etiam, citra periculum jejunia frangimus : quia circa dodecahemerum jejunant Armenii propter Artziburium, in hebdomade prima carnisprivii, propter Ninivitas : et in hebdomade tyrophagi Tetraditæ hæretici jejunium magnum observant. Nos igitur contraria iis facientes, frangimus [k], ne videamur cum iis consentire, eo excepto, quod illud fiet, si quis cum Tetraditis aut Armeniis habitet. Alioqui enim, si in regione degat, ubi nullus est ejuscemodi, degustabit tantum ex carnibus, vel caseo, et suspicionem attenuabit per continentiam, non per inglu-

Ἐρώτ. νβ'. Ὁ καταλύων διὰ κρέατος, τυροῦ καὶ ᾠοῦ, τὰς τετράδας καὶ τὰς παρασκευὰς τοῦ ὅλου χρόνου, συγγνωστέος ἐστίν, ἢ οὔ ;

Ἀπόκ. Ὁ ξθ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φησίν· Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευήν, καθαιρείσθω· εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν ἐμποδίζοιτο. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. Ὁ γοῦν καταλύων ἄνευ σωματικῆς ἀσθενείας τὰς τετράδας καὶ τὰς παρασκευὰς, κολάζεται κατὰ τὴν τοῦ τοιούτου κανόνος περίληψιν. Ὅτε δὲ δι' ἀσθένειαν ἀναγκασθείη τις καταλῦσαι, διὰ ἰχθύων ἢ ἐλαίου μετριάσει τοῦ ἀρρωστήματος τὴν κακέκτητα. Κρέατος γὰρ ἢ τυροῦ ἢ ᾠοῦ ἅψασθαι οὐ συγχωρηθείη, κἂν πνέῃ τὰ ἔσχατα, οὔτε ἐν τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ, οὔτε ἐν οἱαδήτινι τετράδι καὶ παρασκευῇ· ἀρκεῖ γὰρ τῷ ἐξ ἀνάγκης διὰ ξηροφαγίας μεγαλύνειν θέλοντι τὰς τετράδας καὶ τὰς παρασκευὰς, διὰ ἐλαίου καὶ ἰχθύων ἐπιεικεῦσαι τὸ νόσημα. Ὑπέξελέ μοι τὰς τετράδας, καὶ τὰς παρασκευὰς τῆς ἀπόκρεω, τῆς τυροφάγου τῆς διακινησίμου [l], καὶ τοῦ δωδεκαημέρου. Ἐν ταύταις γὰρ καὶ διὰ κρέατος ἀκινδύνως καταλύομεν· ὅτι κατὰ τὸ δωδεκαήμερον νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸν Ἀρτζιβούριον· κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς πρώτης ἀπόκρεω, διὰ τοὺς Νινευΐτας· καὶ κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου νηστεύουσιν οἱ D. Τετραδῖται οἱ αἱρετικοὶ νηστείαν μεγάλην. Ἡμεῖς οὖν ἀντιπράττοντες τούτοις, καταλύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν ὁμοφρονεῖν αὐτοῖς. Πλὴν καὶ τοῦτο γενήσεται, ὅταν τις μετὰ Τετραδιτῶν ἢ Ἀρμενίων συναυλίζηται. Εἰ γὰρ εἰς χώραν διάγει ἔνθα οὐκ ἔστι τοιοῦτος, ἀπογεύσεται μόνον κρέατος ἢ τυροῦ, καὶ μετεωρίσει τὴν ὑποψίαν δι' ἐγκρατείας, οὐ μὴν διὰ

VARIÆ LECTIONES.

[l] διακαινησίμου.

[h] *cum omne opus negotiatorum, et ipsorum quoque agricolarum cesset, ut dictum est, omnesque cogantur in ecclesiis versari.* [i] *resplenduisse : ne quidem eos, qui balneorum æstuaria et lavacra, et reliqua tractant, his operas suas facturos* i *violat.* [k] *violamus hæc.*

ἀδδηφαγίας. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς διακινησίμου [80] ἀκινδύνως χρεωφαγήσομεν, κατὰ τὴν αὐτῆς τετράδα, καὶ παρασκευήν. Ὡς μία γὰρ λογίζεται κυριώνυμος τὸ ἑπταήμερον τοῦτο διάστημα.

viem. Hebdomade autem antipaschalis sine periculo carnibus vescemur in ejus Mercurii die et Veneris. Nam pro uno die Dominico habetur hoc septem dierum intervallum.

Ἐρώτ. νγ'. Αἱ νηστεῖαι τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, καὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τοῦ Σωτῆρος, ἀπαραίτητοί εἰσιν, ἢ συγχωρηταί καὶ ἀδιάφοροι;

Interr. 53. Jejunia diei festi Sanctorum Apostolorum, et Natalis Christi, et Obdormitionis sanctæ Deiparæ et Servatoris, inexcusabilia sunt, an permittenda et indifferentia?

Ἀπόκ. Ἡ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγία σύνοδος ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου..... ἐρωτηθεῖσα εἰ χρὴ τὴν ἐν τῷ Αὐγούστῳ νηστείαν ἐπιτελεῖν, ἀπελογήσατο ὡς αὐτὴ ἡ νηστεία μετατεθῇ, διὰ τὸ μὴ περιπίπτειν ταῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον γινομέναις ἐθνικαῖς νηστείαις. Πλὴν καὶ ἔτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ταύτην τὴν νηστείαν νηστεύουσιν. Ἡμεῖς δὲ, σκοπήσαντες τὰ περὶ τούτου, ἀπολογούμεθα, ὅτι ἐξ ἀνάγκης προηγοῦνται νηστεῖαι πρὸ τῶν τεσσάρων τούτων ἑορτῶν· ἤγουν πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, τῆς Γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, τῆς Μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῆς Κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου· πλὴν ἑπταήμεροι. Μία γὰρ τεσσαρακονθήμερος νηστεία ἐστὶν, ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Πάσχα. Εἰ δέ τις καὶ πλέον τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων καὶ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ νηστεύει, ἢ ἑκουσί, ἢ ἀπὸ κτητορικοῦ τυπικοῦ συνωθούμενος, οὐ κατισχυνθήσεται. Ὅπως δὲ καὶ διατί πρὸ ἑκάστης τούτων τῶν τεσσάρων ἑορτῶν ἑπταήμερον νηστείαν ἐξ ἀνάγκης νηστεύειν ὀφείλομεν, ἐδηλώθη ἐν τῷ γεγονότι παρ' ἡμῶν χάριν τούτου συνοδικῷ τόμῳ. Οἱ οὖν μὴ νηστεύοντες πρὸ ἑκάστης τούτων τῶν τεσσάρων ἑορτῶν κατὰ τὸ πάντη ἀπαραίτητον, δι' ἐπιτιμίων μεγάλων διορθωθήσονται.

Resp. Constantinopolitana quidem sancta synodus in diebus sanctissimi illius patriarchæ.... interrogata, an oporteat Augusti mensis jejunium perficere [1]: respondit, id jejunium mutatum esse, ne cum paganis jejuniis quæ eodem tempore fiunt, concurrat. Multi tamen homines id jejunium adhuc observant. Nos autem cum ea, quæ ad hoc pertinent, consideraverimus, defendimus jejunia necessario præcedere hæc quatuor festa: nimirum festum Sanctorum Apostolorum, Natalis Christi, Transformationis Christi et Dei nostri, et Obdormitionis sanctæ Deiparæ, sed tantum septem dierum. Unum enim est quadraginta dierum jejunium sancti et magni Paschatis. Quod si quis plusquam septem diebus circa festum Sanctorum Apostolorum et festum natalis Christi jejunet, seu sponte, seu a fundatoria regula [m] impulsus, non vituperabitur. Quomodo autem, et propter quid ante unumquodque horum quatuor festorum jejunare debeamus, declaratum in synodali decisione, de eo a nobis facta. Qui igitur non jejunant ante unumquodque horum quatuor festorum sine ulla omnino excusatione magnis emendabuntur pœnis.

Ἐρώτ. νδ'. Οἱ κατὰ ταύτας τὰς νηστείας ἐγκρατευόμενοι, πρὸς δὲ καὶ οἱ κατὰ τὰς τετράδας καὶ παρασκευὰς ξηροφαγοῦντες, ἐχωρηθήσονται διὰ δευτέρας τραπέζης θεραπεῦσαι τὴν τοῦ σώματος ἔνδειαν, ἢ οὔ;

Interr. 54. Qui his jejuniis continenter agunt, adhæc et diebus Mercurii et Veneris aridis vescuntur, sinentur per secundariam mensam curare corporis indigentiam, annon?

Ἀπόκ. Κυρίως ἡ ἐγκράτεια, νηστεία ἐστίν· ὅτι καὶ καθαιρετόν, οὐκ ἀνθρωποκτόνος καλεῖται. Εἰ οὖν οἱ ἐγκρατευόμενοι, διὰ σύστασιν τοῦ σώματος καὶ δευτέρας τραπέζης δεηθῶσιν, οὐ προκριματισθήσονται. Πάντως γὰρ καὶ αὐτοὶ τὴν ὁλοήμερον οὐκ ἀτιμάσουσιν ἐγκράτειαν, διὰ ἑσπερινῆς ἀκρασίας. Τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἐπιτιμηθήσονται.

Resp. Proprie continentia, jejunium est; quia et affecticida, non homicida vocatur. Si ergo, qui continenter vivunt, ad corporis sustentationem secundaria mensa indigeant, præjudicium non patientur. Nam nec hi tota die continentiam infamabunt per incontinentiam nocturnam [n]. Id enim si fecerint, coercebuntur.

Ἐρώτ. νε'. Κατὰ τὴν παραμονὴν τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως τοῦ δικαίου Λαζάρου, καὶ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν Ἁγίων Τεσσαράκοντα, ἀκινδύνως τελείαν ἱερουργίαν ἱερουργήσει τις, ἢ οὔ; Ὡσαύτως καὶ κατὰ τὴν ὅλην ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν ἔξεστι βαπτίζειν, ἢ ἱερολογίας γάμων καὶ μνηστεώων ποιεῖν, ἢ οὔ;

Interr. 55. In exspectatione resurrectionis a mortuis justi Lazari, et in festo Sanctorum Quadraginta, sine periculo sacrificium quispiam perfectum celebrabit, annon? Pariter et tota sancta Quadragena licet baptizare, aut benedictiones nuptiarum sponsaliorumque facere, annon?

Ἀπόκ. Ὁ νβ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου

Resp. Quinquagesimus secundus canon sanctæ et

VARIÆ LECTIONES.

[80] διακαινησίμου.

[1] *Augusto mense, jejunium servaret:* [m] *seu a municipali quodam decreto.* [n] *Omnino tamen nec ipsi tota die continuatam temperantiam, per vespertinam intemperantiam deformabunt.*

oecumenicæ synodi, in Trullo magni palatii congregatæ, hæc ait: In omnibus sanctæ Quadragesimæ jejunii diebus, præter quam Sabbato, et Dominico, et sancto Annuntiationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium. Et 49 canon Laodicenæ synodi hæc enuntiat: Quod non oportet in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato, et solis Dominicis. Et 51 canon ejusdem synodi inquit: Quod non oportet in Quadragesima martyrum natales peragere, sed sanctorum martyrum facere commemorationes in Sabbatis et Dominicis. Et 52 ait: Quod non oportet in Quadragesima nuptias, vel natalitia celebrare. Ejusdem synodi 55 complectitur: Quod non oportet post duas hebdomadas Quadragesimæ ad illuminationem [a] admitti. Qui igitur contra horum tenorem faciunt baptismata, vel nuptiales benedictiones in tota sancta magna Quadragena, vel perfectas hostias sacrificantes, excepto solo Sabbato, et die Dominico, et evangelizatione [b], injuste agunt, et gravibus emendabuntur pœnis, quod ea commiserint, quæ veniam non merentur. Canonibus sane desultum est, in magno Sabbato baptismata fieri. Quod si vitæ exitus urgeat divini baptismatis initiationem, lavacrum exhibebitur, etiam alio die Quadragenæ. Nam et iis, qui ad extremum coerbentur [c], et perpetua excommunicatione damnati sunt, mortis auxiliatur mysterium, ad sanctorum mysteriorum participationem.

Interr. 56. Sine periculo fiunt [d] ordinationes subdiaconorum, diaconorum, sacerdotum, et pontificum in sancta et magna Quadragena, annon?

Resp. Canonibus statutum est (ut superius diximus) ne perfecta sacrificatio fiat toto 40 dierum jejunio, exceptis solis Sabbatis, et Dominicis, et festo Evangelizationis. His itaque diebus, quando mystica consecrata victima perficitur, ordinationes citra ullum crimen fiunt: cæteris autem jejuniorii diebus, quando perfecta sacrificatio non fit, nec ordinatio ullius eorum, qui altari ministrant, multoque minus episcopalis perficietur. Ordinatio [e] enim est publici conventus tempus, et glorificationis Dei, dignis elargiens spiritales dignitates.

Interr. 57. Quæ in sanctis Dei Ecclesiis ab aliquibus offeruntur res qualescunque, vel etiam edulia, ab ullo accipientur [f], et eorum tribuetur licentia? Item quæ, et qualia sunt canonica, quæ sacerdotibus et pontificibus quotannis dantur?

auctorum esse docent nos libri calamo exarati : imo et ipse Balsamon se hujus libri parantem prodit ad Nomocanonem Photii tit. 9, cap. 2, ad finem, ut constat ex Paratitlis ad tit. 5, in fine. Nam qui primus eam in Latinum convertit, ejus auctorem ignoravit, forte quod mutilum codicem nactus esset. Sed et Franciscus Pithœus v. c. in Glossario ad Julianum Antecessa. in voce *Decani* citat hanc Paratitla nullo nomine addito. Jacob. Cujac. consultissimus laudat etiam alicubi auctorem Paratitli : ut videantur omnes in codices incidisse, qui nullum nomen præferrent ; quod tandem inventum est in perantique et optimo cod. ms. Nicolai Peirescii, senatoris Aquisextiensis τοῦ μαχαρίτου, qui initio sic inscribitur : *Θεοδώρου Διακόνου, τῆς ἀγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βιεχαρνῶν, τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Theodori diaconi sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ nomophylacis et chartophylacis, et primo Blachernorum, Balsamonis, post aliquot vero annos patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Non recte Joannes Leunclavius hunc librum inscripsit *Paratitla*. Imo paratitla partem operis universi constituunt. Idem tamen quid Paratitlorum nomine Justinianus intellexerit, percepit in Prologo ad hanc Collectionem : et post eum vv. cc. Joannes a Costa, et Julius Paulus : ut jure quis miretur prudentissimum virum Jacobum Cujacium in aliam sententiam ivisse, maxime cum ex fragmento Matthæi monachi (is est Matthæus Blastares) de Justiniani sententia satis perspicue constaret. Quod ut rectius intelligatur, consule sis hæc Paratitla ad unum vel alterum titulum, et ex his cognosces, per indicem, id est, summatim, et κεφαλαιωδῶς in eis referri, quæ suis quæque titulis διὰ πλατέων, et uti fere ab auctoribus concepta sunt, leguntur. Et constat igitur Græcos, juris interpretes aliter accepisse verba hæc Justiniani, de conceptione Digestorum : *Sufficiat per indices tantummodo, et titulorum subtilitatem, ἁπλᾶ παράτιτλα nuncupantur : quædam admonitoria ejus fuerit.* Et de confirmat. Digestorum : *Si qui forsitan, per titulorum subtilitatem ea adnotare maluerint, et ea, quæ* Paratitla *nuncupantur componere.* Dos enim Paratitla vocant quæcunque ex cæteris titulis ad quemque titulum revocari possunt. Quod quidem Justiniano placuisse videtur, ut studiosi omnia, quæ ad eumdem juris articulum pertinent tanquam in uno conspecta haberent. Denique Paratitla sunt accessiones et supplementa ex aliis titulis desumpta, ita dicta vocabulo ἑλληνικοβαρβάρῳ, quasi extra titulum, quod confirmant Græci lib. LI, Bas. tit. 16. c. 2, ut paraphernæ dicuntur, quæ extra dotem ad virum deferuntur. Ait autem Justinianus *per titulorum subtilitatem*, id est, λεπτότητα. Commentarios scilicet fieri vetat, probatque tantum explicationes compendio factas. B. Cyprianus testimon. advers. Jud. lib. I, præf. *Sed et legentibus brevitas ejusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis, et sensum liber longior spargit, sed subtiliore compendio id quod legitur tenax memoria custodit.*

(3) *Mysteria.* Recte igitur in l. II, eod. eod. libri veteres, inter quos. vet. e. Brenzi et Menagii, Græci et Cod. Theodos. habent : *Nullus hæreticis mysteriorum locus.* Pro quo perperam antea legebatur *ministeriorum.* Veterum codicum scripturam confirmant Basilica, quæ ita vertunt : Μηδεὶς τοῖς αἱρετικοῖς τῶν μυστηρίων τόπος ἀνοιχθῇ. Denique sic legitur apud Hincmarum R. *De prædestinat.* cap. 37 ; veterum jetiam librorum, et Basilicorum ope leve mendum in eadem lege licebit emendare : nam ubi legitur : *et suis apertis criminibus denotentur*, libri manuscripti sic habent : *et suis apertius crim. denot.* Basilica, καὶ τοῖς ἰδίοις φανερώτερον ἐγκλήμασι σημειούσθωσαν.

(4) *Exurantur.* Similiter Arii, Porphyrii, et aliorum hæreticorum libri lege Constantiniana comburuntur, quæ exstat apud Socratem *Histor. Ecclesiast.* lib. I, cap. 6. Hujus constitutionis etiam meminit Evagrius lib. I, cap. 12 ; Nicephor. Callist. lib. XIV, cap. 36, et Jul. Poll. loco sup. citato. Per contrarium principum edictis feralibus Christianorum scripta igne consumpta ; quod de B. Dionysii Areopagitæ libris proditum est in Synaxario Græcorum. Diocletianus et Maximianus apud patriarcham juris Mosaici et Romani tit. 15, de Manichæis eorumque scriptis (Christianos sine dubio eis infensissimi principes tollere et eorum scripta ignibus eorumpere cogitabant) : *Jubemus namque auctores quidem ac principes una cum abominandis scripturis eorum severiori pœnæ subjici, ita ut flammeis ignibus exarantur.* Ejus severitatis meminit Arnobius I. advers. Gentes : *Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerint dari ?* Querantur Optatus, et locis aliquantulis Augustinus. Protagoræ Atheniensis profane de divinitate disputantis libri in concione combusti sunt, Minuc. in Octavio.

(5) *Absque periculo.* Nec enim punientur, tametsi eo potuerint crimen et accusationem perficere.

Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς Αὐγουστοι Ὁρμίσδᾳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Θεσπίζομεν πάντα ὅσα ὁ Πορφύριος ὑπὸ τῆς αὐτομανίας ἐλαυνόμενος, ἢ ἕτερός τις κατὰ τῆς εὐσεβοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας συνέγραψε παρ' οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα, πυρὶ παραδίδοσθαι· πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα τὸν Θεὸν εἰς ὀργὴν συγγράμματα, καὶ ψυχὰς ἀδικοῦντα, οὐδὲ εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα.

Ἔτι θεσπίζομεν τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, ἢ τῇ αἱρέσει αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοί, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων τῶν ἑπομένων τῇ εὐσεβεῖ ἡμῶν νομοθεσίᾳ δίχα φόβου καὶ βλάβης δηλοῦν αὐτοὺς καὶ ἐλέγχειν. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς ἡμῶν ἀκοὰς, ὡς τινες διδασκαλίας συνέγραψαν· καὶ ἐξέθεντο ἀμφιβόλους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων Πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, τοῦ γενομένου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας πόλεως ἐπισκόπου· κελεύομεν τὰ μὲν γενόμενα τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ πρὸ τούτου, ἢ καὶ νῦν ἐμπιπρᾶσθαι, καὶ διαφερόντως τὰ Νεστορίου, καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδίδοσθαι, ὥστε μηδὲ εἰς ἀνάγνωσίν τινος ἐλθεῖν, τῶν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα ἤτοι βιβλία ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν ἀντεχομένων εἰς ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων, τοῦ δὲ λοιποῦ μηδενὶ ἐξεῖναι παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καθάπερ εἰρήκαμεν, τὴν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ λέγειν τι ἢ διδάσκειν.

Α'. Ὁ δημοσίᾳ παρόντος πλήθους διατυπούμενος περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεῖται· εἰ δὲ ὑπὸ στρατείαν, ἀποζώννυται. Οἱ δὲ λοιποὶ, ἐλεύθεροι μὲν ὄντες, τῆς βασιλίδος πόλεως ἐκβάλλονται, πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ δικαστῇ σωφρονιζόμενοι· δοῦλοι δὲ σφοδρῶς ἐπιστρέφονται.

Imp. Theodosius et Valentinianus AA. Hermisdæ PP.

Sancimus ut quæcunque Porphyrius, propria exagitatus insania, vel quivis alius adversus piam Christianorum religionem conscripsit, apud quemcunque reperiantur, igni tradantur. Cuncta enim scripta, quæ Deum ad iram movent, et animas vitiant, ne ad hominum quidem aures pervenire volumus.

Præterea sancimus ut qui fidem impiam Nestorii æmulantur, aut nefariam ejus doctrinam sectantur, siquidem episcopi sint, aut clerici, ecclesiis sacrosanctis ejiciantur: si vero laici, anathemate feriantur, potestatem habentibus quibuslibet orthodoxis, qui pias legis nostræ sectatores sunt, ut illos absque metu (6) et damno (7) denuntient ac insimulent. Quoniam vero ad pias aures nostras pervenit, aliquos doctrinas conscripsisse et exposuisse quasdam ambiguas, nec accurate congruentes cum fide orthodoxa SS. Patrum, sacra synodo exposita, qui Nicææ ac Ephesi convenerunt, et a Cyrillo piæ memoriæ, qui magnæ Alexandrinorum urbis episcopus fuit: jubemus, ut quæcunque fuerint ejusmodi scripta, vel antehac, vel nunc, et præcipue Nestorii, sic comburantur, et plenæ abolitioni tradantur, ut in neminis lectionem veniant, atque iis, qui talia scripta sive libros habere ac legere sustinent, ultimum supplicium formidantibus, nemini deinceps licent præter expositam fidem, ea diximus, Nicææ atque Ephesi, quidquam dicere vel docere.

IV. Qui publice, multitudine præsente, de Christiana fide tractat (8), si clericus est, deponitur: sin militat (9), cingulo spoliatur (10): cæteri, si liberi sint, ex urbe imperatoria ejiciuntur, prout visum judici fuerit, castigandi: servi vero acriter puniuntur.

Annibalis Fabroti notæ.

(6) *Absque metu.* Calumniæ.

(7) *Et damno.* Sine sumptu, ut apud Justinianum *Inst. quib. alienare licet, vel non, Sine omni damno.* δίχα πάσης δαπάνης, Theoph. Lex est Marciani quæ integra exstat Concilii Chalcedonensis parte 3, c. 3, unde maluit exscribere Facundus Hermianensis lib. XII, cap. 2, quam ex Justiniani cod. in qua epitomata legitur: *Marcianus quoque imperator, ait, post sacerdotum sententiam aliquid tractare impium duxit atque sacrilegum, nec cuiquam semel, judicata recteque deposita revolvere, et de his publice disputare permisit, qui suo edicto omnibus discussionem eorum quæ Chalcedone judicata sunt negans: vere ait, impius et sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ est, in medio et perspicuo die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ultrovina discutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel clericus, vel militans, et alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana, publice congregatis populis et audientibus, tractare præsumat in posterum, ex hoc* (perperam apud Facundum legitur, in posterum, et hoc tum), *tumultus et perfidiæ occasionem requirens. Nam injuriam facit judicio religiosissimæ synodi, si quis semel judicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contendit. Et infra, postquam diversas pro transgressorum conditione statuit pœnas: Universa ergo, inquit, quæ a sancta synodo Chalcedonensi statuta sunt custodiri debeant, nihil postea dubitari. Hoc itaque nostræ commoniti tranquillitatis edicto abstinete profanis vocibus, et ulterius desinite de divinis disputare, quod nefas est, quia non solum divino judicio peccatum hoc prout credimus punitur, verum etiam legum et judicum auctoritate coercebitur.* B. Chrysostomus apud auctorem Catenæ in Joannem cap. 20. τοῦτο γάρ ἐστι πίστεως, τὸ τὰ μὴ ὁρώμενα δέξασθαι. Ἔστι γὰρ πίστις, etc., Heb. II.

(8) *Qui publice tractat.* Balsamon ad canonem 64, syn. 6 in Trullo: Καὶ τὸ δ' γὰρ κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ α' τῶν Βασ. φησὶ· Μηδεὶς ἢ κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, στρατευόμενος, ἢ ἄλλος οἱοσδήποτε πληθὺν συνάγων δημοσίᾳ περὶ τῆς πίστεως διαλεγέσθω. Vox μοναχὸς non exstat in Basilicis, nec in cod. Justiniani.

(9) *Sin, militat.* In lib. IV: *Nemo clericus, vel militans.* Sic libri veteres, et Facundus, et edd. Brodæi et Menagii.

(10) *Cingulo spoliantur*, exauctorantur. Cæsarius p. 557, tom. I.

V. Expositio fidei orthodoxæ, atque exsecratio Nestorii et Eutychis, tum quod ii, qui cum eis sentiunt, hæretici sint, et castigentur.

VI. Similis orthodoxæ fidei expositio, et Eutychis atque Apollinarii exsecratio.

VII. Similis est præcedenti recipiens sancta quatuor concilia, et anathematismos ac segregationes ab eis promulgatas confirmans. Inter cætera dicit primum esse inter omnes sacerdotes papam Romanum.

Epistola papæ ad Justinianum, continens ea quæ ab eo scripta sunt de fide orthodoxa, quæ huic epistolæ subjiciuntur.

De orthodoxa fide.

Et ita se habet :

Imperator Justinianus Augustus. Cum recta et reprehensionis expers fides, quam prædicat sanctissima Dei catholica et apostolica Ecclesia, nullo modo novationem admittat, nos sanctorum apostolorum, et eorum, qui post eos in sanctis Dei Ecclesiis spectabiles fuere, dogmata sequentes ; recte nos facturos existimavimus, si cunctis manifestum faceremus, quo pacto de spe, quæ in nobis est, affecti sumus; insistentes vestigiis traditionis et confessionis sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ. Quippe credentes in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus personis adoramus, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem unius essentiæ. In extremis autem diebus confitemur unigenitum Dei Filium, Deum de Deo, ante sæcula et sine tempore genitum ex Patre, Patri cœternum, eum ipsum, ex quo omnia, et per quem omnia, degressum e cœlis, incarnatum esse de Spiritu sancto et sancta, gloriosa perpetuaque Virgine Maria, et hominem esse factum, crucemque pertulisse, sepultum esse, resurrexisse die tertio : unius et ejusdem miracula cruciatusque, quos sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Non enim alium Deum Sermonem, et alium Christum novimus : sed unum et eumdem, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et eumdem nobis consubstantialem secundum humanitatem. Quippe Trinitas mansit Trinitas, etiam post incarnatum Deum Sermonem, qui unus est ex Trinitate. Non enim adjectionem quartæ personæ sancta Trinitas admittit. Quæ cum ita se habeant, anathemate damnamus omnem sectam, et præcipue Nestorium adoratorem hominis, dividentem unum illum Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium, Deumque nostrum, nec confitentem proprie ac secundum veritatem, quod sancta, gloriosa, perpetua Virgo Maria sit Deipara : sed tradentem, quod alius sit ille natus ex Deo Patre Deus Sermo, et alius ille natus ex sancta perpetuaque Virgine Maria, qui per gratiam et necessitudinem cum Deo Sermone, factus sit Deus. Neque vero duntaxat hunc, sed etiam mente captum illum Eutychem, qui apparentiam introducit, et veram illam incarnationem ex sancta perpetua Virgine

Ε'. Ἔκθεσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ἀναθεματισμὸς Εὐτυχοῦς, καὶ Νεστορίου, καὶ ὅτι οἱ φρονοῦντες τὰ αὐτῶν αἱρετικοί εἰσι, καὶ σωφρονίζονται.

Ϛ'. Ὁμοία ἔκθεσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ἀναθεματισμὸς Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου.

Ζ'. Ὁμοία τῆς πρὸ αὐτῆς, ἀποδεχομένη τὰς ἁγίας συνόδους, καὶ βεβαιοῦσα τοὺς παρ' αὐτῶν ἀναθεματισμοὺς καὶ ἀφοριαμούς. Φησὶ δὲ ὅτι πρῶτός ἐστι πάντων τῶν ἱερέων ὁ πάπας Ῥώμης.

Ἐπιστολὴ τοῦ πάπα πρὸς Ἰουστινιανὸν, ἀποδεχομένη τὰ παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως γραφέντα, ἃ τῇ ἐπιστολῇ ὑποτέταχται.

Περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Καὶ ἔχει ῥητὸν οὕτως ·

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος. Τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἥνπερ κηρύττει ἡ ἁγιωτάτη τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, κατ' οὐδένα τρόπον καινισμὸν δεξαμένης, ἀκολουθοῦντας ἡμεῖς τοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους διαπρεψάντων ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις διδάγμασι, δίκαιον ᾠήθημεν ἅπασι ποιῆσαι φανερὸν, ὅπως ἔχομεν περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, ἀκολουθοῦντες τῇ παραδόσει καὶ ὁμολογίᾳ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Πιστεύοντες γὰρ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦμεν · μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, Τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, σταυρόν τε ὑπομεῖναι, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ · ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα · ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἔμεινε γὰρ ἡ Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου · οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία Τριάς. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν καὶ ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον· ἀλλὰ ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς τὸν Λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον Θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ Εὐτυχῆ τὸν φρενοβλαβῆ, τὸν φαντασίαν εἰσάγοντα, ἀρνούμενόν τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κατὰ πάντα

τον ὁμοούσιον ἑαυτῷ τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον, τὸν ἄνουν λέγοντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν· καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντα τῇ ἀνθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτὰ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας. Εἰ γάρ τινες μετὰ ταύτην καὶ ἡμῶν προαγόρευσιν καὶ τὴν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἡμῶν ἐπισκόπων πληροφορίαν εὑρεθῶσι τοῦ λοιποῦ γνώμης ἐναντίοι ὄντες, μὴ προσδοκήσωσι συγγνώμης ἀξιωθῆναι. Κελεύομεν γὰρ τοὺς τοιούτους ὁμολογουμένους αἱρετικοὺς τῷ πρεπόντι ὑποβάλλεσθαι σωφρονισμῷ.

A Mariæ Deiparæ inficiatur, hoc est, ipsam salutem nostram; neque confitetur eumdem per omnia Patri consubstantialem secundum divinitatem, et nobis consubstantialem secundum humanitatem. Eodem modo et Apollinarem animæ exterminatorem, qui tradit Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium, ac Deum nostrum, mente carere; confusionemque sive commistionem introducit in unigeniti Filii Dei inhumanatione. Universos denique, qui horum opiniones secuti sunt, vel sequuntur. Quippe si qui post hanc nostram præmonitionem, et religiosissimorum singulis in locis episcoporum nostrorum affirmationem, reperti deinceps fuerint esse contrariæ sententiæ, non exspectent futurum, ut veniam impetrent. Jubemus enim tales, veluti confessos hæreticos, animadversioni competenti subjici.

Ὁμοίως καὶ ἔχει τὸ ῥητὸν οὕτως.

B Et similiter se habet quod dictum est hoc modo.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντινουπολίταις.

Idem Imp. Constantinopolitanis.

Τὸν Σωτῆρα καὶ Δεσπότην τῶν ὅλων Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν θεραπεύοντες διὰ πάντων σπουδάζομεν, ὅσον ἐνδέχεται νοῦν καταλαμβάνειν ἀνθρώπινον, μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν. Καὶ εὑρόντες τινὰς τῇ νοσομανίᾳ κρατουμένους τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον εἰπεῖν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν· ἐσπεύσαμεν τούτους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν διδαχθῆναι πίστιν. Οἱ δὲ, ἀγιάτως ἔχοντες, περιέρχονται, καθὰ μεμαθήκαμεν, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράσσοντές τε καὶ σκανδαλίζοντες, καὶ ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας λέγοντες. Ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν καταλῦσαι μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας, σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν ὅπως τε δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία, κηρύττουσι δὲ οἱ ταύτης ὁσιώτατοι ἱερεῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι φανερὰ καθιστῶμεν τὰ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, οὐ καινίζοντες πίστιν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν· ὅπερ ἤδη καὶ ἐν προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες, πᾶσι κατάδηλον ἐποιήσαμεν. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς ἅγιον Πνεῦμα, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, Τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινὸν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν σαρκωθῆναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου Μαρίας· καὶ ἐνανθρωπῆσαι, σταυρόν τε ὑπομεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἐνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε πάθη καὶ τὰ θαύματα ἅπερ ὑπέμεινεν ἑκουσίως ἐν σαρκὶ, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα

Servatorem ac Dominum hujus universi Jesum Christum verum Deum nostrum colentes per omnia, studiose damus operam, quantum ejus humana mens assequi potest, ut demissionem ejus imitemur. Cumque nonnullos invenerimus, qui morbo ac furore implorum Nestorii et Eutychis, hostium Dei, et sanctæ catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ, detinentur: inficiantes se sanctam illam, gloriosam, perpetuam Virginem Mariam, proprie ac secundum veritatem dicere Deiparam; id operam dedimus, ut hi rectam Christianorum fidem edocerentur. Alii cum incurabiles sint, errorem suum tegentes circumeunt, uti quidem accepimus, simpliciorum animos conturbantes et offendentes, ac proferentes sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ contraria. Quamobrem necessarium duximus, tam hæreticorum mendacia dissipare, quam universis explicare, quomodo sentiat sancta Dei et catholica atque apostolica Ecclesia, et ejusdem sanctissimi sacerdotes prædicent. Quorum vestigia nos etiam sequentes, manifestamus ea, quæ de spe, quæ in nobis est, sentimus: non fidem innovantes, (absit hoc) sed coarguentes illorum insaniam, qui eadem cum impiis istis hæreticis sentiunt: quod quidem et in primordiis imperii nostri cum faceremus, satis omnibus animum nostrum declaravimus. Quippe credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, et in Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem unius essentiæ. In extremis autem diebus confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium, Deum verum ex Deo vero, ante sæcula et sine tempore genitum ex Patre, Patri coæternum, cum ipsum, ex quo omnia, et per quem omnia, degressum e cœlis, incarnatum esse de Spiritu sancto, et sancta, gloriosa, perpetuaque Virgine Maria, et hominem esse factum, crucemque pro nobis pertulisse sub Pontio Pilato, sepultum esse, resurrexisse die tertio: unius et ejusdem miracula et cruciatus, quos

spente in carne sustinuit, agnoscentes. Non enim aliam Deum Sermonem, et alium Christum novimus, sed unum et eumdem, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et eumdem nobis consubstantialem secundum humanitatem. Quippe sicut in divinitate (11) perfectus est, ita perfectus idem est et in humanitate. Nam personalem unionem recipimus et confitemur. Quippe Trinitas manet Trinitas, etiam post incarnatum Deum Sermonem, qui unus est ex Trinitate. Non enim adjectionem quartæ personæ sancta Trinitas admittit. Quæ cum ita se habeant, anathemate damnamus omnem sectam, et præcipue Nestorium adoratorem hominis, et opiniones ejus secutos vel sequentes, qui dividunt unum illum Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium, Deumque nostrum, nec proprie ac secundum veritatem confitentur, quod sancta, gloriosa, perpetua Virgo Maria sit Deipara, id est, Dei Mater, sed duos filios tradunt, alium natum illum ex Patre Deum Sermonem, et alium natum illum ex sancta, perpetua Virgine, Deipara Maria : qui per gratiam, et affectionem, et necessitudinem cum Deo Sermone, factus sit Deus : quique negant nec confitentur Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, Deumque nostrum, incarnatum, et hominem factum, et crucifixum, esse unum in illa sancta et consubstantiali Trinitate. Nam hic solus est, qui una cum Patre ac Spiritu sancto adoratur et glorificatur. Anathemate damnamus et mente captum illum Eutychem, et opiniones ejus secutos ac sequentes, qui apparentiam introducunt, et veram illam nativitatem Domini ac Servatoris nostri J. C. ex illa sancta Virgine Deipara Maria, hoc est, ipsam salutem nostram, inficiantur, neque confitentur, eum per omnia Patri consubstantialem secundum divinitatem, et nobis consubstantialem secundum humanitatem. Eodem modo et Apollinarem animum exterminatorem, et opiniones ipsius secutos vel sequentes, qui tradunt Dominum nostrum J. C. Dei Filium, ac Deum nostrum, mente carere; confusionemque sive commistionem introducant in unigeniti Filii Dei inhumanatione. Universos denique, qui horum opiniones secuti sunt, vel sequuntur.

καὶ τὸν αὐτὸν, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὡς γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. Τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Μένει γὰρ Τριὰς ἡ Τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου. Οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία Τριάς. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν · ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς τε καὶ φρονοῦντας, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον καὶ ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον, τουτέστι μητέρα Θεοῦ, ἀλλὰ δύο Υἱοὺς λέγοντας, ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας · χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον καὶ Θεὸν αὐτὸν γεγεννῆσθαι. Καὶ ἀρνουμένους καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν Δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα, ἵνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀναθεματίζομεν δὲ καὶ Εὐτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντάς τε καὶ φρονήσαντας, τοὺς φαντασίαν εἰσάγοντας, ἀρνουμένους τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντες αὐτὸν γνήσιον ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολιναρίου τὸν ψυχοφθόρον, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας · τοὺς δύο λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ · καὶ πάντας, τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντάς τε ἢ φρονοῦντας.

Idem perscriptum Ephesiis, idem Cæsariensibus, idem Cyzicenis, idem Amideuis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apamensibus, Justinopolitanis, Theopolitanis, Sebastenis, Tarsensibus, Ancyranis.

Τὸ αὐτὸ Ἐφεσίοις · τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσι · τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς · τὸ αὐτὸ Ἀμιδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Ἱεροσολυμίταις, Ἀπαμεῦσιν, Ἰουστινοπολίταις, Θεουπολίταις, Σεβαστινοῖς, Ταρσεῦσιν, Ἀγκυρανοῖς.

Idem imp. Epiphanio (12), *sanctissimo ac beatissimo, archiepiscopo urbis hujus regiæ, et universali patriarchæ.*

Scire volentes sanctitatem tuam omnia, quæ ad statum ecclesiasticum spectant, necessarium duximus, his ad eam sacris apicibus uti, ac per eos ipsi

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶντα κατάστασιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι

Annibalis Fabroti notæ.

(11) *Quippe sicut in divinitate.* Facundus ita vertit : *Nam sicut est in deitate perfectus, ita idem in humanitate perfectus est.*

(12) *Idem imp. Epiph.* Facundus episcop. lib. II hujus constitutionis meminit, et ita vertit : *Scire volentes tuam sanctitatem omnia quæ ad ecclesiasticum statum respiciant.*

τεί, θείαις συλλαβαῖς, καὶ δι' αὐτῶν δῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα. Εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προσεθήκαμεν ἔδικτον, ὅπερ καὶ ἡ σὴ γινώσκει ἁγιωσύνη· δι' οὗ τὴν τῶν Νεστοριανῶν αἱρετικῶν μανίαν ἐλέγξαμεν· οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες, ἢ ἐναλλάττοντες, ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν οὖν Θεῷ κρατούσης ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καθὰ καὶ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης· ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάττοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν, τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ πατριάρχην, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γράφομεν· οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ Θεοῦ ἱερέων· καὶ ἐπειδὴ ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ καὶ τῇ ὀρθῇ κρίσει ἐκείνου τοῦ σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. Ἐκ γὰρ τῶν παρουσῶν θείων συλλαβῶν μαθήσεται ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὰ παρ' ἡμῶν προτεθειμένα· ἐφ' ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς νοεῖν ἢ ἑρμηνεύειν τὰ παρ' ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἤδικτῳ λεχθέντα ἐκ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν ἐλέγχεσθαι συλλαβῶν. Ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἀντειπεῖν Ἰουδαϊκῶς ἐθάρρησαν πρὸς τὰ παρὰ πάντων τῶν ἱερέων ὀρθῶς κρατούμενα καὶ δοξαζόμενα καὶ κηρυττόμενα, ἀρνούμενοι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκὶ τὸν αὐτὸν, ἀπαθῆ τῇ θεότητι. Παραιτούμενοι δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, δῆλοί εἰσι καὶ ἐλέγχονται τῇ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ἀκολουθοῦντες πονηρᾷ διδασκαλίᾳ, κατὰ χάριν αὐτὸν λέγοντες Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγοντες· οὓς ἀναθεματίζομεν, καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολι-

manifesta facere, quæ mota sunt; licet ei perspecta esse persuasi simus. Quippe repertis quibusdam alienis a sancta catholica et apostolica Ecclesia, qui errorem impiorum, Nestorii et Eutychis, sequuntur, eorumque blasphemiis utuntur; sacrum edictum proposuimus, quod ad tuæ quoque sanctitatis notitiam pervenit, quo hæreticorum insaniam refutavimus, nulla re prorsus immutata; nec quidquam immutantes, aut prætermittentes, quod ad statum ecclesiasticum spectet, qui adjuvante Deo hactenus obtinuit, sicut et tua novit beatitudo; sed per omnia statum unionis sanctissimarum Ecclesiarum erga sanctissimum Romæ veteris papam et patriarcham custodientes, ad quem his etiam similia (13) perscripsimus. Nec enim patimur, ut aliquid eorum, quæ ad statum ecclesiasticum pertinent, non etiam ad ipsius beatitudinem referatur, cum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum; et quotiescumque his in partibus hæretici fuerunt enati, per sententiam rectumque judicium illius venerabilis sedis aboliti sint. Nimirum ex præsentibus sacris apicibus nostris, tua sanctitas a nobis proposita cognoscet, ut ii, qui male intelligere, vel interpretari, recte a nobis in edicto prodita conantur: ex præsentibus sacris apicibus nostris refutentur. Pauci quidam infideles, et alieni a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia, Judaice contradicere ausi sunt iis, quæ ab omnibus sacerdotibus recte tenentur, probantur, et prædicantur, negantes Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum illum Dei Filium, Deumque nostrum, qui de Spiritu sancto et sancta, gloriosa, perpetua Virgine, Deiparaque Maria est incarnatus, et homo factus, et crucifixus, esse unum ex illa sancta et consubstantiali Trinitate, qui una cum Patre ac Spiritu sancto adoratur et glorificatur, consubstantialis Patri secundum divinitatem et consubstantialis nobis secundum humanitatem, carnis ratione cruciatibus obnoxius, et idem divinitatis ratione nullis cruciatibus obnoxius. Dum autem fateri recusant Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum illum Dei Filium, Deumque nostrum, esse unum ex illa sancta et consubstantiali Trinitate: palam redarguuntur illius impii Nestorii pravam doctrinam sequi, dum secundum gratiam dicunt eum Dei Filium, atque alium esse Deum Sermonem, alium Christum tradunt. Quos sane, cum ipsorum dogmatis et iis, qui opiniones eorum secuti sunt, vel sequuntur, anathemate damnamus, velut alienos a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia. Omnes enim sanctæ catholicæ Ecclesiæ sacerdotes, et reverendissimi sanctorum monasteriorum archimandritæ, sancto-

Annibalis Fabroti notæ.

(13) *Ad quem his etiam similia.* Quæ inseruntur epistolæ Joan. papæ, sive archiepiscopi Rom. ad imp. Justinianum, quam temere quidam codice Justiniano ejicere conati sunt: exstat enim et in libris veteribus et in Basilicis, ejusque meminit Liberatus Breviarii cap. 20. Epistolæ autem Justiniani ad Joannem I P. præter alios Hermannus Contractus in Chronico: *Romæ*, inquit, *Joannes sec., qui et Mercurius, papa quinquagesimus octavus, sedit annis 2 mens. 4. Ad hunc Justinianus Ω de fide sua litteras et donaria S. Petro transmisit.* Anastas. Bibliothec. in Joanne II: *Ipsis diebus obiit Christianissimus imperator Justinianus Augustus beato Petro apostolo scyphum aureum*, etc.

rum Patrum traditionem sequentes, cum nihil penitus immutarint, vel immutent in eo statu ecclesiastico, qui hactenus (uti dictum est) durat; uno consensu confitentur, atque glorificant, prædicantes Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium, Deumque nostrum, ante sæcula et sine tempore de Patre natum, extremisque diebus degressum e cœlis, et incarnatum de Spiritu sancto et sancta, gloriosa, perpetua Virgine, ac Deipara Maria, et hominem factum, et crucifixum, unum esse de sancta et consubstantiali Trinitate. Quippe novimus eum consubstantialem Patri ratione divinitatis, et eumdem nobis consubstantialem ratione humanitatis: cruciatibus obnoxium ratione carnis, et nullis cruciatibus obnoxium ratione divinitatis. Nam uti perfectus est in divinitate, sic idem perfectus est in humanitate. Quippe personalem unionem recipimus et confitemur. Et quoniam unigenitus ille Filius ac Sermo Dei, ante sæcula et sine tempore de Patre natus, idemque diebus extremis de cœlis degressus, et incarnatus de Spiritu sancto, et sancta, gloriosa, Deipara Maria, et homo factus, ipse videlicet Dominus noster Jesus Christus, proprie ac vere Deus est; ideo sanctam quoque, gloriosam, perpetuam Virginem Mariam, proprie ac vere Matrem Dei dicimus: non quasi Deus ille Sermo principium ex ea sumpserit, sed quod extremis diebus de cœlis degressus sit, et ex ipsa incarnatus, et natus, et homo factus, quem confitemur, uti dictum est, Patri consubstantialem esse secundum divinitatem, et eumdem nobis consubstantialem esse, secundum humanitatem: ejusdem miracula et cruciatus, quos in carne sponte sustinuit, agnoscentes. Hæc ergo sunt, quibus per sacrum illud edictum nostrum expositis, hæreticos confutavimus: cui sacro edicto etiam omnes hic inventi sanctissimi episcopi, et reverendissimi archimandritæ, una cum sanctitate tua subscripserunt, per omnia sequentes sancta quatuor concilia, et ea, quæ a quolibet illorum sancita sunt; hoc est, a concilio Nicæno Patrum 318 et a celebrato in hac urbe imperatoria Patrum 150 et ab Ephesino primo, et a Chalcedonensi: cum universis constet, nos omnibus, qui nobiscum sunt, sanctæ atque apostolicæ Ecclesiæ fidelibus traditam fidei definitionem, hoc est, sacrosanctum documentum sive symbolum, retinere atque custodire, sanctis a Patribus illis 318 expositum, quod etiam congregati hac in urbe imperatoria 150 sancti Patres explanatione adhibita declararunt; non quod aliquid ei deesset, sed ea de causa, quod veritatis hostes partim Spiritus sancti divinitatem reprobare conati essent, partim veram Dei Sermonis incarnationem ex sancta, perpetua Virgine, Deipara Maria negassent. Idcirco Scripturæ testimoniis sacrosanctum hoc documentum indicati 150 sancti Patres explanatione adhibita declararunt. Idem et omnes aliæ sanctæ synodi, videlicet Ephesina prima, et Chalcedonensis, eamdem fidem secutæ, receperunt et conservarunt; ac sanctam illam, gloriosam,

A κῆς Ἐκκλησίας. Πάντες γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῶν εὐλαβῶν μοναστηρίων ἀρχιμανδρῖται ἀκολουθοῦντες τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδόσει, καὶ μηδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες τῆς μέχρι νῦν, καθὰ εἴρηται, ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, συμφώνως ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι, κηρύττοντες τὸν Δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος· ὁμοούσιον
B γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸν σαρκὶ τὸν αὐτὸν, ἀπαθῆ θεότητι. Ὡς γὰρ ἐστὶν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. Τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, ὁ αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσας· τουτέστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεός ἐστι· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν καὶ ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν κυρίως καὶ
C κατὰ ἀλήθειαν μητέρα τοῦ Θεοῦ λέγομεν· οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγον τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος, καὶ ἐνανθρωπήσαντος· ὁμολογοῦμεν, καθὰ εἴρηται, ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τοῦ αὐτοῦ καὶ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ γινώσκοντες. Ταῦτα τοίνυν ἐστὶν, ἅπερ διὰ τοῦ θείου ἡμῶν εἰρηκότες ἤλέγξαμεν· ᾧτινι θείῳ ἤλέγξαμεν καὶ
D πάντες οἱ εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι, καὶ εὐλαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται ἅμα τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ καθυπέγραψαν, ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέτρασι συνόδοις, καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι, τουτέστι τῆς τε ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη', καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν ρν', καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῆς πρωτέρας, καὶ τῆς Χαλκηδόνος· δήλου πᾶσι καθεστῶτος ὅτι τὴν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν τοῖς πιστοῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα, ἤτοι σύμβολον, κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ἑκτὼ ἁγίων Πατέρων ἐκτεθὲν· ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἅγιοι Πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν· οὐχ ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ Θεοῦ

λόγου ἠρνήσαντο. Διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα οἱ εἰρημένοι ἁγιωτάτοι Πατέρες Θεὸν σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν. Τοῦτο καὶ αἱ ἄλλαι ἅπασαι ἁγίαι σύνοδοι, τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρότερα καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι, τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι, ἐδίδαξαν καὶ ἐφύλαξαν, καὶ τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον ἐκήρυξαν, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν Θεοτόκον ἀνεθεμάτισαν. Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισαν καὶ τὸν ἕτερον σύμβολον ἢ ἅγιον μάθημα παραδιδόντας παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν τριῶν ἁγίων Πατέρων ἐκτεθὲν, σαφηνισθὲν δὲ καὶ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων. Καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ πρότερα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καθεῖλέ τε καὶ ἀνεθεμάτισε, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἀνεθεμάτισεν· ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας ἢ συναινοῦντας, καὶ πάντας δὲ τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀνεθεμάτισεν. Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισε καὶ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας. Ἡ αὐτὴ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς Ἀρμενίους γραφεῖσαν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν Δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς ἐδέξατό τε καὶ ἐβεβαίωσεν. Εἰ γὰρ τὰς εἰρημένας δὴ ἁγίας συνόδους παρεξέλθωμεν, ἢ τὰ παρ' αὐτῶν διατυπωθέντα, δίδομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσι παρ' αὐτῶν αἱρετικοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν δόγμασι τὴν ἑαυτῶν λοιμὴν πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐνδείκνυσθαι· ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται πραχθῆναί ποτε· μὴ γένοιτο. Ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι τέσσαρες ἁγίαι σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ τὰ τούτων δόγματα ἐξέβαλον· καὶ εἴ τις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων συνόδων ἀμφιβάλλοι, πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα φρονῶν τὰ δόγματα, τὰ παρ' αὐτῶν ἐκβληθέντα τε καὶ ἀνατεθεματισθέντα. Μηδεὶς τοίνυν ὑμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος, ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐπράξαμεν, ἢ πράξομεν, ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν, ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν ἁγίων αὐτῶν τεσσάρων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς Ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. Πάντας γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν

A perpetuam Virginem Mariam, Deiparam prædicarunt, et anathemate damnarunt, qui eam non confiterentur esse Deiparam. Consimiliter et illos anathemati subjecerunt, qui aliud symbolum sacrumve documentum traderent, præter id, quod a sanctis 318 Patribus expositum, explanatum declaratumque fuit a 150 sanctis Patribus, qui hac in urbe imperatoria convenerunt. Et prima quidem Ephesina synodus impium illum Nestorium, ejusque dogmata abrogavit et anathemate damnavit; eodemque damnavit et illos anathemate, qui ejus opiniones vel secuti essent, vel sequerentur; quive cum eo consensissent, aut consentirent. Sanctum vero Chalcedonense concilium abrogavit, et sanctis Dei ecclesiis ejecit, atque anathemate damnavit, tum impium B illum Eutychem, ejusque dogmata, tum ejus opiniones secutos, vel sequentes, et qui cum eo vel consensissent, vel consentirent; atque omnes etiam hæreticos eorumque dogmata cum iis, qui opiniones ipsorum amplexi essent, vel amplecterentur; quive cum eis consensissent, aut consentirent, anathemate percussit. Consimiliter et Nestorium anathemati subjecit, ejusque dogmata; cum iis, qui opiniones ipsius amplexi essent, vel amplecterentur; quive cum eo consensissent, aut consentirent. Eadem sacra Chalcedonensis(14) synodus etiam magni illius Procli epistolam ad Armenios scriptam, qua tractatur, dici debere, quod Dominus noster Jesus Christus, Filius ille Dei, Deusque noster, unus sit ex sancta Trinitate, per relationem suam recepit et C confirmavit. Nimirum si extra quatuor indicata sanctas synodos, vel ab eis sancita, deflectimus licentiam hæreticis, quos illæ destruxerunt, et dogmatibus eorum concedimus, pestem suam sancti Dei Ecclesiis ostentandi. Quod absit, ut unquam fieri liceat. Quandoquidem indicatæ quatuor synod decretis suis tam ipsos hæreticos, quam eorum dogmata expulerunt: ac si quis de uno dictorum sacrorum conciliorum dubitet, is manifesto se prodi amplecti ea dogmata, quæ ab illis rejecta sunt, et anathemate damnata. Nemo igitur incassum nos turbet, spe vana subnixus, quasi nos aliquid adversus indicatas quatuor synodos admiserimus, vel admissuri simus, vel concessuri, ut admittatur; vel D toleraturi, ut earumdem sanctarum quatuor synodorum religiosa memoria de indicatis Ecclesiæ codicibus tollatur(15). Universos enim ab eis depositos, et anathemate damnatos, una cum depositorum dogmatibus, et iis, qui opiniones ipsorum amplexi sunt, vel amplectuntur, anathemati devovemus. Quamobrem oret pro nobis, et republica nostra,

Annibalis Fabroti notæ:

(14) *Eadem sacra Chalced.* Idem Facund. *Eadem vero sancta Chalcedonensis synodus, et magni Procli ad Armenios scriptam epistolam, de eo quod oporteat dicere Dominum Jesum Christum Filium Dei, et Deum nostrum, unum sanctæ Trinitatis, per suam relationem suscepit et confirmavit. Si enim prædictas sanctas quatuor synodos egrediamur, aut ab his disposita, damus facultatem hæreticis, qui depositi ab eis sunt, et eorum dogmatibus suam pestilentiam iterum in sanctas Dei Ecclesias ostentare.*

(15) *Codicibus tollatur.* Sexta synodus collat. 2: *Sanctas quatuor synodos majestas ipsius* (de Justiniano) *sacris diptychis inseri et publicari fecit.* V. Evagr. lib. IV, c. 11.

beatitudo tua, de instituto nostro, et studio erga fidem inculpatum, exponens et satisfaciens universis. Dat. VII. Kal. April. CP. Dn. Justiniano. PP. A. III Cos.

ρώτης σου, πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς διδάσκουσί τε καὶ πληροφοροῦσα. Datum VII. Kal. Apr. CP. Dn. Justin. PP. A. III. Cos.

VIII. Edictum, nomine Justiniani. *** Gloriosissimo..... Justiniano PP. Aug.

Τὸ δ' αὐτὸ, καὶ τὸ ὄνομα Ἰουστινιανοῦ.

Tituli I paratitla.

Καὶ ὅσα χαρτίτλα.

Lib. I, tit. 5, constitutio 15, cujus principium, *Conventicula*. In privatis ædibus nemo profana conventicula celebret.

Βιβλίον α', τίτλος γ', διάταξις ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Conventicula*. Ἐν συναγωγαῖς, ἐν οἰκίαις ἰδιωτικαῖς μηδεὶς ἐπιτελείτω συνάξεις κοινάς.

Libri I, tit. 5, constit. 23, cujus initium, *Quoniam*. Eutyches, et ab eo scelerate dicta, rejiciantur : Flavianus (16) autem, qui testimonio synodi Chalcedonensis ornatus est, velati recte credens, laudatur. Exstat in actis (17) synodi Chalcedonensis.

Βιβ. α', τίτλος γ', διάτ. κγ', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Quoniam*. Εὐτυχὴς καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ μυσαρῶς εἰρημένα ἐκβαλλέσθω. Φλαβιανὸς δὲ μαρτυρούμενος ἐκ τῆς συνόδου Χαλκηδόνος, ὀρθῶς πιστεύειν ἐπαινείσθω.

Lib. I, tit. 5, constit. 29, cujus principium, Οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις. Ne quidem apocrisiarius, monasterii (18), quamcunque in urbem venerit, de fide disceptet.

Βιβ. α', τίτλος γ', διάταξις κθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις* * [περὶ πίστεως, μηδὲ ἀποκρισάριος τοῦ] μοναστηρίου καθ' οἱανδήποτε πόλιν γινόμενος ἀμφισβητείτω.

Lib. I, tit. 5, constit. 8, cujus initium, *Quicunque*. Nicænam fidem quilibet amplectitor. Eutychis et Apollinaris opiniones nemo sequitor. Iidem neque peculiaria conventicula instituant, neque publice vel clam de hæresi sua disceptent.

Βιβ. α' τίτλος ε', διάταξις η', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quicunque*. Ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ, Ὁσιισθήκατε. Κατ' αὐτὴν πᾶς πιστευέτω. Τὰ δὲ Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου μηδεὶς φρονείτω. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι μήτε παρασυνάξεις ποιείτωσαν, μήτε δημοσίᾳ ἢ λάθρα περὶ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἀμφισβητείτωσαν.

Lib. I, tit. 5, constit. 12, cujus initium, *Hæreticos*. Cum liberos alteruter parentum vafi orthodoxos efficere, rata sit ejus sententia.

Βιβ. α', τιτ. ε', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hæreticos*. *Τοὺς αἱρετικούς*. Ἡνίκα τοὺς παῖδας εἷς τῶν γονέων ὀρθοδόξους βούλεται ποιεῖν, κρατείτω ἡ τούτου γνώμη.

Lib. III, tit. 12, constit. 2, cujus initium, *Omnes*. Omnia tribunalia, et urbana plebs, die Dominico (19) feriis agant : aulis autem agricolis (20) liceat ut operis suis intenti sint.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes*. *Πάντες*. Πάντα δικαστήρια καὶ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος ἐν Κυριακῇ ἀργείτωσαν. Μόνοις δὲ τοῖς γεωργοῖς ταῖς οἰκείαις ἐργασίαις προσκαρτερεῖν ἐξέστω.

Lib. III, tit. 12, constit. 5, cujus initium, *Quadraginta*. Nulla cognitio (21) criminalis in jejuniorum Quadragesima (22) exerceatur.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quadraginta*. Μηδεμία διάγνωσις ἐγκληματικὴ γυμναζέσθω ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τῶν νηστειῶν.

Annibalis Fabroti notæ.

(16) *Flavianus*. Sic leg. in l. XXIII, *C. de Epise. et cler.*, ex fide vet. codic. Vide infra tit. 5.

(17) *Exstat in act.* Act. 3.

(18) *Ne quidem apocrisi arius mon.* δὲ τὰ πραγματα πράττει τοῦ μοναστηρίου. V. ad l. XXIX eod.

(19) *Die Dominico*. Ex constit. Constantini, de qua Sozomen. lib. I, c. 8, et *Hist. Trip.* lib. I, c. 10. [Mirum sane Theodosianæ legi Constantinianas postponi.] Placet quoque Leoni ut abstineatur ab omni concertatione forensi, l. ult. eod. meminit Theodor. Lector.

(20) *Solis autem agricolis, Ne occasione mercenti percat commoditas cœlesti provisione concessa*, ut est in l. ult. *C. de fer.* Auctores Basilicorum ita efferunt : Ἄτοπόν ἐστιν αὐτοὺς κωλύεσθαι τῆς ἐκ τῶν ἀστέρων ἀπολαύειν εὐκαιρίας lib. VII, tit. 17, cap. 19. Scimus enim necessitati religionem cedere, ut scribit Servius ad illud Virgil. I Georg. :

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas et jura sinunt.

Quo loci idem Servius docet, quænam diebus festis sine piaculo fieri possint. Hoc tamen abrogavit Leo Philos. nov. 54. Sed et propter inopiam aut quam aliam necessitatem etiam die Dominico operari concessum esse scribit Balsamo ad can. concilii Laodic.

(21) *Nulla cognitio*. Festis diebus abstinebant supplicliis. Suetou. de Tiberii sævitia : *Nullus a pœna hominum cessavit dies : ne religiosus quidem ac sacer.* Tib. cap. 61.

(22) *In Jejuniorum quadrag.* Excipitur quæstio latronum, et maxime Isaurorum, l. X. C. eod. Isauros Scholiastes Harmenop. epitom. lib. I, tit. 4; § 9, in Regio codice interpretatur, τοὺς ἁρπαγας, τοὺς φονεῖς καὶ τοὺς κοσιαρίους. Quæ leguntur etiam in glossis Basilic. κοσιάριοι, sunt piratæ, qui et κουρσάριοι, hinc κουρσεύειν, pro prædari. Constantin. *Tactic.* p. ult. Κουρσεύσας γὰρ τὴν Συρίαν, καὶ κρατήσας αἰχμαλωσίαν καὶ πραΐδαν πολλὴν. Theophanes in Heraclio : Κουρσεύων καὶ πραιδεύων, et κοῦρσον apud eumdem Constant. tribus locis. Cedren. et Theoph. et κούρσευμα. Astrampsycus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ δηλοῖ αἰχμαλωσίαν καὶ κούρσευμα. De Isauris v. ad gloss. Basilicorum.

Βιβ. γ', τίτλος ιβ', διάταξις ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Τὰς ιε' ἡμέρας τῆς πασχαλίας, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γένναν, καὶ τὰ Θεοφάνεια, καὶ ἑκάστην Κυριακὴν, καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀποστόλων μνήμῃ. καὶ τὰ δικαστήρια, καὶ αἱ θέαι, καὶ αἱ τῶν ἀνωνῶν ἀπαιτήσεις, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτικῶν χρεῶν εἰσπράξεις, ἀργείτωσαν.

Lib. III, tit. 12, constit. 6, cujus initium, *Omnes.* Quindecim diebus paschalibus (23), et die natali Christi, et Epiphaniis, quolibet die Dominico, et in Apostolorum commemoratione, tam tribunalia cum spectaculis (24), quam annonariæ compulsiones, cum privatorum debitorum exactionibus, quiescant.

ΤΙΤΛΟΣ Β'.

Περὶ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ πραγμάτων αὐτῶν καὶ προνομίων.

TITULUS II.

De sacrosanctis ecclesiis, et rebus, et privilegiis earum.

Ἑρμηνεία Α'. Ἔξεστι τῷ βουλομένῳ καταλιμπάνειν ἐν τελευταίᾳ βουλήσει ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησιαις. Βεβαίας γὰρ εἶναι δεῖ τὰς τῶν τελευτώντων βουλήσεις.

I. Cuilibet in suprema voluntate sacrosanctis Ecclesiis relinquere licet. Quippe ratas oportet esse morientium voluntates.

Β'. Οὐ δεῖ θάπτειν ἐν ἐκκλησίαις ἀποστόλων ἢ μαρτύρων.

II. In ecclesiis apostolorum (25) vel martyrum (26) sepelire (27) non licet.

Γ'. Οὐ δεῖ πωλεῖν οὐδὲ ἀγοράζειν τοὺς ἁγίους μάρτυρας.

(21) *Capitali supplicio punitur.* Continuator Theophanis in Michaele Amoriens. : Ἀφαρπάζει τὴν παρθένον τοῦ ἀσκητηρίου, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀκοῦσαν ὑπηγάγετο. Ταύτης οὖν οἱ ἀδελφοὶ τῷ μεγαλῃ προσίασι, τὰ τοῦ δράματος διηγούμενοι. Ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ, εἰ οὕτως φωράσει ἔχουσαν τὴν ἀλήθειαν, τὴν βίαν τοῦ τετολμηκότος Εὐφημίου ἀποτεμεῖν κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν. In atrocioribus enim eadem severitate voluntas sceleris, qua effectus punitur. Donatus in Andriam, act. I, sc. 5 : *Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus, effectio est,* etc. Auctor libri contra hæresim Prædestinat : *Fit per arbitrium suum sine facto reus. Voluntas enim perfecta pro facti opere a justo judice reputatur : et implesse dicitur omnia qui quod potuit fecit.*

Raptori interdicitur matrimonio raptæ. Cap. Caroli M. lib. 4, c. 194, Capit. Caroli Calvi p. 60. Qui sanctimonialis. Imo tam raptor quam rapta capite plectitur, si postea rapta raptori nupserit. Synod. Turonica, II, c. 21 : *Statuimus ut nullus sacratam Deo virginem,* etc. p. 228, col. 2, in fin. tom. II concil., parte 2. Edictum Theodorici, § 17, *Raptorem.* Vide formulas solemnes editas cum cod. LL. Antiq. formula 81. Hodie jure pontificio consistit matrimonium, si rapta cum qua connubium est postea consenserit, cap. ult. extr. *De raptorib.* Vide Capit. Car. M. p. 21, 31, 181, et cap. Car. Calvi p. 60 : Zonaram ad can. 12, 4 synod. Chalced. Vide tom. I *Concil. Gall.* p. 337. Drusium in Sulpic. Sever. p. 76, Sozom. II, 3; Nicephorum, X, 39.

(22) *Diaconi.* Et subdiaconi, l. 4, c. h. t.

(23) *Exorcistæ.* Exorcistæ prætermissi sunt in Basilicis repetitæ prælectionis, auctore Bals. ad Phot. V. Wouuer. ad Minut. p. 155; de Exorcistis, vide quæ dixi ad Parat. Cujac. h. tit.

(24) *Ostiarii.* Dele ex d. l. VI, vocem, *acolythos.* quæ nec exstat in tribus codicibus Bals. nec in Basilic. nec in lib. vet.

(24*) Plenius Harmenop. hanc legem ita extulit : *Episcopi nec volentes. nec invito ad testimonium dicendum in jus vocari possunt, sed ad eos domum mittitur.* Pselius ad titulum 16 Synops. Attaliotæ : Ἀρχιερεὺς οὐ μαρτυρεῖ οὔτ' ἄκων, οὔθ' ἑκών πως. Sic Vestales : ex quibus intelligimus quæ sit horum verborum sententia in l. VII. c. eod.: *Nec honore, nec legibus episcopus ad testimonium flagitetur.* Dele ibi verbum, *dicendum*, quod deest in vet. exempl. Vide quæ dixi ad Cujac. Paratit. h. tit.

(25) *Sine tormentis.* Χωρὶς βασάνων, non torquentur.

(25*) In l. IX, c. eod. perperam legitur in quibusdam codicib. veteribus, etiam in optimo Bro-

Γ'. Ἐάν τινες ἐκκλησίᾳ ἢ ἐπισκόπῳ, ἢ κληρικῷ, ἢ ἄτοπόν τι πράξωσιν ἐν τῷ τόπῳ ἢ τῇ λειτουργίᾳ, παρὰ παντὸς πουβλίκως κατηγοροῦνται, καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται. κἂν ὁ ἐπίσκοπος παρορᾷ τὸ γεγονός. Εἰ δὲ ὑπερβαίνουσιν οἱ ἐπελθόντες τὴν πολιτικὴν διάταξιν, διὰ δημοσίων πραγμάτων ὁ ἄρχων στρατιώτας προσκαλεῖται.

ΙΑ'. Ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν χωρῶν, καὶ τῶν κωμῶν πρὸς τὸ μέγεθος ἐξ αὐτῶν καὶ οὐχ ἑτέρωθεν οἱ κληρικοὶ γίνονται, ὥστε συντελεῖν τὴν ἰδίαν κεφαλατίωνα καὶ τὸ δημόσιον.

ΙΒ'. Ὁ πολιτευόμενος, μετὰ παραγγελίαν γενόμενος κληρικὸς, ἀποδίδοται τῇ βουλῇ διὰ τοῦ ἄρχοντος.

ΙΓ'. Ὁ κατὰ βίαν ἢ προσποίησιν παραβαίνων τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προνόμια πέντε λίτρας προστιμᾶται.

X. (25**) Si qui in ecclesia irruerint in episcopum (26), vel clericos (27), aut flagitiosum aliquid ea in loco, vel in liturgia (28) commiserint, ab omnibus publice accusantur, et capitali supplicio afficiuntur; licet episcopus ad facinus admissum conniveat (29). Si vero ii, qui irruunt, officium civile (30) numero superant, præses per publicas litteras milites arcessat.

XI. In ecclesiis prædiorum (31) et vicorum, pro illorum magnitudine, de numero ipsorummet, non aliunde, clerici fiant; ita quidem, ut propriam capitationem et onus fiscale (32) conferant.

XII. Qui versatur in curia (33), si post interdictum (34) fiat clericus, præsidis opera (35) curiæ restituitur.

XIII. Qui per vim (36), aut simulationem (37), ecclesiarum privilegia violat, quinque librarum auri, multam solvit.

Annibalis Fabroti notæ.

dæi, et Menagii, *quinquaginta*, ut constat ex illis verbis: *Secundum præceptum apostoli*. Hoc est, Pauli I ad Tim. cap. v, vers. 9. Theophanes: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς νόμον ἔγραψε, γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ' ἔτη κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Sic etiam legit Photius *Nomocan.* tit. 1. c. 2. Tertullianus, *De velandis virginibus*, cap. 9, ad quam sedem præter annos 60 non tantum univiræ, id est, nuptæ aliquando eliguntur. Verum ex Nov. VI, c. 6, exigitur tantum ætas annorum 50: Κατὰ τοὺς θείους κανόνας, secundum sacros canones: ex Nov. autem CXXIII, c. 15, an. 40, ut Chalcedon. conc. can. 15, et VI, in Trullo, c. 14; concil. Wormac. can. 45; diaconissam non ordinandam ante annum 40, et hoc jus sequuntur conditores Basilicon, qui hanc legem libris suis non inseruerunt: et Eustath. De legitimis temporib. cap. De quadraginta annis. V. infra lib. III, tit. 1. De diaconissis quidam accipiunt illa D. Pauli ad Tit. c. II, vers. 3: *Anus similiter in habitu sancto*. Theophylactus, *ibid.*: Τινὲς δὲ τὰς ἐν ἐκκλησίᾳ διακόνους φασίν. Alii de ætate hoc potius summendum putant. V. inf. lib. III, tit. 1.

(25**) Hæc lex exstat in registro Greg. lib. II, et Capit. Car. M. VI, 113; Joann. Saresber, Polycrat. lib. V, c. 5, et in Appendice Cod. Theod. num. 14; si quis conferre velit.

(26) *In episcopum*. In l. X. c. eod. sacerdotibus et ministris, sacerdotum nomen proprie tribuitur episcopis, Codex cann. Eccl. Afric. *Alexandrinum et Antiochenum venerabiles sacerdotes*. D. Hieron. Advers. Luciferianos, c. 4: *Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet*. D. Augustin. in quæst. 101: Tertullian. de baptismo, c. 17: *Summus sacerdos*, qui est episcopus: et fere ubi id exstabat in manuscriptis, correctores immutarunt, et nutius episcopi nomen reposuerunt, quod in Gregorio Turonensi eum veterib. collato et aliis observavi. Sed communicatur etiam presbyteris: unde πρὸς διαστολὴν episcopi, primi ordinis sacerdotes dicti, presbyteri secundi. D. Hieronym. in Jeremiam, lib. III, c. 13: *Sacerdotes quoque ipsi secundus in ecclesiastico honore gradus*: Ὁμοίως γὰρ καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς τέ εἰσι, καὶ διδασκαλίαν εἰσὶ πεπιστευμένοι. *Nam et ipsi similiter sunt sacerdotes, et docendi munus sibi concreditum habent*. Œcumenius, in I ad Tim. c. III, v. 8; Facundus Hermianens., lib. XII, c. 5: *Quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est singulo cuique etiam secundi ordinis sacerdoti*. Leo I, in serm. 10, de laude christianitatis: *Non enim summos tantum antistites, aut secundi ordinis sacerdotes*. Hincmar. Remens. opuscul. 13, c. 3: *Hos* LXXII *figuram presbyterorum, id est secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est*. Et opusculo 48, c. 29: *De presbyteris, videlicet secundi ordinis viris non dimittenda sunt*. Secundi sacerdotes in constit. Theodosii et Valentin. append. Cod. Theod. num. 20. Possid. de vita August. c. 4: *Quia locus presbyterii, licet ipse majora dignus esset, appropinquaret tamen episcopatui*.

(27) *Vel clericos*. Ministri in d. l. 10, et l. 27, et 23, h. tit.

(28) *In liturgia. In ipso cultu loco*ve. Sic vet. in d. l. 10 Saresberiensis et alii. Codex Brodæi et Menagii: *In ipso culto loco*. In Appendice: vel *Ipsi cultui locoque*.

(29) *Connivesat*. In d. l. 10: *Injuriæ propriæ ultionem non deposcat, cui* (sacerdotii append.) *sanctitas ignoscendi gloriam deredinquit*. Vide Nicephorum Gregoram, lib. IX *Hist.*, ubi de Isaia patriarcha. V. Sulpit. Sever. p. 494. Tantam, etc., edit. 8, et Prosperum Aquitanum, II *De vita cont.* c. 5.

(30) *Officium civile*. Civilem apparitionem. Apparitio pro apparitore in d. l. 10.

(31) *Prædiorum*. Possessionum, in l. 11, c. eod. Possessio igitur pro prædio rustico, ut in l. XXXVIII. D. *De minor.*; Symm. 10, 41. Glossæ: Κτῆμα, prædium, fundus, possessio, in prædiis et vicis Ecclesiæ constitutæ, l. 10, § *De hæretic.* Theophil. § 2. *Instit. de inutilib. stipulat.*

(32) *Et onus fiscale*. Capitationis onus ac sarcinam, d. l. 11.

(33) *Qui versatur in curia*. Βουλευτὴς, curialis, decurio. Curiales clerici non ordinantur. Nov. VI, cap. 4, et Nov. CXXIII, c. 15. V. S. Ambros. 5, epist. 31, can. *præterea*, distinct. 51, Joann. Saresber. Polycrat. lib. VII, c. 20.

(34) *Post interdictum*. Nec statim conventione præmissa pristinæ conditioni reddatur. L. 12, c. eod. V. Gesta purgationis Cæciliani, p. 32.

(35) *Præsidis opera*. Vigore et solertia judicantium, d. l. 12.

(36) *Qui per vim*. Ad hujus l. interpretationem vide lib. LX Basilic. tit. 54, c. 21; non tamen videtur vim facere qui temere privilegia ecclesiastica lædit, quique eorum in necem ecclesiæ, rationem non habet, eave contemnit. Sed neque vim affert, qui ea dissimulatione negligit. Sic in lib. XVII, c. eod. Si quis hæc violaverit, id est, si quis adversus ea fecerit.

(37) *Aut simulationem*. Lege in Gr. Ἢ παραπροσποίησιν.

XIV. (37*) Qui episcopatu per arbitrium (38) episcoporum dejectus fuerit, si quid egerit tumultuose, ac eumdem episcopatum (39) invadere voluerit, procul ab urbe (40) centum millibus (41) ejicitur, nec imperatorem (42) adeundi potestatem habet, vel impetrandi rescriptum : sed etiam si quod impetraverit, non accipit ; et qui auxilium ei tulerint, indignationem incurrunt.

ΙΔ'. Ὁ κατὰ δοκιμασίαν ἐπισκόπων ἐκβληθεὶς ἐπισκοπῆς, ἐάν τις ποιῇ ταραχώδες, καὶ θέλῃ ἐπιβῆναι τῇ αὐτῇ ἐπισκοπῇ, πόρρω τῆς πόλεως ρ' μιλίοις ἐκβάλλεται, καὶ οὐκ ἔχει ἄδειαν προσιέναι βασιλεῖ, ἢ λαμβάνειν ἀντιγραφήν. Ἀλλ' εἰ καὶ λάθῃ, οὐκ ἀπολαύει· καὶ οἱ βοηθήσαντες αὐτῷ ἀγανακτοῦνται.

XV. Si prohibita clericorum conventicula (43) privatis in ædibus (44) de sententia dominorum habeantur, domus ipsæ proscribuntur.

ΙΕ'. Ἐὰν ἀπηγορευμένα συναχτήρια κληρικῶν ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις γένωνται γνώμῃ τῶν δεσποτῶν, δημεύονται οἱ οἶκοι.

XVI. Ascriptitius (45) invito domino non fit clericus, atque etiam in prædio (46) sub hac lege clericus fit, ut per ipsum dominum capitationem præstet, ac per subrogatum rus colat : ea immunitate ipsi rata manente, quæ certas capitationes ecclesiis relaxat. Et huic constitutioni si quod rescriptum adversetur, non valet.

ΙϚ'. Ἐὰν ἀπόγραφος ἔχοντος τοῦ δεσπότου οὐ κληροῦται, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χωρίῳ ἐπὶ τούτῳ τῷ ὅρῳ γίνεται, ἐφ' ᾧ διὰ τοῦ δεσπότου τὴν καπιτίονα συντελεῖν, καὶ δι' ὑποκαταστάτου γεωργεῖν, ἐρρωμένης τῆς ἀλειτουργησίας, ἢ τῆς δήλης καπιτατιόνης, συγχωρεῖ ταῖς ἐκκλησίαις. Καὶ ἀντιγραφὴ ἐναντιουμένη τῇ διατάξει οὐκ ἐρρωται.

XVII. Clerici non habent aditum ad actiones publicas, vel quæ ad curias pertinent : nec qui parabolani vocantur, potestatem habent accedendi ad spectacula publica, vel ad curias, nec ad præsides; nisi litis propriæ causa, vel quæ ad ipsorum communitatem (47) spectet. Si quis præter hæc fecerit, in perpetuum ex ipso collegio ejicitur, (48) et suppitio competenti afficitur.

ΙΖ'. Οὐκ ἔχουσιν οἱ κληρικοὶ πάροδον εἰς τὰς δημοσίας πράξεις, ἢ τὰς ἀρμοζούσας ταῖς βουλαῖς· οὔτε οἱ λεγόμενοι παραβάλανοι ἔχουσι χώραν πρὸς τὰς δημοσίας (*f.* θέας), ἢ βουλευτήρια, οὔτε πρὸς τοὺς ἄρχοντας, εἰ μὴ διὰ δίκην, ἢ τῆς κοινότητος αὐτῶν. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσει, ἐκβάλλεται τοῦ συστήματος διηνεκῶς, καὶ ἀρμοδίως κολάζεται.

Annibalis Fabroti notæ.

(37*) Integram hanc legem exhibet appendix Codicis Theodosiani.

(38) *Per arbitrium.* Κατὰ δοκιμασίαν ἐπισκόπων ἐκβληθείς. Phot. *Nomoc.* tit. 9, cap. 10. Basilica, ἀπὸ συνόδου, lib. III, tit. 1, c. 1, residentibus episcopis, l. 14 c. eod. Rufinus Aquilei. *Hist. eccles.* lib. X, c. 1 : *Ibique Arium trecentis decem et octo episcopis residentibus adesse jubet.* Concil. Tolet. IV, c. 3 : *Episcopi secundum ordinationis suæ tempora resideant.*

(39) *Episcopatum.* Ἐπισκοπὴν, Bals. et Basil. sacerdotium; d. l. 14, ut sacerdotes pro episcopis, supra c. 10.

(40) *Ab urbe.* Balsamon ad can. 28 Apostol. Ἀπὸ ἑκατὸν μιλίων ἧς ἐξεβλήθη πόλεως; οἰκειτω, ex Basilic. d. c. 1.

(41) *Centum millibus.* Centesimo milliario, centesimo lapide. Œcumenius in Acta c. 1 : Μίλιον ἓν, ἡ τοῦ Σαββάτου ὁδὸς, ὡς φησιν Ὠριγένης. S. Athanasius in Metaphrasi ms. p. 76, vers. 20 : Ὅτι περιεπάτησεν ἐπὶ τῆς θαλάσσης σταδίους κύριε, ἢ τριάκοντα, οἷς εἶπεν ὁ Εὐαγγελιστής, ὅπερ εἰσὶ μίλια τρίτον παρ' ὀλίγον. Locus corruptus in scripto codice, scribe : Σταδίους εἴκοσι πέντε ἢ τριάκοντα, ὡς εἶπεν ὁ Εὐ. (Joan, VI, 19), ὅπερ ἐστὶ μίλια τεσσαρα παρ' ὀλίγον. Nam ut ait Suidas : Ἑπτὰ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Hero : Τὸ μίλιον ἔχει σταδίους ζ' ς'. B. Chrysost. hom. 61, in Joan. Εἰ δὲ ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων ἦν ἡ Βηθανία, ὅπερ ἐστὶ μίλια δύο.

(42) *Nec imperatorem.* V. concilii Antiocheni can. 12.

(43) *Conventicula.* In l. 15, c. eod. *conventiculam illicitam*, etc, et mox : *Novam ac tumultuosam conventiculam*, sic vet. exempl. Brodæi : sic etiam legitur in l. 3, infra, *De his qui ad eccl. conf.*, conventicula est συναγωγ . Conventiculum plerumque in malo ponitur. Glossæ, conventiculum perditorum : Δόχειον καὶ καταγώγιον ἀπολλυμένων. Interdum pro loco in quem convenitur. Cassiodor. *Tripartitæ*, lib. VIII, in fin., ut rursum sint Christiani et conventicula in quibus orare consueverint, l. 8 § 3 *Conventicula* ; l. 11, *Donatistarum conventicula*, in sententia Marcellini post collationem Carthag. cum Donatist. C. Cyprianus *De unitate Eccl.* : *Et cum hæreses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt*, etc. S. Ambros. *De dignit. sacerd.* cap. 4 : *Hæreticis et schismaticis, qui extra sanctam Ecclesiam catholicam conventicula sibi profana præficiunt.* D. Augustin. in epist. 50 : *Circuli atque conventicula Donatistarum, vel Maximianensium.* Circuli ut in l. 8, § 4, hoc tit. Τὰ συστήματα τῶν αἱρετικῶν μιαρὰ συστήματα. Cyrillus Hierosolymit. catech. 8 ; Epiphanius Panarii, lib. II : Τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας, ἤγουν φωλεούς, καὶ σπήλαια. Οὕτως εἴωσι τὰς τῶν αἱρετικῶν συναλεύσεις.

(44) *Privatis in ædibus.* Huc pertinet l. V, c. Theod. *De his qui ad eccles.* et est de conventiculis Joannitarum, ut tunc dicebantur fautores Joannis Chrysostomi. Vide *Hist. Tripart.* lib. X, cap. 17.

(45) *Ascriptitius.* Censibus adnotatus l. XVI eod. censib. obnoxius, ascriptus censibus, Ὁ ἀπεγγεγραμμένος τῇ γῇ πάροικος, ut Græci exponunt, ἐναπογράφος. Glossæ : Ἐναπόγραφος, ascriptitius. Hic quasi servus est, et ideo invito domino non poterat in clerum asciici. Gelasius PP. in can. *generalis*, distinct. 54.

(46) *In prædio.* In eo vico in quo nascitur mansitare, d. l. 16.

(47) *Ad ipsorum communitatem.* Hoc est corpus vel collegium. In communes totius corporis causas, sic vet. exemp. Brodæi, in l. 22, c. eod.

(48) *Ex ipso collegio ejicitur.* Brevibus parabolanis eximuntur, d. l. 17, id est, matricula parabolanorum. Id enim hic significat breve. Alias brevis seu breve, aut breviculum pro indice et inventario, scheda et libello brevi ponitur. Lupus, epist. 88 : *Breves etiam quos de facultate monasterii mittere debuis is.* Concilium Suessionense II, cap. 7 : Thesaurum ac vestimenta seu libros dili-

ΙΗ'. Παραβαλάνοι γίνονται καὶ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, μὴ ὄντες ἀξιωματικοὶ καὶ βουλευταὶ, ὀφείλοντες ἐπιμελεῖσθαι τῶν λελειτουργημένων, καὶ ταῖς κελεύσεσι τοῦ πάπα πειθαρχεῖν.

ΙΘ'. Οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ μόναις συνειςάκτοις

XVIII. Parabolani (49) ex episcopi Alexandrini arbitrio fiunt, qui non sunt in dignitate constituti (50), vel curiales: et confectorum morbis curam gerere debent, ejusque papæ jussis obsequi (51).

XIX. (51*) Sacerdotes et clerici matribus ἀνα-

Annibalis Fabroti notæ.

genter imbrevient, et breves nobis reportent. Imbrevient etiam quid unusquisque ecclesiarum prælatus, quando prælationem ecclesiæ suscepit, ibi invenerit. — Quæ totidem verbis exstant in concilio apud S. Macram, cap. 4. B. Hieron. Epist. ad Florentium: *Ut eos libros, quos me non habere brevis subditus edocebit*, librarii manu in *charta scribi jubeas*, pro quo Græci recentiores βράβιον dicunt. S. Athanasius Apol. 2: Παπούηκε τὸ βράβιον τοῦτο. Vide ad Glossas Basilic.

(49) *Parabolani.* Qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, l. 18 c. eod. Concilium Chalcedon. act. 1: Εἰσήρχετο γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρατιῶται μετὰ ὅπλων, καὶ εἰστήκεισαν οἱ μονάζοντες μετὰ βαρσουμᾶ, καὶ παραβαλανεῖς καὶ πλῆθος ἄλλο πολύ. Vet. interp. *Irruebant enim in ecclesiam milites cum armis. Instabant monachi qui cum Barsuma, et parabalani, et multitudo alia grandis.* Forte legendum, *parabolani*, et παραβολάνοι, sic dicti, ut ait summus Novellarum interpres, quasi temerarii, quia qui ægrotis adsunt in periculis sæpe non parvis versentur ægrotorum contactu: eadem nimirum forma rationeque qua bestiarii parabolarii sunt, et Socrati παράβολος, id est, audaces. Hinc παράβολον τολμᾶν Polyb., dixit S. Παράβολον θέλημα alii. De significatione hujus verbi vide Scaligeri epist. 60 et Hug. Grot. in Epist. ad Philippenses, cap. 2. V. Niceph. Call. 14, c. 3.

(50) *In dignitate constituti.* Honorati, d. l. XVIII. Honorati enim sunt qui civilem aut militarem honorem seu dignitatem gerunt, quive ea fruncti sunt. Vide tit. *De honoratorum vehiculis*, et l. 19 cod. *De episcopali audient. Les gens de qualité* Vetus inscriptio. HONORATI ET DECURIONES ET NUMERUS MILITUM CALIGATORUM. Et in Leonis epistolis, in constit. Honorii et Theodosii ad Agricolam præfectum Galliarum: *Honoratos vel curiales.*

(51) *Ejusque papæ jussis obsequi.* Ita ut bi reverentissimi sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, d. l. 18: papæ, id est, episcopi: quo nihil frequentius tam in Latinorum, quam Græcorum Patrum scriptis. S. Basilius epist. 325: Ὁ μακαριώτατος πάπας Ἀθανάσιος. Vide Glossar. nostrum ad Juliani Novellas. Hinc παπικὸν ἀξίωμα, vel παπικὴ ἀξία, Georgio Pachymeræ, et παραργεύειν, Balsam. ad can. 4 concil. Nicæn.

(51*) Mulierum consortium alienum est a vita et honestate clericorum. Sanctus Basilius in Constitutionib. monasticis, cap. 3: Χρὴ δὲ τὰς τῶν γυναικῶν ὁμιλίας, καὶ συντυχίας ὡς τὰ μάλιστα φεύγειν, εἰ μὴ τις ἀναγκαίας ἀνάγκη τὴν συντυχίαν βιάζοιτο· *Fugiendæ nobis in primis cum mulieribus congressiones, colloquutionesque: nisi cum gravissima nos aliqua ad eas necessitas impellat.* Sulpitius Severus, dialogo 2, cap. 7: *Martinus, quem nulla unquam femina contigisset.* Et ideo principalibus constitutionibus et synodalibus decretis cavetur, ut clerici mulierum extrangarum ἢ συνεισάκτων, consortio abstineant, l. 19 cod. *De episc. et cleric.* et can. 3 concil. Nicæn. Cujusmodi constitutio repetita est in synodo Toletana IV, can. 42: *Cum clericis*, inquit, *extraneæ feminæ nullatenus habitent; id enim et constitutio antiquorum Patrum decrevit.* Et can. 4: *Quidam*, inquit, *clerici legitimum non habentes conjugium, extranearum mulierum interdicta consortia appetunt.* Denique Justinianus eam Nicænæ synodi definitionem confirmat in Nov. CXXIII, cap. 29: *Presbyteris*, inquit, *et diaconis, et subdiaconis et omnibus in clero conscriptis, interdicimus secundum vim sanctorum canonum, mulierem aliquam in domo sua extraneam habere.* Et Nov. CXXXVII, c. 4, ipsum Nicæni conventus canonem citat. Ejusmodi autem mulieres συνεισάκτοι dicuntur in can. 3, id est, extraneæ veteri interpreti, et Rufino Aquileiensi, lib. 1 *Histor. eccles.* cap. 6. Alii malunt subintroductas, vel intromissas vel ascitilias interpretari, in can. *Nullus*, et can. *Interdixit*, distinct. 32, et in Aquisgranensis concilii can. 39; Arelat. II, c. 4. Erant autem συνεισάκτοι mulieres neque uxores, neque concubinæ, sed tertii cujusdam generis mulieres quas secum clerici non sobolis nec libidinis gratia, sed pietatis studio, aut certe pietatis obtentu fovebant, ut scribit D. Chrysostomus in sermone contra eos qui habent mulieres συνεισάκτους· *Sunt enim quidam*, inquit, *qui puellas innuptas absque nuptiis et concubitu ducentes domi perpetuo collocant, et ad supremam senectam usque inclusas tenent, non quærendorum liberorum gratia, neque enim aiunt se illis misceri, neque libidinis causa, siquidem illas dicunt se incorruptas inviolatasque servare.*

Excipiuntur tamen, d. can. 3 concilii Nicæni, mater, filia, soror, aut amita, et denique eæ personæ quæ omnem suspicionem effugiant. Quod etiam confirmat Justinian. in d. Nov. CXXIII, c. 29: *In his enim nihil sævi criminis existimari fas dus naturale permittit.* L. XIX c. eod. lege, *scevi.* Honor. et Theodos. in constit. relata in Collat. Carthag. 1: *Sceva Donatistarum interpretatio.* Excipitur etiam ea quæ ante sacerdotium uxor fuit. Vide Breviationem canonum Fulgentii Ferrandi, c. 122; Georgium Alexandrinum in Vita B. Chrysostomi.

Verum quia clerici et sacerdotes ejusmodi mulieres συνεισάκτους, quarum consuetudine delectabantur, sorores, aut matres, aut filias appellabant, et propudia sua sub his pietatis nominibus obtegebant, quod B. Hieronym. indicat in libro ad Rusticum monach. *De vivendi forma*, et lib. *De vitando suspecto contub.*, et Ancyran. concilii can. 18, Theodosius in d. l. *Eum qui*, 19, constituit ne quis sacerdos aut clericus tales domi sorores habeat: et generaliter, ne extraneas, neve ullas omnino mulieres præter matrem, filiam germanam, et eam quæ uxor ante sacerdotium fuerit.

Observandum est quod dicitur in l. 29, uxorem retineri posse, quod etiam permittitur concilii Nicæni can. 4, ex his qui ex lingua Arabica in Latinum sermonem conversi sunt; et synodi Arelatensis II can. 3: *Si quis clericus*, inquit, *a gradu diaconatus in solatio suo mulierem, præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque et mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat.*

Qui jam uxores habebant, si ad episcopatus apicem ascendissent, vel ad presbyterii honorem, officium mariti non exercebant, sed ab uxoribus abstinebant. Gregorius Turonensis, *Histor.* lib. I, cap. 44: *Apud Arvernos post Stremonium episcopum prædicatoremque, primus episcopus Urbicus fuit, ex senatoribus conversus, uxorem habens, quam juxta consuetudinem ecclesiasticam [illegible] a con-*

taxat suis, et filiabus, et sororibus, et antea secum matrimonio copulatis cohabitent.

XX. Si presbyter, vel diaconus, vel diaconissa, vel subdiaconus, vel clericus, vel monachus, vel monastria (52), nullo condito testamento decesserit, nec habeat ascendentes, aut descendentes, aut propinquos, aut uxorem (53*), ecclesia sua vel monasterium ei succedit. Eidem, si sit ascriptitius, dominus; si libertus, patronus; si curialis, curia succedit: ita ut ecclesiis et monasteriis actiones, quas adversus defunctos ratione negotiorum gestorum habebant, reserventur.

XXI. Episcopi, et presbyteri, et diaconi, et illustres (55), per substitutos, periculo facultatum suarum, obire munera curialia possunt.

XXII. Qui per calumniam, exhibitionis causa apud judicem competentem accusat episcopum, dat auri triginta libras (54). Confirmat etiam hæc constitutio privilegia ecclesiastica. Item si clericus aut monachus Constantinopolim (55) adierit religionis causa vel ob aliquod negotium ecclesiæ, sine litteris (56) episcopi sui, non putatur (57) esse clericus aut monachus.

XXIII. Eutychem rejicit hæc constitutio, et Flaviani (58) memoriam recipit.

XXIV. Ratum est, quod pauperibus relinquitur; nec incertarum (59) personarum ratione infirmatur.

XXV. Clerici Constantinopolitani, cum actores apud patriarchium (60) eos convenire nolunt, apud solos præfectos prætorio litigant, sive sint actores, sive

A σαν μητράσιν αὐτῶν, καὶ θυγατράσι, καὶ ἀδελφαῖς, καὶ ταῖς πρὸ τούτου γαμηθείσαις αὐτοῖς.

Κ'. Ἐὰν πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ διακόνισσα, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, ἢ μονάστρια τελευτήσῃ ἀδιάθετος, μὴ ἔχων ἀνιόντας ἢ κατιόντας, ἢ συγγενεῖς, ἢ γυναῖκα, ἢ κατ' αὐτῶν ἐκκλησία ἢ τὸ μοναστήριον αὐτὸν διαδέχεται. Τὸν δὲ ταυτὸν, ἀνασύγραφον ὄντα, ὁ δεσπότης· ἢ ἐπελεύθερον, ὁ πάτρων· ἢ βουλευτὴν, ἡ βουλὴ διαδέχεται· σωζομένων ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῶν ἐγγράφων, ἃ εἶχον κατὰ τῶν τελευτησάντων προφάσει διοικήσεως.

ΚΑ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ἔλλυστριοι δύνανται δι' ὑποκαταστάτων κινεῖν τὰ οὐσιωδῶν τὰς βουλευτικὰς πολυλειτουργίας.

B ΚΒ'. Ὁ κατὰ συκοφαντίαν ἐπὶ παρασάσει παρὰ προσφόρῳ δικαστῇ αἰτιώμενος ἐπίσκοπον λ' λίτρας. Καὶ βεβαιοῖ ἡ διάταξις τὰ ἐκκλησιαστικὰ προνόμια. Κληρικὸς ἢ μοναχὸς ἀνὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ θρησκείαν ἢ πρᾶγμα τῆς Ἐκκλησίας ἄνευ γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὐ νομίζεται κληρικὸς ἢ μοναχός.

ΚΓ'. Ἡ διάταξις ἐκβάλλει Εὐτυχία, καὶ δέχεται τὴν μνήμην Φλαβιανοῦ.

ΚΔ'. Ἔρρωται τὸ τῆς ψυχῆς πτωχὸς καταλειπόμενον, καὶ οὐκ ἀκυροῦται τῷ λόγῳ τῶν ἀδίτων, ἢ βεβαίῳ.

C ΚΕ'. Οἱ κληρικοὶ Κωνσταντινουπόλεως τῶν ἐκτὸς μὴ βουλομένων αὐτοῖς ἀνάγειν παρὰ τῷ πατριάρχῃ, παρὰ τοῖς ὑπάρχοις μόνοις δικάζονται, ἀνάγοντες καὶ

Annibalis Fabroti notæ.

verito sacerdotis religiose vivebat: vacabant enim ambo orationi, eleemosynis, atque operibus bonis. Ex veteri igitur Ecclesiæ more non miscebantur uxoribus, can. *Tenere* 4, et can. *Lex continentiæ* 10, distinct. 31. Et ratio hæc affertur in d. can. 4: Quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. In cap. 2 eod. *in quinta compilatione.* Cum eos cogitare oporteat, quomodo eis placere valeant et servire. In cap. 3 h. tit. Cum simul voluptatibus, ac divinis et ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant. Eodem recidit Alexandri III. in cap. 2 eod. in antiqua Decretali collect. 1, No is qui beneficium et uxorem retinet, duplici cura distrahatur, uxoris et eccle...e.

(52) *Monastria.* μονάστρια. Ad l. 13, supra *De sacros. eccles.*

(53*) *Aut uxorem.* Lege igitur, et in Bredæi cod., vel uxor exstiterit: in l. 20 c. eod. alii perperam, nec uxor.

(55) *Illustres.* Ἔλλύστριοι. Victor Uticensis, l. III De persec. Afr. reg. Hunnerici constitut. profert, in qua hæc habentur: Ut illustres sigillatim auri pondo quinquagena darent, spectabiles auri pondo quadragena, senatores auri pondo tricena. Vide Glossas Basil. et infra Parat. ad tit. 4.

(54) *Dat auri* 30 *lib.* Publicis calculis inferendas, l. 22 c. eod., id est, fisco, τῷ δημοσίῳ. Basilica, lib. III, tit. 1, cap. 2.

(55) *Constantinopolim.* Synopsis Bas. lib. LX tit. 1, Τὸ κομιτάτον καταλήψῃς· *Qui venerit ad comitatum principis*, ut in l. *Filiusf.* 45, D. *De testam. milit.* et l. *Etsi* 7, c. *De maleficiis et mathematicis.* Constantius A. epist. ad S. Athanas. Extat autem in ejusdem Apolog. II, et Socrat. *Hist. eccles.* II, c. 23; et Niceph. Callisti *Hist. eccl.* lib. X, c. 21: Ἐδηλώσαμεν ὅπως ἀμερίμνως εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον. Concilium Chalcedonense act. 10: Ἀναχώρησαν εἰς τὸ κομιτάτον παραγένῃ. Fortunatus, lib. III *de Vita S. Martini: Tum pia causa sacrum ad comitatum comunlit iter.* Vid. Sulpitii Sev. dial. 3: *Interea Martinus.* Vide lib. III, Nov. VI, et ad Nov. CXIII Glossas Basilic.

(56) *Sine litteris.* Basilica: Γράμματα τοῦ ἐπισκόπου. Synops. Συλλαβῶν ἔκτὸς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. Cujusmodi epitome exstat etiam apud Balsamon. ad can. 41 syn. Laod., ubi corrupte legitur, συλλαβῶν ἄνευ pro συλλαβῶν. Quæ lectionis mutatio effecit, ut pessime Gentianus Hervetus interpretaretur: Verte igitur: *Absque litteris.*

D (57) *Non putatur.* Clericus vel monachus qui absque litteris episcopi sui, quibus continetur profectionis necessitas et licentia, venerit in sacrum comitatum, clericus vel monachus non habetur. Ἀναξίους ἑαυτοὺς τοῦ σχήματος ποιήσουσιν. Nov. XXCVI c. 3.

(58) *Flaviani.* Lege igitur *Flavianus* et *Flaviani* in l. 25 c. eod., quod prætor veterum librorum auctoritatem, et Balsamonem hoc loco confirmat Phot. *Nomoc.* tit. 9, c. 9. Exstat autem hæc lex integra in act. 3 concil. Chalcedon. De Flaviano vide Theophor. Callist. lib. XIV, c. 47.

(59) *Ac incertarum.* Incertis enim personis antea relictum non poterat. Quod autem pauperibus relinquitur jure singulari subnixum est. Adde leg. 23 inf.

(60) *Apud patriarchum.*—Archiepiscopum, l. 25, c. eod.

ἐναγόμενοι ὑπὲρ ἰδικῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν χρηματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς. Καὶ οἱ μὲν κληρικοὶ τὸν οἰκονόμον, ἢ τὸν ἐκκλησιέκδικον παρέχουσιν ἐγγυητήν, καὶ οὐχ ἕτερον ἕως ν' λίτρας. Καὶ ἐὰν ὑπερβαίνῃ τὸ πρᾶγμα, ὁμολογίαν ἀνώμοτον ἐπὶ τῷ ὑπερβαίνοντι τοσῷ τοσοῦσι. Καὶ αἱ νόμοι γὰρ καὶ οἱ κανόνες κωλύουσι κληρικὸν ὀμνύναι. Ὁ δὲ οἰκονόμος ἐναγόμενος οὐ δίδωσιν ἐγγυητήν. Καὶ αὐτὸς δὲ καὶ οἱ κληρικοὶ δύο νομίσματα ὑπὲρ ὑπομνήσεως καὶ προβολῆς προκουράτορας διδόασι· καὶ τὰ λοιπὰ τῆς δίκης δαπανήματα φειδωλότερον ποιοῦσιν.

A rei, tam de suis, quam ecclesiasticis negotiis et civiliter, et criminaliter. Et clerici quidem œconomum, vel defensorem ecclesiæ, non alium, fidejussorem præbent, usque ad 50 libras auri. Quam summam si lis excedat, pro residua quantitate cautionem, nullo interveniente juramento, præstant: nam et leges et canones clericum vetant jurare (61). Cum œconomus convenitur, nullum dat fide jussorem; ac tam ipse, quam cæteri clerici, duos nummos (62) pro commonitione ac procuratoris institutione, dant, et reliquas etiam litis expensas parcius (63) erogant.

ΚΣ'. Μηδεὶς εἰς δημόσιον τόπον ἢ δημώδεσιν ἀφωρισμένον θέαις σταυρὸν ἢ λείψανον μαρτύρων εἰσαγέτω, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γνώμῃ τῶν ἐπισκόπων.

XXVI. Nullus in locum publicum, vel publicis deputatum spectaculis (64), crucem vel martyrum reliquias (65) inferat; sed in ecclesias, ex episcoporum arbitrio.

B

ΚΖ'. Ὁ πληρώσας στρατείαν, ἢ ὀφφίκιον, ἢ λειτουργίαν, καλῶς γίνεται κληρικὸς, οἱᾳδήποτε τύχῃ ὑπόκειται· σωζομένων τῶν κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἀγωγῶν. Ἐξήρηνται οἱ πριμιπιλάριοι· διηνεκὴς γὰρ ὑπόκειται.

XXVII. Qui militiam (66), vel officium, vel munus aliquod implevit, recte fit clericus, cuicunque conditioni subjectus sit, actionibus quæ adversus ipsum, et facultates ipsius competunt, reservandis. Excipiuntur primipilares (67), qui perpetuo obligantur.

ΚΗ'. Τὸ καταλειπόμενον εἰς ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων οὐκ ἀκυροῦται τῷ λόγῳ τῶν ἀγνώστων. Καὶ εἰ μὲν εἶπεν ὁ τεστάτωρ τὸν ὀφείλοντα ὑπουργῆσαι τῷ πράγματι, αὐτὸς ἀπαιτεῖ, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν συνείδησιν πληροῖ τὴν διατύπωσιν· εἰ δὲ μὴ εἶπε τὸ πρόσωπον ὁ τῆς ὀριγινάλιος τοῦ διαθεμένου, ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνει τὸ καταλειφθὲν φανερὸν ἐπὶ πράξεως δῶρον παρὰ τῷ ἄρχοντι συνισταμένης τὸ ποσὸν τῶν δοθέντων αὐτῷ χρημάτων, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναῤῥυσθέντων καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν δοθέντων. Εἰ δὲ βάρβαρος ἦν ὁ διαθέμενος, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἀμφιβάλλεται, ὁ ἐπίσκοπος τοῦ τόπου καθ' ὃν ἐτελεύτησε, λαμβάνει τὰ χρήματα, καὶ πληροῖ τὸ διατυπωθέν. Ὁ δὲ γινώσκων τὸ καταλειφθὲν καλῶς ποιεῖ λέγων τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ οὐκ ἔστι δηλάτωρ.

XXVIII. Quod in redemptionem captivorum relinquitur, ratione incertorum non fit irritum. Ac si quidem testator expressit eum, qui negotio subservire debet, is ipse relictum exigit, et pro conscientia sua (68) quod ordinatum est, implet. Sin personam non expressit, episcopus civitatis originalis testatori, donationem relictam accipit, et apud præsidem actis intervenientibus quantitatem datarum sibi pecuniarum manifestat, itemque anno exacto tam redemptorum numerum, quam a se data pretia. Quod si testator natione barbarus erat, ac de ipsius civitate dubitatur, episcopus ejus loci, quo in loco diem obiit, accipit pecunias, et quod ordinatum fuit, implet. Si cui de legato relicto constat, recte facit, si præsidi et episcopo rem indicat, nec propterea delator est.

C

ΚΘ'. Μόνοι οἱ ἀποκρισιάριοι τῶν μοναστηρίων ἐξιέναι δύνανται, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν εἰστιᾶναι. Εἰ δὲ φανῶσι διὰ δογμάτων ἢ συμβουλῆς τοὺς ἁπλουστέρους παράσσοντες, νομίμως σωφρονίζονται.

XXIX (68*) Aprocrisarii (69) duntaxat e monasteriis prodire possunt, et civitates ingredi. Verum si constiterit eos per dogmata, vel aliquo consilio simpliciores perturbare, secundum leges castigantur.

Annibalis Fabroti notæ.

(61) *Jurare.* Clerici Constantinopolitani nullo modo jurant: imo episcopis, presbyteris, clericis, omnibus monachis, et sanctimonialibus jurare non permittitur, lib. II legis Longobardorum, et cap. 1 *Extra, Ne juram. calum.* V. Balsam. ad *Nomoc.* t. 9. c. 27; t. III Concil. Gall. p. 42; add. Cap. Lud. imp. t. XLIII, c. 1, 2, q. 5.

(62) *Duos nummos.* Duos solidos, d. l. 25.

(63) *Parcius.* Ut litis sumptus vel expensæ a clericis pauciores humanioresque præstentur, d. l. 25, quidam codd. parciores. Brodæi, ut ed.

(64) *Deputatum spectaculis.* Populi voluptatibus et oblectamentis, l. 26, c. eod., ut Symmachi epist. 49, lib. II et passim. Quid causam dederit huic constitut. docet scholiastes Basilic. lib. I, tit. 1, cap. 10.

(65) *Reliquias.* Synod. VII, c. 7. Balsamon ibid. Paulinus Nolan., epist. 11. Heraclii Nov. Jur. Græco-R m. p. 75.

(66) *Qui militiam.* Milites ordinari non possunt. D Conc. Gall. t. I. p. 40 et seq. V. Gregor., II Ep. c. 103.

(67) *Primipilares.* Πριμιπιλάριοι Suid. Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. Glossæ Basil. Πριμιπιλάριος, πρῶτος τῶν ἀκοντιστῶν, πρωτεύων τῶν δορυφόρων. Papias: Primipilarius, vexillifer, qui primum pilum, id est, signum portat. Spartian. in Pescennio Nig.: *A primipilario posset occidi.*

(68) *Pro sua conscientia.* Brodæi Cod. *pro sua scientia.*

(68*) Integrior constitutio exstat in libris Basil. lib. I, tit. 1 cap. 9. Monachis exeundi licentia denegatur. Concilium Chalcedon. c. 4: Τὰ ἴδια μοναστήρια μὴ καταλιμπάνοντας.

(69) *Apocrisiarii.* Ἀποκρισιάριοι. Ferrandus diaconus Epistola ad Anatolium: Eutychetis apocrisiario: Ἀποκρισιάριος τοῦ Εὐτυχοῦς. Concilii Chalcedonensis act. 1, ἐντευκτής, seu procurator in eod. concilio. Vid. Glossar. nostrum ad Julian. Antecess.

XXX. Tam qui largitione (70) interveniente fit episcopus, quam qui pecuniam accipit, ut eum ordinet, vel eligat, deponitur et infamia perpetua notatur.

XXXI. Orphanotrophi Constantinopolis vicem obtinent tutorum et curatorum, absque fidejussionibus, tam in litibus, quam aliis causis, et tabulariis præsentibus (71), aut intervenientibus actis, hic quidem apud magistrum censuum (72); in provinciis autem, apud præsides, aut defensores, accipiunt res pupillorum, et custodiunt; aut æstimatione facta distrahunt, quod facile corrumpantur; aut etiam ratione fœnoris, aut ob aliam justam causam. Non sunt autem curatoriis aut tutelaribus ratiociniis obnoxii.

XXXII. Episcopi (73), et clerici, et monachi non propelluntur alio (74), sed apud præsides provinciarum suarum conveniuntur. At si Constantinopoli reperiantur, apud solos præfectos prætorio (75) in jus vocantur, ubi et honor eorum salvus est, et advocatos accipiunt (76). Cum in provin-

Α'. Ὁ ἐπὶ δόσει γινόμενος ἐπίσκοπος, καὶ ὁ λαμβάνων ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι αὐτὸν ἢ ἐπιλέξασθαι, καθαιρεῖται, καὶ δημοσίᾳ ἀτιμοῦται.

ΑΑ'. Οἱ Κωνσταντινουπόλεως ὀρφανοτρόφοι τάξιν ἐπέχουσιν ἐπιτρόπων καὶ κουρατόρων χωρὶς ἐγγυῶν ἔν τε ταῖς δίκαις ἔν τε τοῖς ἄλλοις· καὶ ἐπὶ ταβουλαρίων, ἢ ἐν ὑπομνήμασιν, ἐνταῦθα μὲν παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ἢ τοῖς ἐκδίκοις παραλαμβάνουσι τὰ πράγματα τῶν ὀρφανῶν, καὶ φυλάττουσιν, ἢ διατιμώμενα πιπράσκουσιν ὡς εὔφθαρτα, ἢ διὰ χρέος ἢ δι' ἄλλην εὔλογον αἰτίαν. Οὐχ ὑπόκεινται δὲ κουρατορικοῖς ἢ ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς.

ΑΒ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ οἱ μοναχοὶ οὐ γίνονται διώξιμοι, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν ἐνάγονται. Εὑρισκόμενοι δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ μόνοις τοῖς ὑπάρχοις ἐνάγονται, ἵνα καὶ τιμὴ αὐτῶν φυλάττεται, καὶ συνηγόρους λαμβάνουσιν. Ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ὁ ὑπὲρ

Anabalis Fabroti notæ.

(70) *Tam qui largitione.* Lex lata adversus eos qui sacerdotium pretii venalitate mercantur. Simonia enim nullum atrocius crimen est, cap. *Sicut* 6 hoc tit., et dicitur capitale crimen in can. *Qui studet* 1, quæst. 1. Simoniacus est Christi carnifex, Χριστοκτόνος, Isidor. Pelusiot. I, 345, ad Leontium episcopum. Et ideo publicum crimen est, omnesque ad ejus accusationem admittuntur, sicut in crimine læsæ majestatis, etiam infamia notati et relevati minimum, l. *Si quemquam* 34, § ult. c. *De episc. et cler.*, cap. *Tanta est* 7, can. *Licet* 31 h. tit. Ivo Carnotens. in epist. 27, ad Eudonem : *Præterea secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ aliter agitur contra Simoniacam et Neophytorum hæresim, quam adversus cætera crimina; nam cum in aliis accusationibus accusatorum et testium innocentia quæratur, ad insinuationem istius istius infames personæ admittuntur.* Hoc crimine sese implicat, qui pro spiritualibus aliquid largiuntur, vel accipiunt ante ordinationem, vel in ipsa ordinatione, vel post ordinationem : accipere enim est quandocunque accipere, ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, ut ait Tarrasius episc. Constantinopolit. in Epist ad Adrianum PP. et refertur in can. 21, 1, quæst. 1. Hoc enim est sub pretio redigere gratiam, quæ vendi non potest, ut est in can. *Si quis episcopus*, d. quæst. 1. Neque enim pretio ulla res Dei constat, ut elegantur ait Tertullian. *Apolog.*, cap. 39.

Ordinationes igitur quæ interveniente pretio, precibus, vel obsequio fiunt, damnantur, can. *Ordinationes*, d. qua si. 1.

Quam acriter autem SS. Patres invehant in simoniacos satis constat. D. Hieronymus in Matth. cap. XII; D. Augustinus in sermone 37, ad fratres in Eremo; S. Gregorius PP. in Epistola 50, lib. IV ad Virgil. episcop. Arelat. Adde Isidori Pelusiot. epist. 276, lib. V; Wibertum archidiaconum, in Vita sancti Leonis papæ, lib. II, c. 4; Hincmari Rhemensis epistolam canonicam ad cler. et plebem Eccles. Laudunensis, tom. II *Concilior. Gall.* Vide et synod. Chalced., c. 2; Cassiodor. 9; Balsamon. ad concilia, p. 540 et seq. Ordinandi jurabant se non simoniace ordinatos. Vide Concil. Toletan. II, c. 9; Capitula Caroli Calvi, p. 65, 192, 364 et seq.; Capit. Car. M. p. 20 et 332. Vide ad Novellam CXXIII.

Est et pœna excommunicationis in simoniacos, eorumque procuratores et mediatores, et a summo Pontifice absolvi possunt, d. cap. 2. *in Extravag.* Hincmarus Rhemens. in cap. 52. Et qui pecunia dignitatis ecclesiasticæ compotes facti fuerint, deponuntur, et consortio fidelium pellunatur. Can. apostol.

Apud Judæos tamen veniam fuisse pontificatum scribit Chrysostom. serm. 48, tom. V.

Integram legem profert Joannes Saresberiensis, Policratici libro VII, cap. 20, quem olim contuli cum vetere libro D. Peirescii, neque lectorem hic varietate lectionum fraudabo. Nam pro his, *male electionis conscientia*, Saresberiensis in membranis habet *n. e. scientia*. Atque ita etiam legitur in scripto codice Joann. Brodæi, paulo post, ubi legitur: *Auri sacra fames in penetralia proserpat?* Saresber. et cod. B melius: *Auri sacra fames penetralia veneranda proserpit.* Interim nemo non videt, illud esse ex Virgilii in *Æn.* Mox : *Itaque castus et humilis.* Saresb. et B. cod. : *Ita castus et hum.* Sequitur, *non pretio nec precibus.* Sequere lectionem quæ in membranis, *non pretio, sed precibus.* Respexit illud Horatii : *Nunc prece, nunc pretio*, epistola 2 libri II. Postremo observa illa : *Ut quos par facinus coinquinat, et æquat, utrosque similis pœna contritat*, esse ex illis Lucani V, versu 290: *Facinus quos inquinat, æquat.* Cassiodorus 12, 2. B. Cyprian. epist. 68 : *Et dum junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur.* Guntherus Ligurini 8 : *Consensu culpæ meruit consortia pœnæ.* Orontius Hexasm.: *Par sententia damnat, quos par culpa tenet.*

(71) *Tabulariis præsentibus.* Publicis personis, id est tabulariis, l. 34 c. eod. Sic in § 3 *Inst. de adopt.* publicæ personæ, id est, tabulario.

(72) *Apud magistrum censuum.* Παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, apud magistrum census, d. l. 34. Vide supra ad l. 17. *De sacros. Eccles.*

(73) *Episcopi.* Orthodoxæ fidei sacerdotes, l. 32 c. eod. Vide supra ad l. 14.

(74) *Non propelluntur alio.* Ex nullius penitus majoris minorisve sententia judicia pertrahantur, d. l. 32 : in duobus veteribus codicibus deest vox *Commonitoria.*

(75) *Præfectos prætorio.* Theodorus Lector : Λέων ἐνομοθέτησε τοὺς κληρικοὺς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων μόνῳ ἀποφαίνεσθαι. Hunc locum observavit pr. stantissimus Cujacius ad Nov. CXXIII; cur enim suum cuique non reddamus? Aliter quam hodie plerique facere solent, qui non probabili more scripta Cujacii in rem suam vertunt : quod certe aliud non est, quam aliena doctrina cæteri velle.

(76) *Advocatos accipiunt.* (Quos oratores vocat d. l. 32.

τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐναγόμενοι, μόνους τοὺς ἐκκλησιεκδίκους ἢ τοὺς οἰκονόμους διδόασιν ἐγγυητάς. Παρὰ δὲ τοῖς ὑπάρχοις χρηματικῶς ἐναγόμενοι, ἢ ἄλλοις ἐγγυῶνται, ἢ ὁμολογίας ἐνυποθήκους ποιοῦσιν. Ὑπὲρ δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, μόνος ὁ οἰκονόμος ἐνάγεται, ὃ χρὴ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου γίνεσθαι· καὶ δίδωσι τὸν ἐκκλησιεκδικον ἐγγυητήν. Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἥττοσι δικαστηρίοις ὑπὲρ ὑπομνήσεως διδόασιν οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ τοῖς ἐκδιβασταῖς οὐ πλέον τοῦ ἑνὸς νομίσματος· εἰ δὲ δι' ἐκδιβαστοῦ τῶν ὑπάρχων ἀπὸ ψήφου αὐτῶν ὑπομνησθῶσιν ἐν ἐπαρχίαις, οὐ πλέον δύο νομισμάτων διδόασιν ὑπὲρ σπουρτούλων· ἐνταῦθα δὲ νόμισμα ἓν δίδωσιν ὁ ἐξωτικὸς κληρικὸς ὑπὲρ σπουρτούλων ἐφ' ὁσῃδήποτε ποσότητι ἐναγόμενος. Ὁ ἐκδιβαστὴς οἱονδήποτε κληρικὸν ὀβρίζων ἢ σκύλλων, ἀποζώννυται, καὶ ἐσχάτως τιμωρεῖται. Βέβαια δέ εἰσι τὰ τῶν εὐαγῶν οἴκων προνόμια· καὶ οὔτε αὐτοὶ οὔτε οἱ διοικηταὶ αὐτῶν, ἢ οἱ ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοί, ἢ μοναχοὶ ὀρθόδοξοι λειτουργίαις ἐξτραορδιναρίαις ἢ ῥυπαραῖς ὑπόκεινται. Εἰ δὲ φανῶσιν αὐτοί τινες ἀδίκως ἐνάγοντες, διδόασιν αὐτοὶ πάσας τὰς κατὰ πρόφασιν αὐτῶν ἐκ προνομίου τῆς δίκης προσγινομένας αὐτοῖς δαπάνας.

A cliis suas ob causas conveniuntur, duntaxat ecclesiæ defensores (77), vel œconomos dant fidejussores. At cum apud præfectes prætorio civiliter conveniuntur, vel alios dant fidejussores (78), vel cautiones (79) sub facultatum suarum obligationibus præstant. Ecclesiasticarum causarum nomine solus œconomus (80) convenitur, quem ab episcopo constitui oportet: atque is ecclesiæ defensorem dat fidejussorem. Et in minoribus quidem judiciis episcopi et clerici pro commonitione (81) non amplius, quam unum numisma dant exsecutoribus. At si per exsecutorem præfectorum prætorio, de horum sententia, commoniti fuerint in provinciis, non amplius quam duos nummos sportularum nomine dant: hic vero clericos extraneos dat unum summum sportularum nomine, quantamcunque ob summam conveniatur. Exsecutor, qui quemcunque clericum afficit contumelia, vel impulsione molestat, cingulum amittit, et ultimo supplicio punitur. Firma vero venerabilium domorum privilegia sunt, et nec ipse, nec earum administratores, vel episcopi, vel clerici, vel monachi, qui orthodoxi sunt, extraordinariis sordidisve muneribus sunt obligati. Quod si constiterit, quosdam eos injuste convenire, dant eis, ex ipsorum privilegio, omnes litis occasione provenientes expensas.

ΑΓ'. Οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοί, ὅπερ ἂν ἐν τῷ κλήρῳ κτήσωνται, καὶ ὑπεξούσιοι ὄντες, ἴδιον ἔχουσι, καὶ οὐ συνεισφέρουσιν αὐτά· ἀλλὰ δόσιαν ἔχουσι καὶ ζῶντες ἐκποιεῖν καὶ διατίθεσθαι εἰς ἐξωτικοὺς ἐπ' αὐτοῖς, ἢ κατιοῦσιν αὐτὰ παραπέμπειν.

XXXIII. Episcopi (82) et clerici orthodoxi, quidquid in clericatu acquisiverint, licet adhuc filiifamilias sint, vindicant, nec conferunt (83): sed potestatem habent, ut id tum vivi alienent, tum ad extraneos et descendentes, condito testamento, transmittant.

ΑΔ'. Ἡ διάταξις βεβαιοῖ τὰ βασιλικὰ καὶ ἀρχικὰ, καὶ τὰ ἐκ συνηθείας προνόμια τῶν εὐαγῶν οἴκων, καὶ τῶν προσώπων τῶν ὄντων ὑπὸ ὀρφανοτροφεῖον

XXXIV. Hæc constitutio confirmat imperatoria, et præsidalia (84), et a consuetudine profecta privilegia venerabilium domorum et personarum (85),

Annibalis Fabroti notæ.

(77) *Ecclesiæ defensores.* Ἐκκλησιεκδίκους, Balsamon, ut Justiniani Nov. LVI, c. 1, et edicto 13, cap. 10. Concilium Constantinopolitanum sub Menna act. 2: Ἰωάννης ὁ εὐσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιεκδικος τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης ἐκκλησίας εἶπε. Alias divisim dicuntur ἔκδικοι τῆς ἐκκλησίας. Synod. Nic. II, act. 4; concil. Chalced. act. 1; conc. Constantinop. sub Men. act. 1; Florentin. sess. 23. Hormisdæ epistola 36: *Paulinum Ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus.* Auctor libri *De hæresibus*, hær. 88: *Paulinus diaconus defensor et procurator Ecclesiæ Mediolanensis.* De horum munere vide can. 75 Ecclesiæ Africanæ.

(78) *Vel alios dant fidejussores.* Ἢ ἄλλους ἐγγυῶντας. Sic Leunclavii codex, Peirescianus ἄλλοις. Rescribe, ἀλλήλους, ut constat ex d. l. 32, § *In hoc autem*, ibi aut vicariis fidejussionibus.

(79) *Vel cautiones.* Ἢ ὁμολογίας ἐνυποθήκους ποιοῦσιν. Vera igitur lectio est quam exhibet Brodæi codex: *Aut cautioni et professioni propriæ, ac facultatum suarum obligationibus committuntur.*

(80) *Œconomus.* Dispensator pauperum, id est, œconomus ecclesiæ, d. l. 32. Glossæ vet. οἰκονόμος, dispensator, œconomus. Œconomus enim post sufficientia præbita clericorum, quod superat, erogat pauperibus. Nov. III, cap. 5, *De officio œconomi.* S. Isidorus epistola ad Leudefredum, episc. Corduben sem: *Ad œconomum pertinet reparatio basilicarum atque constructio: actiones ecclesiæ in judiciis sel in proferendo vel in respondendo. Tributaque accepta et rationes eorum quæ inferuntur. Cura et agrorum, et cultura vinearum, causa possessionum et servitiorum, stipendia clericorum, viduarum et devotarum pauperum, dispensatio vestimenti, et victus domesticorum clericorum, servitiorum quoque et artificum. Quæ omnia cum jussu et arbitrio episcopi ab eo implentur.* Concilium Toletanum IV, cap. 48: *Eos quos œcdnomos Græci appellant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant*, etc.

(81) *Pro commonitione.* In d. l. 32, in provincia degentes eos commonnerit. Sic quidam libri. Brodæi cod. *eos monuerit.* Vide Glossarium nostrum ad Julianum Antecessorem, admonitio.

(82) *Episcopi.* Hodie vero episcopatus solvit patriam potestatem, Nov. LXXXI, cap. ult. et 123, c. 4.

(83) *Nec conferunt.* Ad exemplum filiorumfamilias militum: nam castrense peculium eorum patre mortuo cum fratribus commune non est. In l. 33, c. eod. verba illa: *Nunquam ad divisionem veniant*, non sunt in vet. cod Brodæi, et paulo post sic habetur in duob. mss.: *Certe his procedant.*

(84) *Præsidalia.* Ἀρχικά. Privilegia a judicialibus dispositionibus præstita, l. 34, c. eod.

(85) *Et personarum.* Leunclavius ex hoc loco putat Græcos in d. l. 34: *Cæteris hominibus*, ut

quæ sub orphanotrophio (86) Constantinopolitano sunt : eidemque concedit omnia privilegia, quæcunque nunc habet, vel est habitura Major Ecclesia Constantinopolitana.

A Κωνσταντινουπόλεως, καὶ δίδωσιν αὐτῷ ὅσα νῦν ἔχει ἢ ἔξει πρυνόμια ἡ Μεγάλη ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως.

XXXV. Quælibet (87) civitas suum habeat episcopum (88). Ac tametsi quis per divinum rescriptum ausus fuerit, alicui civitati suum episcopum, vel civitatis continentia (89), vel quod aliud jus auferre, facultatibus suis spoliatur, et infamia notatur. Excipitur autem Tomeusium Scythiæ civitas (90) : nam ejus episcopus cæterarum quoque curam gerit. Præterea Leontopolis Isauriæ subest episcopo isauropolitano.

ΑΕ'. Ἑκάστη πόλις ἴδιον ἐπίσκοπον ἐχέτω. Καὶ κἂν διὰ θείας ἀντιγραφῆς τολμήσει τις ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, ἢ τινος ἄλλου δικαίου, γυμνοῦται τῶν ὄντων, καὶ ἀτιμοῦται· ἐξήρηται γὰρ ἡ Τομέων Σκυθόπολις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν προνοεῖ. Καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ ἐξάρχοντα ἐστὶν Ἰσαυροπόλεως.

XXXVI. Ascriptitii (91), qui sine consensu dominorum clerici fiunt, vel solitariam vitam amplectuntur, perinde sunt eis obligati atque si nihil tale actum esset. Servus autem (92), ne de domini quidem sententia, clero accensetur, nisi prius manumissus fuerit. Omnes vero tum episcopi, tum clerici atque monachi, apud præsides respondent; ac siquidem (93) accusentur, ad tribunal veniunt, non judex ad ipsos.

ΑϚ'. Οἱ ἐναπόγραφοι, χωρὶς τῶν δεσποτῶν κληρούμενοι ἢ μονάζοντες, οὕτως αὐτοῖς ὑπόκεινται, ὡς μὴ τοῦτο γενόμενοι. Δοῦλος δὲ οὔτε κατὰ γνώμην δεσπότου κληροῦται, εἰ μὴ πρῶτον ἐλευθερωθῇ. Πάντες δὲ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ μοναχοὶ τοῖς ἄρχουσιν ἀποκρίνονται, καὶ αὐτοὶ αἰτούμενοι ἔρχονται εἰς τὸ δικαστήριον, οὐ μὴν ὁ δικαστὴς πρὸς αὐτούς.

XXXVII. Servi, qui volentibus dominis solitariam vitam amplexi sunt, efficiuntur liberi. Sin, illa exercitatione relicta, sese aliam ad conditionem contulerint, ad servitutem denuo revocantur.

ΑΖ'. Οἱ δοῦλοι, γνώμῃ τῶν δεσποτῶν μονάσαντες, ἐλευθεροῦνται. Οἱ δὲ [ἴσ. εἰ δέ] καταλιπόντες τὴν ἄσκησιν εἰς ἑτέραν μετάθεσιν κατάστασιν, ἀναδουλοῦνται.

XXXVIII. Qui monasteria sua reliquunt', res mobiles, quas attulerunt ad ea, non recipiunt, cujuscunque sint quantitatis, etiamsi de his monumentorum gesta (94) confecta non sint. At vero in rerum soli donationibus ea servanda sunt, quæ legibus sunt recepta. Quippe non perimitur ei, qui donavit, harum evictio. Non debent episcopi vel clerici quosquam ad fructus offerendos, vel præ-

AΗ'. Οἱ τὰ ἴδια μοναστήρια καταλιμπάνοντες οὐ λαμβάνουσιν ἃ προσήγαγον αὐτοὶς κινητὰ ὁσησήποτε ποσότητος ὄντα, κἂν μὴ σύνεστι πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ' αὐτοῖς. Ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι. Ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις. Οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰ καρποφορεῖν, ἢ ἀγγαρίας διδόναι, ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν,

Annibalis Fabroti notæ.

habetur in quibusdam. Videtur tamen rectius legi : *Atque cæteris domibus*, propter dictionem *cæteris* ; et quia paulo post legitur : *Domus etiam aliasque res superius nominatas.*

(86) *Orphanotrophio.* Sic vet. cod. in d. l. 34. Omnino autem mihi probatur eorum emendatio, qui pro *œconomi*, substituunt *Niconis* in d. l. 34, quod et sequentia suadent, et veterum librorum auctoritate confirmatur. Postremo non puto prætereundum, in d. l. pro his, *perpetuo potiri*, in vet. Brodæi codice, legi, *perpotiri*. An perpotiri dictum ut perfrui, an vero quod scriptum esset, per. potiri, factum est, perpotiri ? judicent eruditi.

(87) *Quælibet.* Eadem Epitome exstat apud Phot. *Nomoc.* tit. 8, cap. 1. Confer et Basilica lib. III, tit. 1, cap. 3.

(88) *Suum habeat episcopum.* S. Cyprianus, epist. 72. Pridem per omnes provincias et per urbes singulas ordinati sunt episcopi.

(89) *Vel civitatis continentia.* Τῆς περιοικίδος. Conc. Aur. I, c. 19.

(90) *Tomeusium Scythiæ civitas.* Totius Scythiæ unicus erat Tomorum episcopus. Sozomenus, VI, 20 : Εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ τοῦ παντὸς ἔθνους ἕνα τὰς ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν. Notitia quinque patriarchatuum quæ in bibliotheca Reg. Montis Regalis : (*Archiepiscopus*) *qui habet sub se quemdam episcopum Græcum, quiest in monte Sinai. Fbi sunt et aliæ civitates, quæ non habent proprios episcopos, scilicet Ascalonia quæ sub episcopo de Bethleem.* Mexii C mueni Nov. Juris Græcorum lib. II.

(91) *Ascriptitii.* Vid. Nov. CXXVIII, c. 17 ; Zon. et Balsamon. ad c. 82. Ap. V. etiam Balsamon. ad Phot. p. 57. can. eccl. univ. p. 109, circa fin. et supra ad l. 16.

(92) *Servus autem.* Anastasius, de Vitis PP., in Bonifacio : *Hic constituit*, etc., *nec servum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei.* Aimoinus, lib. V, cap. 10 : *Considerans etiam piissimus imperator* (Ludovicus) *non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ servituti, sed et propter multorum avaritiam abuti ministerio ecclesiastico ad proprium quæstum, statuit ut quicunque ex servili conditione conciliante scientia et morum probitate ad ministerium asciscerentur altaris, primum manumittantur a propriis dominis vel primatis vel ecclesiasticis, et tunc demum gradibus initientur altaris.* Vide can. *Admittantur*, distinct. 54 ; Caroli M. cap. 1, 82. V. Fabri Agonist. II. 570.

(93) *Ac siquidem.* V. Nov. CXXIII, c. 8.

(94) *Monumentorum gesta.* Græci ad l. 51 c. *De donat.*, lib. XLVII Basilic. tit. 1 : Εἰρηται δὲ καὶ βιβ α'· Διατ. λη' ὡς καὶ αἱ παρὰ μοναχῶν προσελθοῦσαι καὶ χωρὶς πράξεως εἰς μοναστήρια δωρεαὶ τὸ κῦρος ἔχουσι κἂν ὑπερβαίνουσι τὰ φ' νομίσματα· *Dicitur et lib.* I, *tit.* 3, *constit.* 38 : *Donationes monasterio factas a monacho etiam sine monumentis validas esse, licet* 500 *sol. superent.* Cap. Car. M. p. 93, b. 119. V. Bochellum, p. 1041 et 1062. Cap. Car. Calvi, p. 187.

ἢ ἀφορίζειν, ἢ ἀναθεματίζειν, ἢ μὴ διδόναι κοινω- A standas angarias cogere, vel alio modo afficere
νίαν. ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν, κἂν ἔθος τοιοῦτον injuria, vel segregare, vel anathemati devovere,
ἐκράτησεν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς Ἐκκλη- vel communionem denegare, vel ob hæc non ba-
σίας, καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς, καὶ δίδωσι δέκα ptizare, licet ejusmodi consuetudo invaluerit. Trans-
λίτρας. Ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ gressor ab ecclesia submovetur et ab ejus admi-
καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ nistratione, simulque libras decem solvit. Hæc vero
πατριάρχου χειροτονουμένοις, μητροπολίταις ἀνή- valent in urbe duntaxat imperatoria et illius ter-
κουσιν, ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γενομένοις ἐπισκόποις. ritorio, et iis locis, quæ ad metropolitanos, quot-
quot ordinantur a patriarcha, vel ad illos episcopos pertinent, qui ab hisce metropolitanis constituun-
tur.

ΛΘ'. Τὰ μοναστήρια τελοῦσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνοριῶν αὐτῶν. Καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπισκέπτουσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. Οὐ γίνεται δὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων.

XXXIX. Monasteria subsunt (95) episcopis territoriorum suorum. Et abbatum (96) quidem inspectores (96*), sunt episcopi: monachorum vero, abbates. Nec quisquam fit abbas duorum monasteriorum (97).

Μ'. Οὐκ ἄρχοντες Κωνσταντινουπόλεως, οὐκ ἐκκλησιέκδικοι, ἀλλὰ μόνος ὁ μαγιστροκήνσος ἐμφανίζει τὰς τελευταίας βουλήσεις, τοῦ παραβαίνοντος ζημιουμένου ποινῇ ν' λιτρῶν. B

XL. Non magistratus Constantinopolitani, non ecclesiarum defensores, sed duntaxat magister census supremas voluntates insinuat: violatore legis quinquaginta librarum pœna mulctando.

ΜΑ'. Τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων παρὰ τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν ἐπὶ τρισὶ γίνονται προσώποις ὀρθοδόξοις καὶ σεμνοῦ βίου, καὶ μὴ ἔχουσι παῖδας ἢ ἐγγόνους.

XLI. Decreta in episcoporum electione fiunt ab iis, qui civitatem incolunt, pro tribus personis, orthodoxis et honestæ vitæ, nec ullos habentibus liberos (98) aut nepotes.

ΜΒ'. Τὰ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν κτηθέντα ἐκποιεῖν ἐπίσκοπος οὐ δύναται, ἢ διατίθεσθαι ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἀπὸ γονέων, ἢ θείων, ἢ ἀδελφῶν εἰς αὐτὸν περιῆλθεν· ἀλλὰ τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ διαφέρουσι, καὶ μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν λογισμοὺς τῶν τοιούτων πραγμάτων ὁ οἰκονόμος ἀπαιτεῖται. Τὰ δὲ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ ἐκποιοῦσι καὶ διατίθενται ἐπ' αὐτοῖς. Ὁ οἰκονόμος κατὰ δοκιμασίαν γίνεται, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν παρατίθεται λόγον τῆς ἑαυτοῦ διοικήσεως τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἀποδίδωσιν, εἴ τι φανῇ βλάψας ἢ κερδάνας. Εἰ δὲ τελευτήσει περὶ τῶν λογισμῶν, ὑπόκειται τούτοις ὁ κληρονόμος αὐτοῦ. Τὰ εἰρημένα περὶ τῶν διαφερόντων τοῖς ἐπισκόποις κρατεῖ καὶ ἐπὶ διοικητῶν, καὶ ξενώνων, νοσοκομείων, πτωχείων, ὀρφανοτροφείων, βρεφοτροφείων. C

XLII. Quæ post initum episcopatum acquisita sunt, episcopus alienare non potest, vel de iisdem testari, nisi quæ a parentibus, aut patruis et avunculis, aut fratribus ad eum pervenerint; sed ad ecclesiam ipsius pertinent (99), ac post ipsius obitum rationes de rebus ejusmodi ab œconomo exiguntur. Quæ vero ante episcopatum habuerunt, et alienant, et testamenta de iisdem condunt. Œconomus exploratione intervenient constituitur, et quotannis administrationis suæ rationes apud episcopum deponit, et si quid eum damni dedisse vel erasse lucratum constiterit, restituit. Quod si defunctus ante rationes redditas fuerit, hæres ejus reddendis iis est obligatus. Quæ dicta sunt de pertinentibus ad episcopos, locum etiam habent in

Annibalis Fabroti notæ.

(95) *Monasteria subsunt.* Concil. Chalced. c. 4, et ibi Zonaras et Balsamon; Cap. Caroli Calvi, p. 187; Cap. Caroli M., p. 167 et 203, in fin. Concilium Aurelianens. I. c. 11: *Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant.* Melius quam in Excerptionibus Egberti arch. Eborac. cap. 62. Nisi forte speciali privilegio subnixa sint, ut monasterium Vindocinense, de quo Gaufridus Vindocinensis, epist. 27 lib. II, et Westmonasteriense, in Concil. Anglicanis, p. 633, anno Christi 1086 et p. 634, 310 et 228. Itaque abbates ante consecrationem suam episcopis subjectionis obedientiæque professionem edebant, cujus formula exstat in Notis Jacobi Sirmondi, ad epist. 7, lib. II, Gaufridi Vindoc. et in Notis Jeannis Picardi ad epist. 42 S. Bernardi. Fuere tamen qui subjectionem et obedientiata detrectarent nullo etiam privilegio tecuti: qua de re conqueritur S. Bernardus, *De consideral.* lib. III, c. 4, et epist. 42, ad Henricum Senonensem archiepiscopum. Imo abbati cuidam Hibernensi etiam episcopos subjectos fuisse refert Beda, lib. III *De gest.* c. 5, ut est in Concil. Anglicanis anno Christi 603, p. 118. D

(96) *Abbatum.* Ἡγουμένους, majores monasterii.

(96*) Speculatores, observatores.

(97) *Abbas duorum monasteriorum.* Ex c. 15 Concil., VII: Nemo potest clericus in duabus Ecclesiis conscribi: ergo multo magis dicendum est, non posse quem duobus monasteriis præesse, nisi plura monasteria pro uno habeantur, ut scribit Balsamon ad *Nomocan.* Photii tit. 1. c. 20.

(98) *Nec ullas habentibus liberos.* Episcopus eligi non poterat, qui non esset illiberis, ἄτεκνος. Novella Justiniani CXXIII. c. 1. Idem cavetur Novell. XI c. 1, quam abrogavit Leo Nov. II, quæ magis obtinuit etiam in Gallia: et procedente tempore jus illud in Ecclesia in desuetudinem abiit. Sidonius Apollinar. Epist. IV. epist. 12: *Nuper ego filiusque communis Terentinæ Hecyræ sales raminabamus.* Et in epist. 16. lib. V, ad Papianillam nivorem: *Hoscia te salutat, cura communis.* Gregor. Turonens. *Hist.* lib. V: *Perdidimus dulces et charos nobis infantulos.* Et lib. X, c. ult: *Baudinus ex referendario Chlotar i regis ordinatur episcopus habens filium.* Vide l. 47, et annotata lib. III ad d. Nov. VI.

(99) *Ad ecclesiam ipsius pertinent.* Præsumuntur paria ex rebus ecclesiæ. Vide Zonaram ad eam, 35 concil. Carthag.

administratoribus xenonum, nosocomiorum, ptochiorum, orphanotrophiorum, brephotrophiorum. Quæ post necessarias expenses superant, ad emendos reditus conferantur. Quilibet horum universæ administrationis suæ rationes successori suo reddit. Si per largitionem quispiam factus fuerit episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator, aut clericus, aut œconomus, aut ecclesiæ defensor, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut qui præfectus mendicis dicitur: tam ipse, quam qui accipit pecuniam, a sacerdotio, et administratore a curatione sua removetur. Clerici, qui per semetipsos non psallunt odas nocturnas, matutinas, et vespertinas, et citra reprehensionem cultum divinum non implent, a clericatu submoveatur, et in eos inquiritur ab episcopis, et duobus primis presbyteris, et vicario, et cujusvis ecclesiæ defensore. Unusquisque, qui scit horum aliquid violari, rem deferre potest.

Τὰ μετὰ τὴν ἀναγκαίαν δεπάνην περιττεύοντα εἰς ἀγορασίαν προσδίδου προχωρεῖ. Ἑκάστου τούτων ἐπὶ πάσῃ τῇ διοικήσει λογοθετεῖται παρὰ τοῦ μετ' αὐτόν. Ἐὰν ἐπὶ δόσει γένηταί τις ἐπίσκοπος, ἢ χωρεπίσκοπος, ἢ περιοδευτής, ἢ κληρικὸς, ἢ οἰκονόμος, ἢ ἐκκλησιάρχης, ἢ ξενοδόχος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ ὀρφανοτρόφος, ἢ ἐπὶ πτωχείας, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ λαμβάνων ἐκπίπτουσι τῆς ἱερωσύνης, καὶ ὁ διοικητὴς τοῦ φροντίσματος. Οἱ κληρικοὶ, δι' ἑαυτῶν μὴ ψάλλοντες τὰ νυκτερινὰ καὶ ὀρθρινὰ, καὶ τὰ ἑσπερινὰ, καὶ ἀμέμπτως μὴ λειτουργοῦντες, ἐκβάλλονται τοῦ κλήρου, καὶ καταζητοῦνται ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων, καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων, καὶ τοῦ ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἑκάστης ἐκκλησίας ἐκδίκου. Ἕκαστος τούτων γινώσκων τι τούτων παραβαινόμενον δύναται προσαγγέλλειν.

XLIII. Episcopus in quocunque (1) negotio, citra jussionem imperatoriam, Constantinopolim ne proficiscitor, sed apocrisiarios mittito. Qui secus facit, indignationem incurrit, et segregatur.

ΜΓ'. Ἐπίσκοπος ἐφ' οἱῳδήποτε πράγματι παρακέλευσιν [*Ισ.* παρὰ κέλευσιν] βασιλικὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει μὴ γινέσθω, ἀλλ' ἀποκρισιαρίους στελλέτω. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιεῖ, ἀγανακτεῖται καὶ ἀφορίζεται.

XLIV. Non cohabitent una monachi et monastriæ, sed habeant monastrium senem unum, ab episcopo deputatum apocrisiarium; et ad participationem sacræ communionis unus presbyter, et unus diaconus eis dandi sunt, qui honestæ vitæ sint, nec cum eis conversentur aut cohabitent. Qui vero in hæc non inquirit, nec ea corrigit episcopus, episcopatus amittendi periculum incurrit.

ΜΔ'. Μὴ συνδιαγέτωσαν ἀλλήλοις μοναχοὶ καὶ μονάστριαι, ἀλλ' ἐχέτωσαν αἱ μονάστριαι ἕνα γέροντα, παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἀφωρισμένον ἀποκρισιάριον, καὶ εἰς μετάδοσιν τῆς ἁγίας κοινωνίας, ἕνα πρεσβύτερον, καὶ ἕνα διάκονον δίδοται [*Ισ.* διδόναι] χρὴ σεμναῖ βίου, μὴ συνδιαιτωμένους ἢ συνοικοῦντας αὐταῖς. Ὁ δὲ μὴ ταῦτα καταζητῶν καὶ ἐπανορθῶν ἐπίσκοπος κινδυνεύει περὶ τὴν ἐπισκοπήν.

XLV. Si presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, matrimonium contraxerit, et pœnæ canonum est obnoxius, qui non minus (2) quam leges valent, et sacerdotium amittit. Quinetiam liberi, velut ex incestis et nefariis nuptiis procreati, spurii sunt, neque per successionem, aut donationem, aut mutuum fictitium, aut aliam obligationem, quidquam a patribus vel ipsi, vel eorum matres accipiunt; sed ejusmodi res sibi ecclesia ipsorum vindicat.

ΜΕ'. Ἐὰν πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος γαμήσῃ, ὑπόκεινται μὲν τοῖς κανόσιν, οἵτινες οὐχ ἧττον τῶν νόμων [*in Cod. Just.* τῶν νόμων] ἰσχύουσι. Καὶ τῆς ἱερωσύνης δὲ ἐκπίπτει· καὶ οἱ παῖδες δὲ, ἐξ ἐκκέστων καὶ νεφαρίων γάμων τεχθέντες, νόθοι εἰσί· καὶ οὔτε διαδοχὴν, ἢ δωρεὰν, ἢ ἰσχηματισμένον δάνειον, ἢ ἑτέραν ἐνοχὴν λαμβάνουσί τι παρὰ τῶν πατέρων, ἢ αἱ μητέρες αὐτῶν· ἀλλὰ ταῦτα λαμβάνει ἡ κατ' αὐτοὺς ἐκκλησία.

XLVI. Si quispiam fecerit dispositionem, per institutionem, aut legatum, aut fideicommissum, aut mortis causa donationem: is qui rem curare jussus est, cogitur per episcopum (3), etiamsi hoc prohibitum episcopo sit per testatorem, providere; ut, siquidem injuncta fuerit ei ecclesiæ exstructio, intra triennium eam absolvat: si vero xenon, intra spatium anni. Sane potest etiam domus aliqua conduci, ad componendos in lectis ægros, donec ipsum opificium impletum fuerit. Quodsi quæ semel ad pias causas dare jussi fuerint, ea præstare confestim

ΜΣ'. Ἐάν τις εὐσεβῆ ποιήσειτο διατύπωσιν ἐν ἐνστάσει, ἢ ληγᾶτον [*γρ.* ληγάτων], ἢ φιδεικόμισσον μόρτις καῦσα δωρεὰ, ἀνάγκην ἔχει ὁ κελευσθεὶς διὰ τοῦ ἐπισκόπου, κἂν ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ διαθεμένου, προνοῆσαι, εἰ μὲν ἐκκλησία ἐπιτραπὴ ποιῆσαι, πληροῦν αὐτὴν εἴσω τριετίας· εἰ δὲ ξενῶνα, εἴσω ἐνιαυτοῦ. Δυνατὸν γὰρ καὶ οἶκον εἰς ἀνάκλησιν ἀῤῥώστων μισθώσασθαι, ἕως οὗ τὸ ἔργον πληρωθῇ. Εἰ δὲ πρὸς ὄπαξ εὐσεβές τι παρασχεῖν ἐκελεύσθησαν, ἀναγκάζονται διδόναι παραχρῆμα τοῦ ἀμφισβητηθῆναι τὴν διαθήκην καὶ τὴν κληρονομίαν, ἢ τὸ

Annibalis Fabroti notæ.

(1) *Episcopus in quocunque.* Nov. VI, c. 2.

(2) *Qui non minus.* Canones legum habent vigorem. Justinianus Nov. VI, c. 1: Καὶ τοῖς πρὸ ὑμῶν βεβασιλευκόσι, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὀρθῶς εἴρηται, δεῖν τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀντὶ νόμου κρατεῖν.

(3) *Cogitur per episcopum.* Similiter episcopus hæredem compellit ut monumentum faciat secundum voluntatem defuncti, tametsi stricta ratione hæres facere non cogeretur. Sic Græci interpretantur quod de pontificali auctoritate dicitur in l. *Hæreditas* 56, D. *Hæredit. petit.* lib XLII, Basilic. tit. 1.

πρεσβεῖαν καταδίξασθαι. Τοῦ δὲ τοιούτου χρόνου παρερχομένου, ἀπαιτεῖται τὸ καταλειφθὲν ὁ ἐπίσκοπος μετὰ καρπῶν καὶ αὐξήσεων ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦ διαθεμένου τελευτῆς· καὶ ποιεῖται τὰς οἰκοδομὰς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ξενώνων, καὶ γηροκομείων, ἢ ὀρφανοτροφείων, ἢ νοσοκομείων, ἢ πτωχείων, ἢ τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀγοραστίαν,' καὶ προχειρίζεται τοὺς διοικητὰς αὐτῶν, εἴ γε μὴ ῥητῶς ὁ τελευτήσας εἶπε τὸν ὀφείλοντα διοικεῖν. Εἰ δὲ καὶ ὠνόμασεν, ἔξεισιν ὁ ἐπίσκοπος ἔχει, κακῶς αὐτὸν διαγινόμενον ἀποκινεῖν, καὶ ποιεῖν ἕτερον. Εἰ δὲ ὁ κελευσθεὶς καὶ ἀχληθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου ἀρχικὴν ὄχλησιν ἀναμείνῃ, διπλοῦν δίδωσι τὸ καταλειφθέν. Ῥαθυμοῦντος δὲ τοῦ ἐπισκόπου, ἀναγκάζει πληρωθῆναι τὸ διατυπωθὲν ὁ μητροπολίτης, ἢ ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης ἀρχιεπίσκοπος, καὶ πᾶς ὁ βουλόμενος τῶν πολιτῶν κινεῖν τῶν ἐχλέγε. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἰδίαν τελευτὴν οἱ κληρονόμοι ἐκελεύσθησαν ποιῆσαι, ὁ προδηλούμενος χρόνος μετὰ τὴν ἀποδίωσιν αὐτῶν ἀριθμεῖται. Οἱ δὲ ἄρχοντες ἀναγκάζουσι ταῦτα πληροῦσθαι. [Εἰ] ἐανάλιον ληγατευθῇ ἢ δωρηθῇ τόποις εὐαγέσιν, ἢ κλήρῳ, ἢ μοναχοῖς, ἢ μοναστηρίαις, ἢ πτωχοῖς, καὶ ἁπλῶς εὐαγέσιν, ἢ οὐκ ἀπηγορευμένοις συστήμασιν, οὐκ ἔξεστιν ἐπ' αὐτῷ διαλύσεσθαι, εἰ μὴ δοθῇ πρόσοδος εὐθαλὴς, μὴ βεβαρημένη δημοσίοις, καὶ προσθήκην οὐχ ἧττον τοῦ τετάρτου τῆς καθαρᾶς προσόδου μέρους ἔχουσα, μηδέποτε ἐκποιηθησομένη. Διὸ δὲ καὶ συνθήκας καὶ διαλύσεις ἐγγράφους ἐπὶ τοῦτο γίνεσθαι, καὶ ἐπὶ πράξεως ἐμφανίζεσθαι. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, ἐκπίπτει τοῦ δοθέντος χρυσίου ὁ διαλυσάμενος, καὶ ἐκδικεῖ τὸ πρᾶγμα ὁ εὐαγὴς τόπος, ἔχων ὑποθήκην τὰ πράγματα τοῦ καταλείψαντος καὶ ἐπὶ καρποῖς καὶ προσόδοις, καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπανοδήσει· καὶ οὐκ ἀντίκειται τῇ ἀγωγῇ χρονία παραγραφή· κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ τίκτεται.

A coguntur, ubi primum publicatum testamentum, et ipsi hæreditatem atque legatum fuerint adepti. Quod tempus ubi præterierit, relictum episcopus exigit, una cum fructibus et accessionibus, inde usque a tempore mortis ejus, qui testamentum condidit; et structuras ecclesiarum, xenonum, gerontocomiorum, vel orphanotrophiorum, vel nosocomiorum, vel ptochiorum perficit; aut captivorum redemptionem, aliasve pias actiones procurat, et administratores horum instituit, si defunctus eum, qui administrare debeat, disertis verbis non expressit. Sin eum nominavit, potestatem habet episcopus, ut male se gerentem removeat, et alium instituat. Sin aliquis jussus (4) ac molestatus ab episcopo, præsidum interpellationem exspectaverit, rei testamento relictæ duplum præstat. Quod si episcopi negligentia interveniat, metropolitanus impleri, quod testamento dispositum est, cogit, vel ejus diœceseos archiepiscopus. Atque adeo civium quilibet ex lege condictitiam habet. Si vero hæredes post obitum suum, hoc ædificium struere jussi fuerint, tempus indictum ab eorum obitu numeratur, et ipsi præsides opus absolvunt. Si quod legatum annale relictum fuerit, aut donatum venerabilibus locis, aut clero, aut monachis, aut monasteriis, aut pauperibus, et simpliciter religiosis, vel non prohibitis corporibus: de eo transigere non licet, nisi datus fuerit opimus reditus, nec fiscalibus oneratus cum appendice, non minus quarta parte puri reditus habente, qui denique nunquam alienari possit. Atque hæc tum pacta, tum transactiones, hoc nomine per scripturam fieri debent, et apud acta insinuari. Si quid secus factum fuerit, aurum solutum amittit is, qui transegit; et ipsam rem locus religiosus vindicat, retinens interim obligatas sibi res testatoris, tam legatorum respectu, quam fructuum, et redituum, et omnis accessionis legitimæ. Nec præscriptio longi temporis opponitur huic actioni, cum quotannis nascatur.

MZ'. Ὁ ἡγούμενος κατ' ἐκλογὴν ἐπὶ ἀσκήσει καὶ διοικήσει τῶν λοιπῶν ἢ τῶν πλειόνων ἐπὶ ξῶν Εὐαγγελίων γίνεται δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ἡγουμένης μοναστριῶν, ἤτοι ἀσκητριῶν. Εἰ δὲ πρῶτοι ἱκανοὶ πρὸς τὴν ἡγουμενείαν εὑρισκόμενοι, προτιμῶνται τῶν μετ' αὐτούς.

XLVII. Abbas per electionem (5), habita exercitationis et administrationis ratione a reliquis monachis, vel a pluribus, propositis evangeliis, episcopi approbatione interveniente, instituitur. Idem fit in præfecta monasteriarum (6) sive ascetriarum. Cæterum si primi ad præfecturæ munus idonei reperiantur (7), potiores sunt illis, qui eos sequuntur.

MH'. Ἐάν τις ἔχων γαμετὴν ἢ παῖδας [*Cod. Just.*

XLVIII. Si quis uxorem (8) et liberos habens,

Annibalis Febroti notæ.

(4) *Sin aliquis jussus.* Ἐνοχληθέντος, admoniti et conventi. Vide § *Sed furti* 25, *Instit. de action.*

(5) *Abbas per electionem.* Abbas eligi debet: electio enim quæ per sortes fit, prohibetur l. 46, c. eod.

(6) *In præfecta monasteriarum.* Ἐπὶ τῶν ἡγουμένων τῶν ἐναγῶν μοναστηρίων, d. l. 46.

(7) *Idonei reperiantur.* Alioquin eligi quoque poterit minor natu. Vid. *Constit. Apost.* lib. II, c. 1. Vide epistolam S. Ignatii ad Magnesios, inter eas quæ interpolatæ dicuntur. Balsamon ad c. 80 Apostol.: Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος οὐ τὸν νέον ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὸν ἐκ νέου φυτευθέντα· *Jam vere et magnus Paulus non juvenem prohibet*, id est, νέον fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον.

(8) *Si quis uxorem.* Qui uxorem aut liberos habet, episcopus creari non potest, Nov. VI. c. 1, § 3, nisi maritus esse desinat, ut ait B. Hieron. *Advers. Vigilantium.* Vid. ad d. Nov. et l. 39 supra. Aut certe uxoribus abstinebant episcopi et superioris gradus clerici exemplo B. Petri, qui ut est in canonibus Ælfrici ad Vulfinum episcopum, quamprimum factus est discipulus Christi, qui castitatis exemplum præbuit, uxorem dereliquit, et muadana omala. Ne autem in periculum vocaretur castitas Deo promissa (nam Genebaudum episco-

fit episcopus, neur amplius ipse in episcoporum erit numero, et qui eum ordinaverit, episcopatum amittit.

XLIX. Recte ac utiliter captivos quis heredes scribit, ac hæreditatem episcopus et œconomus civitatis, in qua domicilium habuit, accipit; et in captivorum redemptionem expendunt, vel ipsarum rerum pretia, vel immobilium reditus, nihil retinentes jure Falcidiæ. Idem nomine, debitorum et agunt, et conveniuntur. Pauperes etiam recte quis scribit heredes: ac si distincte non adjecerit, quosnam intelligat, ejus rem civitatis xenodochus illas res accipit, et ex ipsarum distinctione reditum comparat. Sin plures in civitate sunt xenones, magis inopes hasce res accipit, discutiente causam episcopo, et subditis ei clericis. Quod si nullum civitas xenonem habet, per episcopum vel œconomum res distribuuntur in pauperes, vel alioquin egenos, nulla Falcidiæ ratione habita. Sin ad manifestum, non incertum ecclesiæ nomen, vel religiosæ domus, recipiendo reliquit: ea ipsa legatum accipit, interveniente Falcidia.

L. Episcopi, et presbyteri, et diaconi, peculium castrense habent, ac de hoc legitime testantur: nec ipsorum testamentum inofficiosi querelæ subjacet.

LI. Etiam clerici recte in instrumentis fori præscriptioni renuntiant: quippe generaliter cuivis licet, ut ea, quæ pro se faciunt, negligat.

LII. Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi et monachi licet ordinationem (9) nullam habeant, immunes sunt omni tutela (10) et curatione: ea tamen lege, si ecclesiis et monasteriis suis vacent (11), nec divinum cultum negligant.

LIII. Curialis et apparitor (12) si factus fuerit episcopus aut presbyter, loco moveatur, licet antea

sic habet, γαμετὴν, ἢ παλλακὴν, ἢ φυσικοὺς] ἐπίσκοπος γένηται, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτὸν ἐκπίπτει.

ΜΘ'. Ἐρώμενος τις γράφει τοὺς αἰχμαλώτους κληρονόμους, καὶ λαμβάνει τὴν κληρονομίαν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως· ἐν ᾗ τὸ δομικλίειον εἶχε· καὶ δαπανῶσιν εἰς ἀνάρρυσιν τῶν αἰχμαλώτων, ἢ εἰς τιμὰς τῶν πραγμάτων, ἢ τὰς προσόδους τῶν ἀκινήτων, μὴ παρακρατούντες Φαλκιδίῳ. Καὶ ἐνάγουσι, καὶ ἐνάγονται ἐπὶ τούτοις χρέσει. Καὶ τοὺς πτωχοὺς τις καλῶς γράφει κληρονόμους· καὶ ἐὰν μὴ προσδιορίσῃ πόλους, ὁ ξενοδόχος τῆς αὐτῆς πόλεως λαμβάνει τὰ αὐτὰ πράγματα, καὶ ἐκ τῆς διαπράσεως αὐτῶν ἐξαγοράζει πρόσοδον. Εἰ δὲ πολλοὶ ξενῶνές εἰσιν ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον ὁ ἀπορώτερος αὐτὰ λαμβάνει, τὰ περὶ τούτου δοκιμάζοντος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν. Εἰ δὲ μὴ ἔχει ξενῶνα ἡ πόλις, διανέμονται τὰ πράγματα διὰ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ οἰκονόμου εἰς τοὺς πτωχοὺς, ἢ ἄλλως ἐνδεεῖς, μὴ παρακρατουμένου Φαλκιδίου. Εἰ δὲ πρόδηλον ἢ ἄδηλον ὄνομα ἐκκλησίας ἢ εὐαγοῦς οἴκου ἀπὼν κατέλιπεν, αὐτὸς μόνος λαμβάνει, μὴ ὑφιστάμενος Φαλκιδίων.

Ν'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι peculium castrense ἔχουσι, καὶ διατίθενται νομίμως ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπόκειται ἡ διαθήκη δινοφρικίσσῃ.

ΝΑ'. Καὶ οἱ κληρικοὶ καλῶς ἐν συμβολαίοις ἀπολέγουσι τῇ τοῦ φόρου παραγραφῇ. Γενικῶς γάρ ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν ἑαυτοῦ καταφρονεῖν.

ΝΒ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ μοναχοὶ, κἂν μὴ ἔχωσι χειροτονίαν, λειτουργικὴν ἔχουσι πάσης ἐπιτροπῆς καὶ κουρατόρων· καὶ σχολάζοντες μέντοι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τοῖς μοναστηρίοις αὐτῶν, καὶ μὴ ἀμελοῦντες τῆς θείας λειτουργίας.

ΝΓ'. Ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης, ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος γένηται, ἐκπίπτει, κἂν ἦν πρὸ

Annibalis Fabroti notæ.

pum illecebris deceptum uxoris liberos ex ea procreasse scribit Flodoardus, lib. 1 *Hist. Rhemens.* cap. 14, et vide omnino Gregorium Turonensem, *De gloria confessorum* cap. 78), postea constitutum est, ut non aliter episcopus crearetur, quam si uxor vitam solitariam amplecteretur. Eaque de re exstat Isaaci Angeli constitutio apud Leuncl. lib. VIII Resp. matrim. Sic Josannes Glycis cum factus esset patriarcha Constantinopolitanus uxorem ejus statim monasticam habitum induisse scribit Nicephorus Gregoras, *Histor. Rom.* l. VII; concilium Arelat. sup. Vide Balsamonem in synodum VI, in Trullo, can. 48; concilium Arelat. II, sub Siricio, c. 2, assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio. Vide Gregorium Nazianzenum, orat. 40.

(9) *Licet ordinationem.* Licet non sint clerici, l. 31 *eo cod.* Vid. Balsamonem *Nom.* tit. 1, c. 31; et Zonaram ad can. 8 IV syn. Chalced. B. Hieron. ad Heliodorum mon.: *Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad clericos.* Vita S. Pachomii interprete Dionysio Exiguo, c. 24: *Cogitatio feralis ambitus si in mentes irroperit monachorum ut vel primi cupiant esse, vel clerici, nisi cito suggestionis hujus ardorem de suo corde pepulerint, illico perdent continentiam multis laboribus acquisitam.* Clerici tamen fieri possunt. V. Bals. ad can. 77 VI syn. in Trullo. Ex monachis fieri possunt episcopi, Nov. VI, cap. 1, § 7. Vide *Ibid.*

(10) *Ab omni tutela.* Ex Nov. CXXIII, c. 5, episcopi et monachi tutores fieri non possunt; clerici volentes unam legitimam tutelam suscipiunt. V. can. 3 concilii Chalced. et ibi Zonar. et Balsam. Clerici tamen non prohibentur esse testamentorum exsecutores, Nov. Leonis CXVIII.

(11) *Si ecclesiis suis vacent.* Justinianus in l. 51: *Qui apud sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent, non divagantes.* In quibusdam cod. et mss. Brodæi, legitur, *desagantes.* De his S. Augustinus lib. singul. *De opere monachor.*: *Tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes provincias nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes.* V. synod. Chalced. c. 4. Cæterum d. l. 51, perperam Leoni tribuitur a Gratiano, quæst. 16, cap. 1, generaliter.

(12) *Curialis et apparitor.* V. Innoc. I, epist. 4, et distinct. 51, et c. *Aliquantos*, eod. d. Breviar. can. Crescenii, n. 219.

τούτου κληρικός· καὶ γινόμενος ἰδιώτης, ἀποδίδοται A clericus esset : et factus privatus, muneri suo re-
τῇ οἰκείᾳ λειτουργίᾳ. Εἰ δὲ ἀπὸ ἀνήβου ἡλικίας stituitur(13). Sin ab impuberi ætate solitarius fuit, ac
ἐμόνασε, καὶ διέμεινε, γίνεται πρεσβύτερος, καὶ in eo perseveravit, et presbyter fit, et episcopus, et
ἐπίσκοπος καὶ ἀρχιμανδρίτης, καὶ λειτουργίας archimandrita, et a munere suo liberatur : ita qui-
ἀπαλλάσσεται· τοῦ μὲν βουλευτοῦ διδόντος τὴν τε- dem, ut curialis quartam (14) patrimonii sui partem
τάρτην μοῖραν τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῇ βουλῇ καὶ τῷ det curiæ, ac fisco : apparitor vero, tantumdem
δημοσίῳ, τοῦ δὲ ταξεώτου τῷ δημοσίῳ μόνῳ· ὁ δὲ fisco duntaxat. Qui autem præter leges ordinatus
παρανόμως χειροτονηθεὶς καθαιρεῖται. Ἐάν τις ὢν fuerit, deponitur. Si quis, cum clericus sit, vel ar-
κληρικὸς ἢ ἐνόπλως στρατεύηται, ἢ καθαιρεθεὶς matæ militiæ se dederit, vel a clericatu remotus,
μετέλθῃ στρατείαν, βουλευτὴς παραχρῆμα γίνεται militaverit, extemplo fit curialis civitatis suæ, vel
τῆς ἰδίας πόλεως, ἢ ἑτέρας, μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας, alicujus alterius, ad unam usque provinciam, siquidem ipsius patria multos habeat decuriones. Sin
ἐὰν ἡ πόλις αὐτοῦ πολλοὺς ἔχῃ βουλευτάς. Εἰ δὲ latitat, facultates ejus decuriones apprehendunt,
λανθάνει, ἐπιλαμβάνονται οἱ βουλευταὶ τῶν πραγ- earumque semissem ipsi accipiunt, in reditu, vel
μάτων αὐτοῦ, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ ἐν προσόδῳ, οὖσῃ, exsistente, vel comparando : altera semissis mensæ
ἢ ὠνουμένῃ, λαμβάνουσι· τὸ δὲ ἥμισυ τῇ τραπέζῃ B præfectorum prætorio infertur. Idem etiam in mo-
τῶν ὑπάρχων εἰσκομίζεται. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ μονα- nacho locum habet, si quomodocunque militaverit,
χοῦ ὅπως οὖν στρατευομένου, ἢ ἀξίαν λαβόντος, ἢ aut dignitatem adeptus sit, aut in judiciis versetur.
τὸν ἐν δικαστηρίοις βίον μεταδιώκοντος. Ἐάν τις Si quis gravatus fuerit fideicommisso (15), vel sub-
βαρηθῇ ἀποκαταστάσει, ἢ ὑποκαταστάσει ἐξ ἀπαι- stitutione, ex causa non exstantium liberorum, ac
δίας, καὶ βουληθῇ γαμῆσαι διάσκησιν, μένει ἔχων propter exercitationem monasticam, matrimonium
τὰ πράγματα, καὶ δαπανᾷ αὐτὰ περιὼν, ἢ κατα- contrahere non voluerit, manet in eodem statu ac
λιμπάνει ὡς θέλει, εὐσεβῶς μέντοι. Εἰ δὲ καὶ ὑπὸ res ipsas retinet, easque superstes expendit, vel
αἵρεσιν παιδοποιΐας καταλειφθῇ αὐτοῖς, ἔχουσιν testamento relinquit, pro libitu suo, pias tamen ad
αὐτὰ καὶ μὴ παιδοποιοῦντες. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ παρ- causas. Quod si etiam sub conditione procreando-
θενευούσαις, καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν βουλομένοις κω- rum liberorum eis aliqua legata fuerunt, retinent
λυομένοις κληρικοῖς. Ἐὰν ὁ εἷς τῶν συνοικούντων ea, tametsi nullos procreant liberos. Idem obtinet
μονάσῃ, πέμπει βαπούδιον ὁ ἄλλος, καὶ χώραν τοῖς etiam in feminis virginitatem profitentibus, et in
ἀπὸ τελευτῆς συμφώνοις· καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος clericis, qui matrimonium contrahere prohibentur.
φυλάττεται, ὡς εἰκὸς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισὶν, Si conjugum alteruter (16) solitariæ vitæ se dederit,
εἰ καὶ τὸ κερδᾶναν πρόσωπον μὴ ἔλθῃ πρὸς ἕτερον alter repudium ei mittit, et locus est pactis in ca-
γάμον καὶ μείνῃ ἡ γυνὴ γαμουμένη ἑτέρῳ ἐνιαυτὸν C sum mortis, ac lucrum inde provenions reservatur
ἕνα. communibus ex eodem matrimonio liberis, si quidem ea persona, quæ lucrum illud acceperit, ad secundas nuptias non accesserit, et ipsa mulier annum unum innupta maneat.

ΝΔ'. Τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τοῖς κη- LIV (16'). Licet parentibus, et fratribus et curato-
δεμόσι τῶν παρθένων καὶ διακονισσῶν, καὶ τῶν ἀνει- ribus virginum, diaconissarum, et viduarum Deo
μένων τῷ Θεῷ χηρῶν, ἔξεστι τοὺς ἁρπαγας αὐ- consecratarum, ut earum raptores, et illos, qui
τῶν, καὶ τοὺς ἐν καιρῷ τῆς ἐφόδου βοηθοῦντας tempore invasionis auxilium eis præbent, in
αὐτοῖς ἐπ' αὐτοφώρῳ [αὐτοφώρῳ] φονεύειν. Εἰ δὲ ipso facinore interficiant. Sin effugiunt, perquirunt
διαφύγωσιν, ἀναζητοῦσιν αὐτοὺς, ἐν Κωνσταντι- eos, Constantinopoli quidem, præfecti prætorio, et
νουπόλει μὲν οἱ ὑπαρχοι καὶ ὁ ἔπαρχος, ἐν δὲ ταῖς præfectus urbi ; in provinciis autem, magistratus
ἐπαρχίαις πάντες οἱ ἄρχοντες πολιτικοί τε καὶ στρα- universi, tam civiles, quam militares : et probatione
τιωτικοί· καὶ μετὰ ἀπόδειξιν μὴ χωμένους φόρου secuta, nulla fori præscriptione utentes extremo

Annibalis Fabroti notæ.

(13) *Muneri suo restituitur.* Curiæ vel cohorti : D χεῖρ διακόπτεται· *Hoc persuasum habeto, exceptis*
ut infra munere suo liberatur, id est, curia, vel *morte ac adulterio, nulla ex causa matrimonium*
officio. Ad curiam retrahitur. *dirimi.* Et ei qui semel conjugalem vitam elegit,
(14) *Quartam.* Dodrantem ex Nov. CXXIII, ex temere consilium mutare non licet, nisi religionis
qua monachus post annos 15, curia liberatur, at- assumpserit habitum ; Dei enim causa præcipua
que ita episcopus creari potest. est, et merito auditur qui a conjugali consortio ad
(15) *Si quis gravatus fuerit fideicomm.* Vide cultiorem et Deo magis acceptam vitam transire
d. Nov. CXXIII, c. 37. velle dicitur. Alterius tamen conjugis voluntatem
(16) *Si conjugium alteruter.* Jure civili uni ex prius explorandam esse docet lit. *De conversione*
conjugibus etiam invito altero religionis gratia *conjugatorum.* D. August. in epist. 45 : *Nam et*
licet divertere, et divortium ejusmodi dicitur *vovenda talia non sunt a conjugatis, nisi ex con-*
fieri bona gratia, id est, citra culpa alterutrius *sensu et voluntate communi.* Videndus Hincmarus,
et communi consensu. Et divortium illud legum *De divortio Lothar. et Tetbergæ*, in resp. ad interrog.
præsis solutum est, l. 52, c. *De episc. et cleric.* Nov. 23 ; et D. Augustin. epist. 70 ; et Paulinus Nola-
XXII, c. 5, Nov. CXVII, c. 12. Quod tamen jus Ecclesia nus, in epist. 50 ad Celantiam ; Cantacuzenus,
non probavit ; matrimonium enim sola morte diri- lib. IV, cap. 42.
mitur. Asterius in homilia, in qua disserit, an liceat (16') Raptores sanctimonialium ac diaconissarum
homini dimittere uxorem suam quacunque ex impune occiduntur a parentibus, fratribus, vel tu-
causa : Πεῖσθητε ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοι- toribus seu curatoribus earum.

supplicio afficiunt, ac bona raptoris, et ejus, qui (sicuti dictum est) auxilium illi præbuit, accipit ipsum monasterium, vel ascetorium; ita tamen, ut ea, cui vis illata fuit, ex iis ibidem alatur. Sin violata duntaxat est diaconissa, non ascetria, vel monastria, proprietatem illorum bonorum ecclesia ipsius accipit; ipsa vero, suffragium (17). Qui autem aliter eis auxilium præbuerint, vel ministri fuerint, vel conscii, vel susceptores, vel opem quamcunque tulerint, ultimo duntaxat supplicio subjacent. Est autem locus his, quæ dicta sunt, etiamsi mulierum indicatarum aliqua volens peccaverit.

LV. Si quis ex sponsis solitariam vitam elegerit, arrhæ simplæ restituuntur, nec quidquam præter has amittitur. Et in iis, qui matrimonium contraxerunt, casus post mortem locum inveniunt (18). Non licet parentibus impedire liberos, qui vitam solitariam amplecti, vel clerici fieri volunt; nec illa sola de causa potestatem habent exhæredandi: sed si testamentum condiderint, tres uncias eis relinquere coguntur: sin nihil omnino disposuerint, locus est successioni ab intestato. Quodsi ecclesias ipsi, vel monasteria reliquerint, ac mundani facti fuerint, omnia ipsorum jura pertinent ad monasterium, vel ad ecclesiam. Si Christianus Judæo, vel hæretico, vel pagano servierit, libertatem adipiscitur. Sed et si quis necdum christianus, ad orthodoxam fidem accedat, licet postea dominus etiam fidem Christianam amplexus fuerit, nihil pro ejus pretio consequitur, violatore legis non solum multæ pecuniariæ, verum etiam ultimo supplicio subjacente.

LVI. Iis, quæ sancita sunt in extremo capite constitutionis 45 tituli præsentis, adjicit hæc constitutio, ut quæ nomine transactionis aut venditionis rei, quæ perpetuo relinquitur, cujusmodi leges annalia vocant, præter vim dictæ constitutionis data sunt, religiosæ domui addicantur; et ut ei, qui dedit, obligatus is sit, qui cum ipso contraxit; et hæredes contrahentis alteri de suo, quæ data sunt præstent.

Paratitla tituli III.

Libri I, tit. 1, constit. 3, cujus initium, *Sancimus*. Episcopus vel clericus, qui Nestorianus est, ex ecclesia ejicitur.

Lib. I, tit. 1, constit. 4, cujus initium, *Nemo*. Clericus, qui publice de fide disceptationem instituit, a sacerdotio removetur.

Lib. I, tit. 2, constit. 6 (19), cujus initium, *Omni*. Etiam in Illyrico prisci canones ecclesiastici serventor, ut cum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, fide archiepiscopi Constantinopolitani (20), synodo conveniente, decidatur.

A παραγραφῇ, τιμωροῦνται ἐσχάτως, καὶ τὰ πράγματα τοῦ ἅρπαγος καὶ τοῦ (ὡς εἴρηται) βοηθήσαντος αὐτῷ λαμβάνον τὸ μοναστήριον ἢ τὸ ἀσκητήριον ἐφ' ᾧ καὶ τὴν βιάσασαν ἐξ αὐτῶν ἐκεῖθεν τρέφεσθαι. Εἰ δὲ μόνον διακόνισσά ἐστιν ἡ βιασθεῖσα, καὶ οὐκ ἀσκήτρια ἢ μονάστρια, τὴν μὲν δεσποτείαν ἡ κατ' αὐτὴν ἐκκλησία λαμβάνει, αὐτὴ δὲ τὴν ἀποτροφήν. Οἱ δὲ ἄλλως αὐτοῖς βοηθήσαντες, ἢ ὑπουργήσαντες ἢ συνειδότες, ἢ ὑποδεξάμενοι, ἢ σπουδὴν οἱανδήποτε συνεισαγαγόντες, μόνῃ τῇ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑπόκεινται. Χώρα δὲ τοῖς εἰρημένοις, κἂν ἑκοῦσά τις τῶν εἰρημένων γυναικῶν ἡμαρτήθη.

NE'. Ἐάν τις τῶν μνηστόρων [ἴσ. μνηστήρων] μονάσῃ, οἱ ἀῤῥαβῶνες ἁπλοῖ ἀποδίδονται, καὶ οὐδὲν ζημιοῦται. Ἐπὶ δὲ γαμησάντων οἱ ἀπὸ τελευτῆς B χάσοι χώραν λαμβάνουσιν. Οὐκ ἔξεστι τοῖς γονεῦσι βουλομένους τοὺς παῖδας μονάσαι ἢ κληρωθῆναι κωλύειν, οὔτε διὰ τοῦτο μόνον ἐξερεδατεύειν· ἀλλ' εἰ μὲν τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατυπώσωσιν, ἀνάγκην ἔχουσι τρεῖς οὐγκίας αὐτοῖς ἐᾷν· εἰ δὲ μὴ διατυπώσωσι, χώρα τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου. Εἰ δὲ τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰ μοναστήρια καταλίπωσι, καὶ κοσμικοὶ γένωνται, πάντα τὰ δίκαια αὐτῶν τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέρει. Ἐὰν Χριστιανὸς δουλεύσῃ Ἰουδαίῳ, ἢ αἱρετικῷ, ἢ Ἕλληνι, ἐλευθεροῦται. Καὶ ὁ μὴ ὢν μὲν Χριστιανὸς, προστρέχων δὲ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, κἂν ὕστερον ὁ δεσπότης χριστιανίσῃ, C οὐδὲν ὑπὲρ τιμῆς λαμβάνει, τοῦ παραβαίνοντος οὐ μόνον ποινῇ χρηματικῇ, ἀλλὰ καὶ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑποκειμένου.

NϚ'. Τοῖς νομοθετηθεῖσιν ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τῆς [τεσσαρακοστῆς πέμπτης] διατάξεως τοῦ παρόντος τίτλου προστίθησιν ἡ παροῦσα διάταξις, ὥστε ὑπὲρ διαλύσεως ἢ πράσεως τοῦ διηνεκοῦς καταλιμπανομένου, ὑπὲρ ἀννάλια [ἴ. ὑπεραννάλια] καλοῦσιν οἱ νόμοι, παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῆς δοθῆσαι, τῷ εὐαγεῖ προσκυρούμενα τόπῳ, ὑποκεῖσθαι τῷ δεδωκότι, τὸν συμβάλλοντα αὐτῷ, καὶ οἴκοθεν αὐτῷ διδόναι κληρονόμου αὐτοῦ.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτλος α', διάταξις γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, Νεστοριανὸς D ὑπάρχων, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλονται.

Βιβ. α', τίτ. α', διάταξις δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo*. Κληρικὸς δημοσίᾳ περὶ πίστεως ζήτησιν ποιούμενος τῆς ἱερωσύνης ἐκπιπτέτω.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omni*. Καὶ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ οἱ παλαιοὶ κανόνες τῶν Ἐκκλησιῶν κρατείτωσαν· ὥστε ἡνίκα τι ἐκκλησιαστικὸν ἀνακύψει, τέμνεσθαι γνώμῃ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, συνόδου γινομένης.

Annibalis Fabroti notæ.

(17) *Ipsa vero suffragium*. Σουφράγιον et in ora libri Leunclavii exponitur, ἀποτροφή. Glossæ Basilic. σουφράγιον, ἀποστροφή, lege, ἀποτροφή. Justinian. in l. 53, c. eod. usumfructum consequatur.

(18) *Casus post mortem*. Lucrum consequatur ab eo qui solitariam vitam elegit, quod debuit legitime vel ex pacto in casum mortis exigere, l. 54, c. eod.

(19) Lib. I, tit. 11, const. 6. Vide supra ad tit. 2, n. 6.

(20) *Fide archiep. CP*. Græci videntur legisse, *sententia*. Iidem vertunt, γνώμῃ, sententia, arbitrio.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Privilegia*. A Ὅτι τὰ παρεργόμενα ἐκ τοῦ δημοσίου ταῖς ἀγιωτάταις ἐκκλησίαις λόγῳ πτωχῶν ἀδιστάκτως καὶ ἀμειώτως αὐταῖς καταβάλλεσθαι χρὴ, ἐν οἱοισδήποτε εἴδεσιν ὄντα.

Βιβ. α', τίτ. β', διάταξις ιγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Generaliter*. Γυνὴ ἀφιερωμένη Θεῷ, ἢ καὶ χήρα, δύναται ἐκκλησίᾳ, ἢ μοναστηρίῳ, ἢ κλήρῳ, ἢ πτωχοῖς ἐν διαθήκῃ ἐν κωδικίλλοις πᾶν ὅπερ βούλεται καταλιμπάνειν.

Βιβ. α', τίτ. β', διάταξις ιδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Jubemus*. Ὁ οἰκονόμος ἐκποιῶν ἀκίνητον τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως πρᾶγμα, ἢ πολιτικοὺς ἀγνώνας, ἢ γεωργοὺς, ἐκπίπτει τῆς οἰκονομίας.

Βιβ. α', τίτλος β', διάτ. ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ. . . . Εἴ τις νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον ἢ ξενοδοχεῖον δωρεᾶς τρόπῳ κτίζειν ἐπηγγείλατο, τοῦτο πληροῦν ἀναγκάζεται προνοίᾳ τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων. B

Βιβλίον α', τίτλος β', διάταξις ις', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Decernimus*. Ἡ διάτ. βούλεται τὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν μοναχῶν προνόμια βέβαια μένειν.

Βιβ. α', τίτ β', διάτ. ιζ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Νομοθετεῖ ἡ διάταξις περὶ ἐκποιήσεως, καὶ ἀνταλλαγῆς, καὶ ὑποθήκης, καὶ ἐμφυτεύσεως, καὶ δωρεᾶς πραγμάτων διαφερόντων ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μαρτυρίοις, καὶ ξενοδοχείοις, καὶ πτωχείοις, καὶ ὀρφανοτροφείοις αὐτῆς, καὶ τῶν δεχομένων ἐξ αὐτῆς χειροτονίαν ἐπισκόπων, πόλεως τε κλιμάτων, καὶ τῶν δεχομένων C τὰς παρὰ τῶν μητροπολιτῶν χειροτονίας. Ἀνάγνωθι οὖν αὐτὴν, ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ σαφηνίζουσαν, καὶ ἀνελλιπῶς διαγορεύουσαν, πότε καὶ πῶς, καὶ ἐκ ποίας αἰτίας, καὶ ἐπὶ ποίοις γράμμασι, καὶ τίνα τρόπον, καὶ παρὰ τίσι γίνονται ἐκποιήσεις ἢ ἐμφυτεύσεις τῶν διαφερόντων πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς τόποις. Μαθήσῃ γὰρ ἐξ αὐτῆς καὶ περὶ ποίων ταῦτα νομοθετεῖ πραγμάτων. Μὴ λάθῃ δέ σε ὅτι ἐπὶ τῆς ἐμφυτεύσεως τὰ αὐτὰ κρατεῖν παρακελεύεται, καὶ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πραγμάτων τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, ἅπερ ἐνομοθέτησε τοῖς μνημονευθεῖσιν εἰς τὰ τοῖς ἄλλοις τόποις πρωσήκοντα θαύματα. Ὑπεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀναθήματα. Σημείωσαι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς ὅτι κινητὰ μόνα καλεῖ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα.

Βιβ. α'. τίτ. β', διάτ. ιη' ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἡ Μεγάλη*. D Ἡ Μεγάλη ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ προίκα θάπτεσθαι τοὺς τελευτῶντας ἑβδομήκοντα λίτρας χρυσίου ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας εἴληφεν.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ιθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Illud*. Ὁ δωρεὰν μέχρι φ' νομισμάτων εἰς ξενοδοχεῖον, ἢ νοσοκομεῖον, ἢ ὀρφανοτροφεῖον, ἢ εἰς αὐτοὺς τοὺς πτωχοὺς ποιούμενος ὑπομνημάτων οὐ χρῄζει.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si clericus*. Ἐὰν κληρικὸς πρὸ τοῦ τέλους τῆς ἀποφάσεως ἐκ-

Lib. 1, tit. 2, constit. 12, cujus initium, *Privilegia*. Quæ ex publico perveniunt ad sanctissimas ecclesias ratione pauperum, sine dubitatione ac immunitione debent eis præstari, quibuscunque tandem in speciebus sint.

Lib. 1, tit. 2, constit. 13, cujus initium, *Generali lege*. Mulier Deo consecrata, et vidua, potest ecclesiæ, vel monasterio, vel clero, vel pauperibus, in testamento vel in codicillo, quidquid omnino vult, relinquere.

Lib. 1, tit. 2, constit. 14, cujus initium, *Jubemus*. Œconomus, qui rem immobilem Ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel annonas civiles, vel colonos alienat, ab œconomi officio removetur.

Lib. 1, tit. 2, constit. 15, cujus initium. . . . Si quis nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium, modo donationis, exstructurum se promiserit, rem implere cogitur, episcoporum qualibet in civitate, atque œconomorum interveniente providentia.

Lib. 1, tit. 2, constit. 16, cujus initium, *Decernimus*. Vult hæc constitutio, ut clericorum et monachorum privilegia firma maneant.

Lib. 1, tit. 2, constit. 17, cujus initium. *Sancimus*. Hæc constitutio statuit de alienatione, et permutatione, et hypotheca, et emphyteusi, et donatione rerum pertinentium ad sanctas Constantinopolis ecclesias, et ad martyria, et monasteria, et xenodochia, et ptochia, et orphanotrophia ejus, et ad episcopos, qui ordinationem ab ea consequuntur; et ad eos, qui a metropolitanis civitatum ipsius ac regionum ordinantur. Quapropter illam legito, ad verbum declarantem, ac plene sancientem, quando, et quomodo, et quibus ex causis, et quibuscum litteris, et quo pacto, et apud quos fiant alienationes, vel emphyteuses rerum ad eadem loca pertinentium. Nam ex ea cognosces etiam, de quibus hæc sanciat rebus. Neque te latcat, quod in emphyteusi eadem valere jubeat in rebus ad Majorem Ecclesiam Constantinopolitanam pertinentibus, quæ statuit et de rebus ad alia indicata loca pertinentibus. Excipit autem ab hac lege constitutio anathemata sacra (21). Et ex ipsius verbis nota, quod sola dicat non alienanda sacra donaria.

Lib. 1, tit. 2, constit. 18, cujus initium, Ἡ Μεγάλη. Ecclesia Major Constantinopolitana pro iis gratuito sepeliendis, qui moriuntur, 70 libras auri ex augustali liberalitate accepit.

Lib. 1, tit. 2, constit. 19, cujus initium. *Illud*. Qui donationem usque ad quingentos nummos in xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel in ipsos pauperes facit, actorum monumentis non indiget.

Lib. 1, tit. 4, constit. 2 (22), cujus initium, *Si clericus*. Si clericus ante sententiam definitivam appel-

Annibalis Fabroti notæ.

(21) Constitutio 17, in fine, *Anathemata sacra*. Integra constitutio sup. tit. 2, ἱερὰ σκεύη, sacra vasa.

(22) Lib. 1, tit. 4, const. 11. V. d. t. 4, infra.

laverit, 50 libris argenti mulctatur : quæ pauperibus per fidelissimum quemdam distribuentur.

Lib. I, tit. 4, constit. 4, cujus initium, *Mimæ*. Quæ scortatione (25) simplici peccat, nequaquam habitu perpetuæ virginis aut diaconissæ utitur.

Lib. I, tit. 4, constit. 6, cujus initium, *Addictos*. Nullus clericus, vel monachus, vel qui synodita vocantur, condemnatum rapiat vel detineat. Sin præter sancita, damnatum rapuerint, a præside pro dignitate puniantur. Quod si magnam clericorum manum, et copiis suis superiorem præses viderit, ad imperatorem de ipsis referat, ut conveniens eis pœna irrogetur. Nec eorum locorum episcopus expers est culpæ, quibus in locis a clericis aut monachis peccatum fuerit. Nam ab ipso castigari debent horum errata delicta, quandoquidem ipsi, cum admittuntur, reprehensionem afferunt.

Lib. I, tit. 4, constit. 9, cujus initium, *Judices*. Debet episcopus eorum curam gerere, qui sunt in custodia, et si quidem eas negligi viderit, præsidem provinciæ de hoc moneat.

Lib. I, tit. 4, constit. 10, cujus initium, *Mathematicos*. Tradant mathematici libros erroris sui episcopis, ut in oculis eorum concrementur, atque ipsi hoc modo christiani fiant.

Lib. I, tit. 4, constit. 12, cujus initium, *Si lenones*. Si quis filia, vel municipio suo, ad lenocinium fuerit abusus, licet eis, quæ ita coactæ prostituuntur, episcopum adire, atque hoc modo ab ejusmodi misera necessitate liberari.

Lib. I, tit. 4, constit. 13, cujus initium, *Decernimus*. Qui litem habet adversus clericum, invitus haud cogitur, ut apud episcopum Constantinopolitanum litiget.

Lib. I, tit. 4, constit. 18, cujus initium, Θεσπίζομεν. Cum miles queritur de bonitate specierum, quæ ipsi annonarum ratione præbentur, episcopus curam eorum gerere debet, qui tributa conferunt, neque permittere, ut a militibus vexentur.

Lib. I, tit. 4, constit. 19, cujus initium, *Jubemus*. Episcopi et clericorum suffragio defensor constituitor.

Lib. I, tit. 4, constit. 21, cujus initium, *Si præsens*. Cum locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ, nec præses adest, potest aliquis accedendo ad episcopum, tempus interrumpere.

Lib. I, tit. 4, constit. 22, cujus initium, *Οὐδένα*. Religiosissimi quovis in loco episcopi, uno septimanæ cujuslibet die, vel feria quarta, vel in Parasceve, custodias perscrutantur.

Lib. I, tit. 4, constit. 23, cujus initium, Ἰδιωτικάς. Si quis in carcerem privatum conjectus fuerit, καλέσηται, ν' λίτρας ἀργυρίου προστιμᾶται· αὗται δὲ τοῖς πένησι διά τινος πιστοτάτου διαμερισθήσονται.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχή, *Μίμαι*. Ἡ ἁπλῶς πορνεύουσα μηδαμῶς κεχρῆσθω σχήματι ἀειπαρθένου ἢ διακονίσσης.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχή, *Addictos*. Μηδεὶς κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, ἢ καλούμενος συνοδίτης, ἁρπαζέτω τὸν κατάκριτον. Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα τὸν κατάκριτον ἁρπάσωσιν, ἀξίως τιμωρεῖσθωσαν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος. Εἰ δὲ καὶ πολλὴν ἴσῃ τὴν χεῖρα τῶν κληρικῶν ὁ ἄρχων, καὶ κρείττονα τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, ἀναφερέσθω τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν, ὅπως ἂν ἡ δέουσα τούτοις ἐπαχθῇ τιμωρία· μέμψεως δὲ οὐκ ἔστιν ἐκτὸς ὁ τῶν τόπων ἐπίσκοπος, ἐν οἷς τοῦτο ἡμάρτηται παρὰ τῶν κληρικῶν ἢ τῶν μοναχῶν. Πάντα γὰρ τὰ τούτων πλημμελήματα παρ' αὐτῷ δεῖ σωφρονίζεσθαι, διότι καὶ πλημμελούμενα τὴν μέμψιν αὐτῷ φέρει.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. θ', ἧς ἡ ἀρχή, *Judices*. Χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ἐν φυλακῇ ὄντων, καὶ εἰ παραμελουμένους αὐτοὺς ἴδῃ, διδασκέτω τὸν τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχή, *Mathematicos*. Οἱ μαθηματικοὶ τοῖς ἐπισκόποις τὰ βιβλία τῆς οἰκείας πλάνης παραδιδότωσαν, ἵνα ἐπ' ὄψεσιν ἐκείνων καυθῇ, καὶ οὕτως ἐκεῖνοι γένωνται Χριστιανοί.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχή, *Si lenones*. Ἐάν τις τέκνον ἢ ἀνδράποδον ἴδιον πορνοβοσκήσῃ, ἔξεστι ταῖς οὕτως ἀνάγκῃ προϊσταμέναις προσφεύγειν τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ οὕτως ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοιαύτης ἀθλίας ἀνάγκης.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιγ', ἧς ἡ ἀρχή, *Decernimus*. Ὁ δίκην ἔχων πρὸς κληρικὸν ἄκων οὐκ ἀναγκάζεται παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως δικάζεσθαι.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχή, *Θεσπίζομεν*. Ἡνίκα ὁ στρατιώτης διαβάλλει περὶ καλλονῆς τῶν παρεχομένων αὐτῷ εἰς λόγον ἀννωνῶν εἰδῶν, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν ὑποτελῶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς διατρίφεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτικῶν.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιθ', ἧς ἡ ἀρχή, *Jubemus*. Ψήφῳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν ὁ ἔκδικος προβαλλέσθω.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. κα', ἧς ἡ ἀρχή, *Si præsens*. Ἡνίκα χώραν ἔχει ἡ παραγραφὴ τῆς ἀναργυρίας, καὶ μὴ πάρεστιν ὁ ἄρχων, δύναταί τις προσερχόμενος τῷ ἐπισκόπῳ, ταύτην διακόπτειν.

Βιβ. α', τίτ. δ' διάτ. κδ', ἧς ἡ ἀρχή, *Οὐδένα*. Οἱ θεοφιλέστατοι κατὰ τόπον ἐπίσκοποι μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν ἢ τὴν Τετράδα, ἢ τὴν Παρασκευὴν, τὰς φυλακὰς διερευνάτωσαν.

Βιβλίον α', τίτλος ὁ', διάταξις κγ', ἧς ἡ ἀρχή, Ἰδιωτικάς. Ἐάν τις ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ,

Annibalis Fabroti notæ.

(25) Lib. I, tit. 4, const. 4. *Quæ scortatione*. Vide tit. 4, const. 4.

προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφιέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημείωσαι ὅτι, ῥᾳθυμουμένου τούτου τοῦ πράγματος, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνενεγκεῖν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πραγμάτων. Τοῦτο γὰρ, φησὶ, μὴ ποιήσαντες, οὐ περὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον. A

religiosissimorum episcoporum cura extemplare custodia dimittitor. Nota, cum hoc negotium seguiter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit rebus sacris privati. Quippe ni fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium, verum etiam circa salutem ipsam periculum incurrunt.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes*. Οἱ ἐπίσκοποι τῶν αἱρετικῶν μηδεμίαν πίστιν, ἣν οὐκ ἔχουσι, εἰκάσθωσαν.

Lib. 1, tit. 5, constit. 2, cujus initium, *Omnes*. Hæreticorum episcopi nullam fidem, quam non habent, doceant.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ *Quicunque*. Οἱ ἐπίσκοποι οἱ τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου φρονοῦντες μηδὲ διάκονον, μηδὲ πρεσβύτερον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, μηδεμίαν χειροτονίαν ποιείτωσαν.

Lib. 1, tit. 5, constit. 8, cujus initium, *Quicunque*. Episcopi, qui Eutychis et Apollinaris dogmata sectantur, neque diaconum, neque presbyterum, neque (simpliciter loquendo) ullam ordinationem instituant.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Τοὺς αἱρετικούς*. Ὅπως ἂν τὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν νομοθετηθέντα φυλαχθείη, προνοείτωσαν οἱ ἐπίσκοποι. B

Lib. 1, tit. 5, constit. 18, cujus initium, Τοὺς αἱρετικούς. Ut adversus hæreticos promulgata serventur, episcopis curæ esto.

Βιβ. α', τίτ. ς', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Antistitem*. Ὁ ἐπίσκοπος τὸν ἤδη βαπτισθέντα ἀναβαπτίσαι τολμήσας ἀποχειροτονείσθω. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς μάχεται παραγγέλμασιν.

Lib. 1, tit. 6, constit. 1, cujus initium, *Antistitem*. Episcopus, qui jam baptizatum rebaptizare fuerit ausus, ordinatione sua excidet. Hoc enim cum præceptis apostolicis pugnat.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Eos qui*. Οἱ τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ, ἐὰν εἰς τὸ Ἀπολλιναρίου ἢ Εὐτυχοῦς μετέλθωσι δόγμα, πικρῶς τιμωροῦνται, καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἐδάφους ἐξορίζονται.

Lib. 1, tit. 7, constit. 6, cujus initium, *Eos qui*. Clerici vel monachi orthodoxæ religionis, si ad Apollinaris vel Eutychis dogmata transierint, acerbe puniuntur, et in exsilium extra solum Romanum pelluntur.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hac victura*. Ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος μὴ ἐπαξιούτω παρὰ τοῖς ἐκδίκοις δικάζεσθαι. Ἔχουσι γὰρ δίκαιον τοῦ δικάζειν καὶ τοῖς ἐπισκόποις. Σημείωσαι ἐξ ἀντιστολῆς. C

Lib. 1, tit. 9, constit. 18, cujus initium, *Hac victura*. Episcopus civitatis non dedignetur apud defensores civitatum litigare. Nam hoc illi jus habent, ut de controversiis episcoporum cognoscere possint. Nota, hoc colligi ex distinctione contraria (23*).

Βιβ. α', τίτ. ια', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Προστάττομεν*. Χρὴ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀσεβῆ θρησκείαν ἀνακόπτειν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ μηνύειν ταῦτα τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι.

Lib. 1, tit. 11, constit. 3, cujus initium, Προστάττομεν. Episcopi paganorum impietatem rescare debent, et de his præsidi provinciæ indicare.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Pateant*. Ἀνοχὴ δόσαν, Τοὺς ἐνόπλους πρόσφυγας ἀποδίδοσθαι τὰ ὅπλα μὴ πεισθέντας, μήτε εἴξαντας τῇ παραινέσει τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν, καὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ ἀσφαλείᾳ, μεθ' ὅρκου δόσεως· οὐδὲ οὕτως ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου γνώμης ἔξεστιν ἀποσπάσαι. D

Lib. 1, tit. 12, constit. 3, cujus initium, *Pateant*. Armatos confugas necesse est arma deponere, si non obtemperaverint, neque cesserint exhortatione episcopi, et clericorum, et promissæ securitati, cum præstatione jurisjurandi, ne sic quidem eos inconsulto episcopo licet abstrahere.

Βιβλίον α', τίτλος ιδ', διάταξις ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Præsenti*. Ὁ ὑποκείμενος κληρικὸς ἔχειν πράγματα τοῦ προσφύγοντος λόγον διδότω τῆς οἰκείας συνειδήσεως τῷ ἐπισκόπῳ.

ΚΗ'. Οἱ παῖδες τῶν μαινομένων καὶ τῶν παραφρονούντων δύνανται γαμεῖν, προικὸς προγάμου ὡρισθείσης ἐπιδιδομένης παρὰ τῶν κουρατόρων αὐτῶν, κατὰ δοκιμασίαν ἐνταῦθα μὲν τοῦ τῆς πόλεως ἐπάρχου, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων, τῆς ὑπολήψεως τῶν προσώπων καὶ τοῦ ποσοῦ τῶν ἐπιδεδομένων σκοπουμένου. Ταῦτα δὲ γίνεται χωρὶς δαπάνης, παρόντων καὶ τῶν κηδεμόνων καὶ τῶν ἐπισήμων συγγενῶν τοῦ μαινομένου καὶ τοῦ παράφρονος.

ΚΘ'. Μηδεὶς ἐκ πρώτης αἰτιάσθω κληρικὸν παρὰ τῷ πατριάρχῃ, ἀλλὰ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ· εἰ δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπόπτως ἔχει, παρὰ τῷ μητροπολίτῃ. Εἰ δὲ κἀκεῖνος ὑποπτός ἐστι, δεῖ συνδικάζειν αὐτῷ ἐκ προσώπου τῆς ὅλης συνόδου τρεῖς, τοὺς κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτεύοντας. Καὶ εἰ μὴ στερχθῇ τὰ κεκριμένα, τὸν τῆς διοικήσεως πατριάρχην ἐπικαλεῖσθαι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις ἐμμένειν, ὡσανεὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς διψήκησεν. Οὔτε γὰρ ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι. Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἐναγόντων. Ἔξεστι δὲ παρὰ τῷ πατριάρχῃ αἰτιᾶσθαι ἐφ' ᾧ διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν ἐπισκόπῳ παραπεμφθῆναι· καὶ οὐδὲν πλέον ὁ κληρικὸς ἢ κεράτιον ὑπὲρ σπουρτούλου λαμβάνει ὁ παρὰ τοῦ πατριάρχου ἢ μητροπολίτου πεμπόμενος κληρικός· ἢ ἔνθα ἐπίσκοπος ὁ πεμφθείς εἴη, οὐ πλέον τῶν ἓξ νομισμάτων ἐφ' οἱαδήποτε αἰτίᾳ ἢ πόσῃτι. Ὁ δὲ πατριάρχης ἀκροᾶται τῆς ἐκκλήτου, τῶν κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ δικαστῶν ἐπισκόπων ἢ μητροπολιτῶν. Ὁ παρὰ ταῦτα ποιῶν διπλοῦν εἰσῶσι τὸ ὑπερπραχθέν, καὶ γίνεται παρὰ τοῦ πατριάρχου ἢ τοῦ μητροπολίτου ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον, ἐκβαλλόμενος τῶν ἐκκλησιαστικῶν καταλόγων. Ταῦτα μὲν, ἔνθα πρὸς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶν κατάστασιν· εἰ δὲ πολιτικὴ εἴη ἡ ἀμφισβήτησις, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ κατηγορῶν ταῦτα φυλάττειν, ἀλλὰ ἄδειαν ἔχει παρὰ τοῖς ἄρχουσι κινεῖν.

Λ'. Πᾶσα κηδεμονία, τῆς οὐσίας οὔσης ἄχρι φ' νομισμάτων, οὐ παρὰ τῷ ἄρχοντι γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ· καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῷ Ἰουδίκῳ ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ ἢ δημοσίοις προσώποις, εἰ

A tam juramento, quam actis intervenientibus, Evangelia tangens, in præsentia præsidis, et episcopi, et trium primatum deponit; omnino se res furiosi ad utilitatem ejus gesturum. Facit etiam publicum inventarium, atque ita res accipit, et administrat eas arbitratu suo; manentibus interim sub hypotheca rebus ipsius, ad similitudinem episcopi, et curatoris pupilli.

XXVIII. Furiosorum (73), et mente captorum liberi, matrimonium contrahere possunt; tam dote, quam donatione, ante nuptias, a curatoribus eorum præstanda: sic tamen, ut hic quidem æstimatione præfecti urbi, in provinciis vero ipsorum præsidum et episcoporum, tam opinio personarum quam rerum præstandarum summa spectetur. Et fiunt hæc
B absque sumptu (74), præsentibus curatoribus, et insignioribus furiosi demensque cognatis.

XXIX. Nullus (75) ab initio clericum accuset apud patriarcham, sed apud episcopum ipsius: quem si suspectum habet, agat apud metropolitanum. Sin et ille suspectus est, una cum ipso judices esse debent ex totius synodi persona tres, qui ordinationis serie priores sint (76). Quorum sententiis si non contentus sit, diœcesis suæ patriarcham imploret, ac pronuntiatis ab illo acquiescat, quasi si ab initio jus ille dixisset. Nam a patriarcharum sententiis (77) non appellatur. Idem et in iis locum habet, qui episcopos conveniunt. Licet autem in eum finem apud patriarcham conqueri, ut is per litteras suas
C causam ad episcopum remittat: nec amplius quatuor siliquis nomine sportularum accipit clericus, qui a patriarcha vel metropolitano mittitur. Vel si, qui accusatus est, episcopus sit, non amplius sex solidis, in quacunque causa vel summa. De appellatione patriarcha cognoscit, et judices per ipsius commissionem sunt episcopi, vel metropolitani. Qui præter hæc agit, duplum restituit ejus, quod ultra modum exegit, et a patriarcha vel metropolitano ecclesiasticæ pœnæ subjicitur, et a catalogis ecclesiasticis removetur. Et hæc quidem, si ad ecclesiasticum statum causa spectet. Sin disceptatio civilis sit, non cogitur actor hæc servare, sed apud præsides conveniendi facultatem habet.
D

XXX. Omnis curatio; si patrimonium ad quingentos usque solidos se porrigat, non apud præsidem constituitur; sed apud defensorem civitatis, vel duumvirum, et Alexandriæ apud juridicum, præsente episcopo, vel personis publicis (78), si earum in

Annibalis Fabroti notæ.

(73) *Furiosorum.* In Basilicis additur, nec patris consensum exspectant, lib. XXVIII, tit., c. 19.

(74) *Absque sumptu.* Recte, ut l. 26, supra.

(75) *Nullus ex totius synodi persona.* Ἐκ προσώπου τῆς ὅλης συνόδου. Delegati a synodo. Collatio S Maximi cum Theodosio episcopo Cæsareæ: *Ex persona Petri Constantinopolitani præsulis missus.* Item: *Mittemus ad eum ex persona nostra patricios duos.* Vide quæ diximus ad Theophilum tit. *De suspect. ind.*

(76) *Qui ordinationis serie priores sunt.* Gregor. M. VII. epist. 114.

(77) *A patriarcharum sententiis.* Si appelletur a sententiis judicis delegati a patriarcha, tunc ἀρχιεπατικὸς θρόνος, id est *patriarchica sedes* appellationem dirimat. Photius, *Nomoc.* tit. 9, c. 6. Vide Balsamon. ad can. 11 syn. Antioch.

(78) *Vel personis publicis.* Ex hoc loco constat

civitate, copia sit: fidejussore pro modo patrimonii præstando, dictarum personarum arbitratum, atque cæteris, quæ creandis curatoribus fieri solent, observandis; ac duobus aureis solvendis: eo, qui creationem majoris lucri causa differt, vel amplius accipit, id omne triplum restituente, et munus curationis amittente. Cæterum ubi curatorem defensor episcopo præsente dat, gesta in archivo ecclesiæ reponenda sunt. Constantinopoli quidem apud præfectum duntaxat curatores creantur

τούτων ἡ πόλις εὐπορίᾳ· ἐγγυητοῦ δίδομένου πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας, δοκιμασίᾳ τῶν εἰρημένων προσώπων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰωθότων ἐπὶ ταῖς κηδεμονίαις προϊόντων, καὶ δύο νομισμάτων διδομένων· τοῦ τὴν χειροτονίαν ὑπερτιθεμένου διὰ μεῖζον κέρδος, ἢ πλέον λαμβάνοντος, ἅπαν ἀναδιδόντος τριπλοῦν, καὶ τοῦ φροντίσματος ἐκπίπτοντος. Ἔνθα δὲ κηδεμονίαν ὁ ἔκδικος παρουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ποιεῖ, δεῖ τὰ πραττόμενα ἐν τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀρχείῳ ἀποτίθεσθαι. Ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ παρὰ μόνῳ τῷ πραίτωρι αἱ κηδεμονίαι γίνονται.

XXXI. Si is, qui (79) detinet rem ad me pertinentem, absens est, vel in magistratu constitutus, vel infans, vel furiosus, nec utorem aut curatorem habet: licitum mihi est ut intra constitutum tempus hoc nomine præsidem adeam, vel libellum porrigam, et tempus interrumpitur. Quod si præsidem accedere nequeo, convento episcopo per scripturam animi mei sententiam manifestare debeo.

ΑΑ'. Ἐὰν ὁ κατέχων πρᾶγμα ἀπόφαρον μοι ἄπεστιν, ἢ infans ἐστὶν, ἢ μαίνεται, καὶ οὐ κηδεμονεύεται, ἔξεστί μοι ἐμπροθέσμως ἄρχοντι περὶ τούτου προσιέναι, ἢ λίβελλον ἐπιδιδόναι, καὶ ὁ χρόνος ἐκκόπτεται. Εἰ δὲ μὴ δύναται ἄρχοντι προσελθεῖν, δεῖ με πρὸς τὸν ἐπίσκοπον σταύντα ἐγγράφως τὴν γνώμην μου φανερῶσαι.

XXXII. Cum dominus in recipienda emphyteutica re (80) moram interponit, emphyteuta potestatem habet ejus significandæ; ac Constantinopoli quidem sub triennii finem attestationis faciendæ apud præfectos prætorio, vel præfectum urbi, vel judicem ei, qui emphyteusim recipere recusat, competentem; vel apud patriarcham denique, si dominus emphyteuticæ rei potens sit (81): in provinciis autem, apud præsidem, vel absente præside, apud defensorem vel episcopum ejus civitatis, in qua recusans degit: atque horum alterutrius testimonium accipiendi. Quod si ne ita quidem receperit ille rem emphyteuticam, sane nec contractus emphyteuticus solvitur et emphyteuta sequentis etiam temporis pensionem lucratur; donec ipse domicilii attestationem miserit, qua eam exigit. Tunc enim illam ab attestatione facta non ratione præteriti temporis, accipiet: exactoque triennio post factam attestationem, si contumax emphyteuta sit, eum expellere potest.

ΑΒ'. Ἀναβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ ἐμφύτευμα, ἔξεσται ὁ ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτό· καὶ ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πάρατε τῆς τριετίας ἐκμαρτύρασθαι τοῦτο παρὰ τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τῷ ἐπάρχῳ, ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου ἄρχοντι, ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ, τοῦ δεσπότου δυνάστου ὄντος· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἄρχοντι· ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ, παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ἐστιν ὁ παραιτούμενος, καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτω δέξηται, οὔτε τὸ ἐμφύτευμα λύεται, καὶ παρέλκει τὸ τέλος ὁ ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου, ἕως ἂν ὁ δεσπότης σταλῇ διαμαρτυρίαν ἀπαιτῶν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ, οὐ μὴν ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου λήψεται· καὶ ἐπὶ τριετίαν κατὰ τὴν μαρτυρίαν ἀγνωμονοῦντα τὸν ἐμφυτευτὴν ἐξωθεῖσθαι δύναται

XXXIII. Qui ancillam, vel ingenuam, invitam in scenam orchestramve trahit, vel prohibet hac illam professione liberari, vel a fidejussoribus ejus aurum exigit, a præside ac episcopo proscribitur, et civitate pellitur. Quod si præses ipse est, qui vim adhibet, ab episcopo prohibetur, vel rem Imperatori episcopus indicat. Fidejussores absque jactura servantur. Et ejusmodi mulieres legitime nubunt etiam

ΑΓ'. Ὁ δούλην ἢ ἐλευθέραν ἄκουσαν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκων, ἢ ἀπαλλαγῆναι κωλύων, ἢ τοὺς ἐγγυητὰς αὐτῆς ἀπαιτῶν χρυσίον, δημεύεται διὰ τοῦ ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῆς πόλεως ἐξωθεῖται. Εἰ δὲ ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ βιαζόμενος, κωλύεται παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἢ μηνύει τῷ βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος. Φυλάττονται δὲ οἱ ἐγγυηταὶ ἀζήμιοι. Αἱ δὲ τοιαῦται γυναῖκες, εὐγενεῖς οὖσαι, νο-

Annibalis Fabroti notæ.

in § *Vos autem*, Instit. *De Attil. tut.* legendum, *vel aliis publicis personis*, ut etiam observavit Cuj. in notis post. ad d. §.

(79) *Si is qui... vel in magistratu constitutus.* Hæc non sunt in Peirescii codice. Auctores autem Basilicon non videntur percepisse hæc verba legis, *vel in majore potestate constitutis*; sic enim acceperunt, quasi in potentioris personæ potestate constitutus sit adversarius: sic enim malo vertere hæc illorum verba, ἢ καὶ δυνατῷ ὑποκειμένου προσώπῳ, Basil. lib. VII, tit. 4, c. 3, quam veram Justiniani mentem sequi, et a Græcorum mente abberrare. Cæterum lubet hic per occasionem totam legem 31 emendare ad fidem veteris codicis, quo sæpe usus sum beneficio v. cl. Juliani Brodæi: *Sancimus si quando*, etc., *et desiderat.* Mox: *Proponere: non ei licentia sit abs. suo adv.* etc., *auctoritate sua usurpare; sed licentia ei detur adire præsidem, vel libellum porr.* Et mox: *interruptionem temporis facere.*

(80) *Quum dominus in recip. emphyteutica re.* Ἐμφύτευμα est vectigal seu canon emphyteuticus. Hæc lex integrior exstat lib. XX *Basilic.* tit. 2, c. 4.

(81) *Vel apud patriarcham si dominus emphyteuticæ rei potens sit.* Hæc non sunt in Basilicis.

μιμῶς γαμοῦνται καὶ ἀξιωματικὸς χωρὶς βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, μετὰ μέντοι προικῶν. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ θυγατέρων σκηνικῶν.

ΛΔ'. Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς κυβεύων ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν, ἢ παρακαθήμενος, ἢ θέατρον ἢ κυνήγιον θεωρῶν, ἀφορίζεται τῆς ἁγίας λειτουργίας, καὶ τῶν σιτήσεων αὐτοῦ στερεῖται, καὶ ὁρίζεται αὐτῷ χρόνος εἰς μετάνοιαν. Καὶ ἐὰν εἴσω τοῦ χρόνου ἀξίως φανῇ μετανοήσας, ἱερατικῆς ἀξιοῦται φιλανθρωπίας. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν χρόνον ἐπιμείνῃ, τελέως ἐκβάλλεται τοῦ κλήρου, καὶ γίνεται βουλευτὴς μετὰ τῆς αὐτοῦ περιουσίας τῆς πόλεως ἧς ἦν κληρικός· ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης οὐκ ἐχούσης βουλευτήριον, γίνεται εἰς τὴν χρῄζουσαν ἐκ τῶν πλησιαζουσῶν. Εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχει, γίνεται ταξιώτης. Παραφυλάττουσι δὲ ταῦτα οἱ πατριάρχαι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἐκκλησιέκδικοι, καὶ οἱ ἑκάστης διοικήσεως ὕπαρχοι, καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες καὶ ἔκδικοι ταῦτα τοῖς ἱερεῦσι προσαγγέλλουσι. Δεῖ δὲ ταῦτα μετὰ τῶν ἀκριβῶν ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων ζητεῖσθαι, καὶ τοὺς συνοφάντας ἀγανακτεῖσθαι. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ τάξεων, καὶ τῶν ἐκδίκων, εἰ, ταῦτα μανθάνοντες, μὴ προσαγγείλωσι τοῖς προσφόροις ἱερεῦσιν.

Καὶ ἕσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. β' διάτ. ς'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omni.* Καὶ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ οἱ παλαιοὶ κανόνες τῶν Ἐκκλησιῶν κρατείτωσαν· ὥστε, ἡνίκα ἐκκλησιαστικόν τι ἀνακύψει, τεμνέσθω γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, συνόδου γινομένης.

Βιβ. α'., τίτ. β', διάτ. ιε', ἧς ἀρχὴ.. Ὁ νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ ξενοδοχεῖον κτίζειν ἐπαγγειλάμενος, προνοίᾳ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου οἰκοδομεῖν ταῦτα ἀναγκασθήσεται.

Βιβ. α'. τίτ. γ' διάτ. ζ'., ἧς ἡ ἀρχὴ, *Pars actorum.* Οὐδὲ κατὰ τιμὴν, οὐδὲ κατὰ νόμον ἀπαιτεῖται μαρτυρεῖν ὁ ἐπίσκοπος· ὅθεν μὴ μαρτυρείτω.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis.* Τοῦ ἐπισκόπου ἀδιαθέτου τελευτῶντος, ἡ ἐκκλησία τὸν τούτου κλῆρον ὑπεισέρχεται.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κα', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ad similitudinem.* Ὁ βουλευτὴς, ἐπίσκοπος γινόμενος, δύναται διὰ τοῦ ὑποκαταστάτου κινδύνῳ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως τὰς ἐποφειλομένας παρ' αὐτοῦ λειτουργίας ἐκπληροῦν τῇ πατρίδι.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis.* Ὁ συκοφαντήσας ἐπίσκοπον τριάκοντα λίτρας χρυσίου τῷ δημοσίῳ καταβάλλει.

Καὶ αἱ πολλαὶ διατάξεις τοῦ αὐτοῦ τίτλου τῷ παρόντι τίτλῳ ἁρμόζουσι, περὶ ἐπισκόπων διαλαμβάνουσαι.

Βιβ. α'. τίτ. ε', διάτ. ιζ'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῆς ἁγίας.*

A in dignitate constitutis, ac sine rescripto principis: dotalibus tamen instrumentis intervenientibus. Eadem locum habent etiam in filiabus scenicorum.

XXXIV. Episcopus aut clericus, qui alea ludit (82), vel societatem cum alea ludentibus habet, vel qui aliis assidet, theatri venationisve spectator, a ministerio sacro segregatur, et annonis suis privatur. Simul ei tempus ad pœnitentiam constituitur, intra quod tempus si digne visus fuerit egisse pœnitentiam, humanitatem pontificiam impetrat. Quod si eo tempore exacto, perseveraverit, prorsus a clero submovetur, et una cum patrimonio suo fit curialis ejus municipii, cujus erat clericus: aut si municipium illud ordinem decurionum nullum habeat, curialis fit municipii vicini, quod ejusmodi personam indiget. Si patrimonium nullum habet, fit apparitor. Observant autem hæc patriarchæ, et episcopi, et ecclesiæ defensores, et præfecti prætoriis cujusque dioceseos; cæteriique præsides, ac defensores, hæc ipsis sacerdotibus nuntiabunt. Et inquirendum de talibus, accuratis explorationibus intervenientibus, ipsis etiam propositis Evangeliis, ac indignationi calumniatores subjiciendi. Habet etiam constitutio diversas pœnas adversus præsides, et officia et defensores, si cum hæc intelligent, episcopis competentibus non nuntiarint.

Tituli IV *paratitla.*

Libri I, tit. 2, const. VI, cujus initium, *Omni.* Etiam in Illyrico antiqui canones ecclesiastici rati sunto: ita quidem, ut cum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, arbitrio Constantinopolitani episcopi, synodo coacta, decidatur.

Lib. I, tit. 2, constit. 15, cujus initium ·.·.· Qui nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium se structurum promisit, interveniente cura episcopi regionis illius, hæc ædificare cogetur.

Lib. II, tit. 3, constit. 7, cujus initium, *Pars actorum.* Nec honore, nec lege ab episcopo exigitur, ut testimonium dicat. Ideoque testimonio dicendo non adhibetur.

Lib I, tit 3, constit. 20, cujus initium, *Si quis.* Cum episcopus nullo testamento condito decedit, hæreditatem ejus adit ecclesia.

Lib. I, tit. 3, constit. 21 (83), cujus initium, *Ad similitudinem.* Decurio factus episcopus, potest per substitutum, periculo facultatum suarum, præstare functiones, quas patriæ debet.

Lib. I, tit. 3, constit., 22, cujus initium, *Si quis.* Qui calumniatus est episcopum, fisco auri triginta libras infert.

Præterea complures per eumdem tertium titulum constitutiones, ad hunc præsentem titulum quadrant; cum de episcopis tractent.

Lib. I, tit. 5, constit. 17 (84), cujus initium,

Annibalis Fabroti notæ.

(82) *Qui alea ludit.* Vide infra lib. III, tit. 1.

(83) Lib. I, tit. 3, const. 21. Lex 21, cod. *De episc. et cleric.* non loquitur de decurione qui factus sit episcopus, sed ait eos, qui ex decurionibus etiam honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per subrogatos decurionum munus subire periculo suo ad similitudinem episcoporum.

(84) Lib. I, tit 5, const. 17. Hæc igitur consti-

Τῆς ἁγίας. Ut quæ adversus Samaritas statuta sunt, custodiantur, provideant episcopi.

Lib. I, tit. 6, constit. 1, cujus initium, *Antistes*. Episcopus eum, qui jam baptizatus est, si rebaptizare fuerit ausus, ordine suo removetur. Hoc enim præceptis apostolicis repugnat.

Lib. I, tit. 12, constit. 3, cujus initium, *Ἀνοίχθωσαν*. Armati confugæ arma deponere debent. Si non paruerint, neque cesserint promissæ ab episcopo et clericis securitati, cum jurisjurandi præstatione, ne sic quidem eos abeque sententia episcopi licet abripere.

Lib. I, tit. 13, constit. 1, cujus initium, *Jamdudum*. Episcopi testium vice subscribant instrumentis eorum, qui manumittuntur in ecclesia.

Lib. I, tit. 15, const. 3, cujus initium, *Defensores*. Civitatis defensor, assentiente episcopo, constituitor.

Lib. III, tit. 2, constit. 2, cujus initium, *Προσαγορεύομεν*. Si exsecutor citatum vexet dandi fidejussoris causa, quam dicat esse personam, quæ solvendo non sit, providentia et judicio episcopi cum accipiat.

Lib. III, tit. 43, constit. 1, cujus initium, *Ἡ κύβων*. In aleæ lusum inquirere possunt episcopi, et prohibere ne fiat.

Lib. IV, tit. 30, constit. 14, cujus initium, *In contractibus*. Qui propter difficultatem quamdam nequit per locorum præsidem, vel per defensorem facere denuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, licitum habeat adeundi episcopum, et per eum hanc manifestam faciendi creditori.

Lib. V, tit. 4, constit. 29 (85), cujus initium, *Πόσῃ*. Scenica mulier, quæ liberari vult et a præside impeditur, episcopum adire potest, et ejus providentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat.

Lib. V, tit. 70, constit. 7, cujus initium, *Cum*. Curatores episcoporum judicio et discussione constituuntur.

Lib. VII, tit. 40, constit. 2, cujus initium, *Ut perfectius*. Potest aliquis, adito episcopo, cursus adversus se tempus interrumpere.

Lib. VIII, tit. 52, constit. 3, cujus initium, *Sancimus*. Episcopus provideat ne infans expositus in servitutem redigatur.

Lib. IX, tit. 4, constit. 6 (86), cujus initium, *Οὐδένα*. Religiosissimi quovis in loco episcopi uno cujuslibet septimanæ die, vel feria quarta, vel in Parasceve, custodias perserutantor.

Lib. IX, tit. 5, constit. 2 (87), cujus initium, *Ἰδιωτικά*. Si quis in carcerem privatum conjectus

A Ὅπως ἂν τὰ κατὰ τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα φυλαχθῇ, προνοείτωσαν οἱ ἐπίσκοποι.

Βιβ. α', τίτ. ς', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *Antistes*. Ὁ ἐπίσκοπος τὸν ἤδη βαπτισθέντα ἀναβαπτίσαι τολμήσας ἀποχειροτονείσθω. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς μάχεται παραγγέλμασιν.

Β.6. α', τίτ. ιβ', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχή, *Ἀνοίχθωσαν*. Τοὺς ἐν ὅπλοις πρόσφυγας ἀποδίδεσθαι τὰ ὅπλα μὴ πεισθέντας, μήτε εἴξαντας τῇ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν ἐπαγγελθείσῃ ἀσφαλείᾳ, μεθ' ὅρκου δόσεως, οὐδὲ οὕτως ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης ἔξεστιν ἀποσπᾶσθαι.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *Jamdudum*. Οἱ ἐπίσκοποι ἐν τάξει μαρτύρων ὑπογραφέτωσαν ἐν τοῖς συμβολαίοις τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλευθερουμένων.

B

Βιβ. α' τίτ. ν', διάτ. η', ης ἡ ἀρχή, *Defensores*. Ὁ ἔκδικος συναινοῦντος τοῦ ἐπισκόπου προβαλλέσθω.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχή, *Προσαγορεύομεν*. Ἐὰν ὁ ἐκδιδαστὴς διαστρέψῃ τὸν ὑπομνησθέντα περὶ τοῦ ἐγγυητοῦ, πρόσωπον φάσκων αὐτὸ ἄπορον, προνοίᾳ καὶ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο δεχέσθω.

Βιβ. γ', τίτ. μγ', διάτ. α', ης ἡ ἀρχή, *Ἡ κύβων*. Τὴν τοῦ κότταβου παιγνίαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν, καὶ κωλύειν γενέσθαι.

Βιβ. δ', τίτ. λ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *In contractibus*. Ὁ διά τινα δυσχέρειαν μὴ δυνάμενος διὰ τοῦ ἄρχοντος τῶν τόπων, ἢ τοῦ ἐκδίκου ποιεῖσθαι τὴν περὶ τῆς ἀναργυρίας διαμαρτυρίαν, δέεσθαι ἐχέτω τοῦ προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ διὰ τούτου ταύτην ποιεῖν φανερὰν τῷ χρεώστορι, τῷ δανειστῇ, ἢ οἵπερ τῷ πράγματι.

C

Βιβ. ε', τίτ. δ', διάτ. κθ', ἧς ἡ ἀρχή, *Πόσῃ*. Ἡ σκηνικὴ ἀνεθῆναι βουλομένη, καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη, δύναται προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ.

Βιβ. ε', τίτ. ς', διάτ. ζ', ἧς ἡ ἀρχή, *Cum*. Οἱ κουράτωρες καὶ κρίσει καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἐπισκόπων προβαλλέσθωσαν.

Βιβ. ζ', τίτλος μ', διάταξις β', ἧς ἡ ἀρχή, *Perfectius*. Δύναταί τις προσιὼν τῷ ἐπισκόπῳ τὸν τρέχοντα κατ' αὐτὸν χρόνον διακόπτειν.

D

Βιβ. η', τίτ. ε', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχή, *Sancimus*. Τὸ ἐκτεθὲν βρέφος μὴ καταδουλούσθω προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου.

Βιβ. θ', τίτ. δ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχή, *Οὐδένα*. Οἱ θεοφιλέστατοι κατὰ τόπον ἐπίσκοποι μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν, τὴν δ', ἢ τὴν ε' τὰς φυλακὰς διερευνάτωσαν.

Βιβ. θ', τίτ. ε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχή, *Ἰδιωτικάς*. Ἐάν τις βληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ, προνοίᾳ τῶν

Annibalis Fabroti notæ.

tutio Græce edita est, et fallantur qui scribunt, initium ejus fuisse, *Sanctæ*.

(85) Lib. V, tit. 4, const. 29. In ms. Peir. πάσιν.

(86) Lib. IX, tit. 4, const. 6. Episcopi loci die Mercurii aut Veneris custodias visitare debent. Vide Anpendicem cod. Theodos. num. 13.

(87) Lib. IX, tit. 5, const. 2. Προεστὼς τῶν θείων πριβάτων, est comes rerum privatarum.

θεοφιλῶν ἐπισκόπων, ἀφιέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημείωσαι ὅτι, ῥᾳθυμουμένου τοῦ πράγματος τούτου, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων· τοῦτο γάρ, φησί, μὴ ποιήσαντες, οὐ μόνον περὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσεται [ἵν. ὑποστήσονται] κίνδυνον.

A fuerit, religiosissimorum episcoporum cura exemplo e custodia dimittitur. Nota, quum hoc negotium negligenter agitur, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus privatis. Quippe ni hoc fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium, verum etiam circa salutem ipsam periculum incurrent.

Βιβ. ιβ', τίτ. ξγ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θορυβοῦμεν*. Ὁ μήνυσίν τινα ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ, καὶ πλέον ἢ νομισμάτων βουλόμενος ἐκγράψαι τὰς ἐπαρχίας, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποθείσθω.

Lib. XII, tit. 63, constit. 2 (88), cujus initium, *Θορυβοῦμεν*. Qui quædam nuntiando insinuaverit in provincia, si amplius sex solidis a provinciis (88*) velit exigere, per episcopi providentiam depellitor.

Ἀνάγνωθι τῶν μετὰ τὰς νεαρὰς τὴν ς', διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὴν σε' ἀνεπίγραφον μὲν οὖσαν, ἀναγκαίαν δὲ καὶ φιλάνθρωπον· καὶ τὴν ρξ', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Διάταξις παρὰ B εἰσι δικάζεσθαι δεῖ μοναχοὺς καὶ ἀσκητηρίας*. Καὶ τὴν π', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Ἡ διὰ τῶν ἀξιωματικῶν καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἐλευθεροῦσα τῆς ὑπεξουσιότητος*. Εὑρήσεις γὰρ ἐν μὲν τῇ ς', πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ποῖα ἐπιτίμια ὥρισται κατὰ τῶν παραβαινόντων τὴν διάταξιν, καὶ παρὰ τὸν ὅρον αὐτῆς χειροτονουμένων.

Legito quoque novellam 6 post codicem editam, cujus inscriptio est, *Lex, quæ tradit, quomodo sint ordinandi episcopi*, etc. Item 75, quæ inscriptione quidem caret, sed necessaria est, et humana. Item 104 cujus inscriptio est: *Constitutio, apud quos oporteat litigare monachos et asceteria*. Item 131, cujus inscriptio est: *Constitutio, quæ per dignitates et episcopatum a patria potestate liberat*. Invenies enim in sexta quidem, quonam ordinari modo episcopos oporteat: et quæ constitutæ pœnæ sint adversus violantes hanc constitutionem, et eos, qui præter ipsius sanctionem, ordinantur.

Ἐν δὲ τῇ ριδ', ὥστε, τὸν ἄρχοντα μὴ βουλόμενον ὑπακούειν τοῦ προσέλευσιν ποιησαμένου πρὸς αὐτὸν, καταναγκάζεσθαι ἐκ τοῦ ἐπισκόπου ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως· καὶ ὥστε, εἰ εὔλογος ὑπέστην αἰτία, συνακροάσασθαι τῷ ἄρχοντι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ εἰ ἀδίκως τινὰ κατεδίκασεν ὁ ἄρχων, καὶ τοῦτο σκοπῆσαι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ εἰ συνίδοι, καταδικάσαι C αὐτὸν ἄρχοντα· καὶ μηδεὶς προσερχέσθω βασιλεῖ, μὴ ἐπιφερόμενος γράμματα τοῦ ἐπισκόπου τῆς αὐτοῦ πόλεως. Ἐπὶ τὰς αὐτὰς ὑφέξει τιμωρίας, ἃς ὁ ἄρχων ἔμελλε πάσχειν, εἰ, προέλευσιν δεξάμενος, κατεφρόνησε, καὶ οὐκ ἠκροάσατο τῆς ὑποθέσεως. Πάλιν δὲ ἡ αὐτὴ διάταξίς φησιν ὥστε τὸν ἐπίσκοπον μὴ συγχωρεῖν μαγιστριανῷ σπούρτουλα μεθοδεύειν πλέον τῆς ὡρισμένης ποσότητος· ἐν τῇ διατάξει.

In vicesima vero prima novella sancitur, ut præses, qui audire non vult eum, qui ad ipsum accessit, ab episcopo causam audire cogatur; atque uti si justa subsit causa, cum præside causam cognoscat episcopus: et si quem præses injuste condemnaverit, hoc ipsum quoque inspiciat episcopus; ac si facti conscius sit, præsidem condemnet. Nec imperatorem quisquam adeat, qui non affert litteras ab ejusdem civitatis episcopo. Nam pœnas easdem perferet, quas præses passurus erat si accessione admissa, causam neglexerit, et non cognoverit. Rursus tradit eadem constitutio, ut magisteriano non concedat episcopus licentiam exigendi majores sportulas ea quantitate, quæ hac in constitutione definita est.

Ἐν δὲ τῇ οη', ὡς πάντες οἱ μοναχοὶ καὶ πᾶσαι αἱ μονάστριαι παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἐπισκόπων δικάζονται, δίκην ἔχουσαι πρός τινα.

In novella vero 77 statuitur, omnes monachos, et omnes monastrias apud episcopum regionis litigare debere, si quem adversus aliquem litem habeant.

Ἐν δὲ τῇ π', ὡς πᾶς τις ἐπισκοπῆς ἀξιωθεὶς ἐλευθεροῦται, καὶ βουλευτικῆς τύχης, καὶ ὑπεξουσιότητος.

In 80 vero (89) novella traditur, ut quicunque dignitatem episcopi sit consecutus, liber sit a conditione curiali et potestate patria. D

ΤΙΤΛΟΣ Ε'.

TITULUS V.

Περὶ αἱρετικῶν, καὶ Μανιχαίων, καὶ Σαμαρειτῶν.

De hæreticis et Manichæis, et Samaritis.

Ἐξ μηνεῖα Α'. Τὰ προφάσει τῆς θρησκείας φιλοτιμηθέντα προνόμια οὐκ ἔχουσιν οἱ αἱρετικοὶ, ἀλλὰ ταῖς λειτουργίαις ὑπόκεινται.

I. Quæ per causam religionis indulta sunt privilegia, non habent hæretici: sed muneribus subjecti sunt.

Β'. Οἱ αἱρετικοὶ μὴ διδασκέτωσαν μηδὲ ἐμφανι-

II. Hæretici non doceant vel insinuent infidelita-

Annibalis Fabroti notæ.

(83) Lib. XII, tit. 63, const. 2. Hujus constitutionis epitomen edidit Cujacius.

(88*) Rectius ἐπαρχιωτῶν, *provincialibus*.

(89) *In* 80 *vero*. Episcopatus patria potestate et curia liberat. Nov. LXXXI, c. ult. et Nov. LXXIII, cap. 4.

tem suam (90), nec clericos faciant (91). Hæreticus autem est (92), et legibus adversus hæreticos latis obnoxius, qui vel paulum ab orthodoxa fide declinat.

III. Orthodoxa ecclesia conventicalis hæreticorum destinata loca consequitur, licet in privatis sint ædibus. Nec litanias faciunt (93) noctu, vel interdiu. Si quid ejusmodi publice factum fuerit (94), vel in domo privata, officium præfecti prætorio, quod rem fieri permittit, centum libris, at officium provinciale, libris 50 multatur.

IV. Crimen adversus Manichæos (95) et Donatistas publicum est, et ad divini Numinis injuriam fertur. Nec commune quid ex moribus, aut legibus habent: et proscribuntur (96), et omni liberalitate (97) successionoque privantur, nec aliquid donant, nec vendunt nec emunt, nec quocunque modo contrahunt: et post mortem, tanquam in crimine læsæ majestatis, accusantur (98): omnisque suprema voluntas eorum fit irrita.

ζέτωσαν τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, μήτε ποιείτωσαν κληρικούς. Αἱρετικὸς δέ ἐστι, καὶ τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπόκειται νόμοις, ὁ μικρὸν γοῦν ἐκκλίνων τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Γ'. Ἡ ὀρθόδοξος Ἐκκλησία τὰ τῶν αἱρετικῶν συναχτήρια λαμβάνει, κἂν ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις ὦσιν. Οὐ λιτανεύουσι δὲ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν. Εἰ δέ τι τοιοῦτο δημοσίᾳ, ἢ ἐν ἰδιωτικῷ οἴκῳ γένηται, ἡ μὲν τάξις τοῦ ὑπάρχου. συγχωροῦσα, ρ' λίτρας, αἱ δὲ ἐπιχώριοι ρ' πρωτιμῶνται.

Δ'. Δημόσιόν ἐστι τὸ κατὰ τῶν Μανιχαίων καὶ Δονατιστῶν ἔγκλημα, καὶ ὅπερ εἰς ὕβριν τοῦ θείου φέρεται. Καὶ οὐκ ἔχουσί τι κοινὸν πρὸς τὰ ἔθη ἢ τοὺς νόμους, καὶ δημεύονται, καὶ πάσης στεροῦνται φιλοτιμίας καὶ διαδοχῆς, καὶ οὔτε δωροῦνται, οὔτε πωλοῦσιν, οὔτε ἀγοράζουσιν, οὔτε ὁπωσοῦν συναλλάσσουσι· καὶ μετὰ θάνατον, ὡς ἐπὶ τῆς καθοσιώσεως κατηγοροῦνται· καὶ πᾶσα τελευταία βούλη-

Annibalis Fabroti notæ.

(90) *Infidelitatem suam.* Fidem, quam non habent, l. 2, c. eod. perfidiam. B. Hieronymus contra Rufinum: *Istæ machinæ hæreticorum sunt, ut convicti de perfidia, ad maledicta se conferant.* Facundus Hermian. lib. II: *Nullus ignotus processit hæreticus, nulla nostris est temporibus nata perfidia.* Lucifer Calaritanus pro S. Athan.: *Si apostolicam evangelicamque anathematizantes fidem, Arianam susceperitis perfidiam.* Vigilius in disputat. inter Sab., Phot., Ar. et Athan.: *Sabellii est perfidia refutata.* Justinian. in l. 1, c. *De offic. præf. prat. Af.* Rebaptizando ad suam perfidiam transferebant. V. Sozom. v, 2: Suid. in Gratiano.

(91) *Nec clericos faciant.* Gratianus in l. 2, c. eod. *et ministros creare qui non sunt.* Basilica: Μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονεῖν αὐτοὶ μὴ κεχειροτονημένοι, qui ipsi ministri non sunt.

(92) *Hæreticus autem est.* Hæreticus est, qui in quibusdam decerrat a fide orthodoxa, sive ut ait Zon., Ἕν τισι σφαλλόμενος καὶ διαφερόμενος τοῖς ὀρθοδόξοις, ad can. 15 concil. Chalc., et nomen trahit a pervinaci et pertinaci spiritu. Denique hæreticum facit pertinax offensionis defensio, Facundus, lib. x; obstinatio, lib. xi in fine: *Obstinata defensio falsitatis*, lib. xii; idem contra Mocianum: *Hæreticum non humanæ infirmitatis ignorantia, sed pervicacia facit.* Animus obstinatior, l. 2. C. *De summa Trin.* Tertullian. De præscript. hæreticorum, a Græca voce deducit: *Hæreses*, inquit, *dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas, sive ad suscipiendas eas utitur.* Anastasius Bibliothecar. in Epist. ad Joann. diaconum: *Cum hæreticus non ex erroris tantum deceptione, quantum ex electione non recta et contentiosa pertinacia generetur.* Igitur hæresim accipe pravam, eamque obstinatam et confirmatam: hæretici enim prætracte tuentur opinionem quam elegerunt ex suo arbitrio et humana præsumptione. Hinc philosophorum sectæ αἱρέσεις dictæ, quia sibi ex arbitrio proprio δόγματά τινα deligunt. Glossæ Latino-Gr. *Secta*, αἵρεσις, φιλοσόφου δόγμα, ἀγωγή.. Græco-Lat. Δόγμα, *secta.* Varro: *Secta quos Neuppi hæresis nutricatur.*

(93) *Nec litanias faciunt.* Libri veteres in l. 4, c. eod. *ad istanium faciendam.* Basilica lib. I, tit. I. c. 22, λιτὴν ποιεῖν. B. Chrysostomus homilia antequam iret in exsilium: Αὔριον εἰς λιτανείαν ἐξελεύσομαι μεθ' ὑμῶν· *Cras vobiscum ibo ad supplicationes.* Anastas. de Vit. PP. p. 82 et 130, edit. Basileæ epist. 63. Concilium Moguntin. sub Leone III cap. 32. Allatius de Græcor. temp. Zonar. p. 537, 543 in fine, et concilia Galliæ.

(94) *Publice factum fuerit.* Codex Brodæi: vel in publicis, vel in privatis ædibus.

(95) *Crimen adversus Manichæos.* Manichæi extra solum Romanum pulsi constitutione Valentiniani et Marciani, quæ exstat in concil. Chalcedon. parte 3. De his vide Theophan. p. 146 et 443. Nusquam in Romanum locum convenendi facultatem habeant, l. 5 h. tit. Hæreticorum bona fisci viribus addicta. Vide eumdem Theoph. p. 153, et Cedrenum, p. 106 et 107. V. conc. Chalc. part. 3, c. 12, Petr. Sicul.

(96) *Proscribuntur.* δημεύονται, publicantur.

(97) *Et omni liberalitate.* Meminit Victor, *De Persecut. Vandal.* lib. III, constitutionis adversus hæreticos latæ, qua similis pœna continetur his verbis: *In populos quoque quos præfati imperatores similiter servientes, quod eis nec donandi libertas, nec testandi, aut capiendi, vel ab aliis derelictum penitus subjacerel, non fideicommissi nomine, non legati, non donationibus, aut relictione, quæ mortis causa appellatur, vel quolibet codicillo, aliisve forsitan scripturis.* Fisco tamen præferuntur ascendentes et descendentes et venientes ex latere cognati, exque his descendentes usque ad secundum gradum: ita tamen ut proximior gradu præferatur; tunc autem bona eis concedimus, si non et ipsi pari conscientia polluuntur, quæ sunt in Basilicis, lib. I, t. 1, c. 23, et in C. Theodos.

(98) *Post mortem accusantur.* Sicut apostatæ, l. 2 cod. *De apostatis.* Facundus Hermian. lib. x: *Dicunt probare se posse nescio quos hæreticos post mortem fuisse damnatos.* Concil. œcumen. v, act. 5, c. 28, tit. 1, lib. I, *Basil.* v, vi syn. act. 13; Rigordus, in gestis Philippi Augusti, de Amalrico: *Etiam post mortem fuit excommunicatus et condemnatus, et a cœmeterio sacro dejectus, et ossa et cinis ejus per sterquilinia sunt dispersa.* Adde auctorem Chronici Altissiodorensis, pag. 105 vers., Joannis Vicleti ossa post obitum ejus publice cremata sunt. Barlaamus et Acindynus monachi post mortem excommunicati, ut scribit Joan. Cantac. l. IV, c. 25. V. c. 2, *De summa Trin. extra.*— Justinianus in edicto de fide: « Quantum ad insipientiam dicentium non oportere anathematizari post mortem eos qui in sua impietate mortui sunt, oportebat nec eos qui injuste condemnati sunt Patres, post mortem revocari, quale contigit in Joanne sanctæ recordationis episcopo Constantino-

εις αὐτῶν ἀκυροῦται, καὶ οὔτε κληρονομοῦσιν αὐτῶν οἱ παῖδες, εἰ μὴ τῆς φαυλότητος αὐτῶν ἀναχωρήσωσι. Τιμωροῦνται δὲ καὶ οἱ κρύπτοντες αὐτοὺς ἐν εἰδήσει. Ἀνεύθυνοι δὲ γίνονται οἱ δοῦλοι αὐτῶν μενιόντες εἰς τὴν καθολικὴν πίστιν.

Ε'. Οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Μακεδονιανοὶ πνευματομάχοι, καὶ Ἀπολλιναριστᾶι, καὶ Ναυατιανοὶ, ἤγουν Σαββατιανοὶ, Εὐνομιανοὶ, Παπιανισταὶ, Μοντανισταὶ, ἤγουν Πρισκιλλιανισταὶ, Φρύγες, ἤγουν Πεπουζῖται, Μαρκιωνισταὶ, Βορβοριανοὶ, Μασσαλιανοὶ, Εὐτυχῖται, ἤγουν Ἐνθουσιασταὶ, Δονατισταὶ, Ἀνδριανοὶ, Ὑδροπαρασῖται, Ἀσκοδρουγοὶ, Βαθραχῖται, Παυλιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ὀφῖται, Ἐγκρατῖται, Ἀποτακτῖται, Ἐρημῖται, Σακκοφόροι, καὶ οἱ πάντων χείρους Μανιχαῖοι, οὐ δύνανται συνάγεσθαι ἢ εὔχεσθαι· οἱ δὲ Μανιχαῖοι, τῶν πόλεων ἐκβάλλονται, καὶ ἐσχάτως τιμωροῦνται. Κύρια δέ εἰσι πάντα τὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν νομοθετηθέντα περὶ τῶν δωρουμένων ἢ τῶν καταλιμπανομένων αὐτοῖς, στρατιῶν, καὶ περὶ τῶν συναχτηρίων αὐτῶν· ὥστε τὰς ἐκκλησίας τοὺς οἴκους λαμβάνειν, ἐν οἷς γνώμῃ ἢ ἀποπροσοπήσει τῶν δεσποτῶν συνῆλθον. Εἰ δὲ οἱ

V. Ariani, et Macedoniani pneumatomachi (2), et Apollinaristæ. Navatiani (3) sive Sabbatiani, Eunomiani, Papianistæ, Montanistæ, sive Priscillianistæ, Phryges, sive Pepuzitæ, Marcionistæ, Borboliani, Messaliani (4-5), Euchitæ, vel Enthusiastæ, Donatistæ, Andriani, Hydroparastatæ, Ascodrugi (6), Batracitæ, Pauliani (7), Marcelliani, Ophitæ, Encratitæ, Apotactitæ, Eremitæ, Saccophori, et omnium pessimi Manichæi habere conventicula nequeunt (8): et Manichæi de civitatibus quoque pelluntur, ultimoque supplicio afficiuntur (9). Sunt etiam data omnia, quæ adversus hæreticos sancita sunt, de iis, quæ et donantur ipsis, aut in testamento relinquuntur, ut de militibus ipsorum, et de conventiculis (10), ut ecclesiæ domos accipiant, in quibus de sententia dominorum (11), vel iisdem dissimulantibus convenerint. Quod si procuratores hoc dominis ignorantibus admiserint, si qui-

Annibalis Fabroti notæ.

politanæ civitatis, ab universali Ecclesia post mortem revocato, et in Flaviano sanctæ memoriæ et ipso episcopo Constantinopolitanæ civitatis, injuste quidem in vita condemnato, juste autem post mortem revocato, jam a sancta memoriæ papa Leone, quam a sancta Chalcedonensi synodo. Ex hoc autem contingit secundum illorum verba, hæreticos quidem sanctis Patribus connumerari, ut puta liberatos debita eis condemnatione; sanctos autem Patres injuste condemnatos hæreticis conjungi, ut puta non soluta contra eos facta iniqua damnatione. Agitur autem hic de Manichæis, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant, ut est in lib. v, C. h. t.

(99) *Fit irrita.* Si modo et cognati eorum Manichæi erunt: alioquin rata erit, d. c. 23. Qua de re vide Cujacium, *Observ.* l. 12, c. 30.

(1) *Nisi a pravitate.* Liberi admittuntur, si a paterna pravitate recesserint; pœnitentibus enim venia datur, l. 4 c. eod., l. 41 C. Theod. eod. Fraccus Alculnus Confessionis fidei part. IV, cap. 9: *Nemo est hæreticus, nisi contentione fiat hæreticus. Ast qui reprehendi non erubescit, neque corrigi dedignatur, nequaquam dici potest hæreticus.*

(2) *Pneumatomachi.* Perperam in quibusdam editionibus codicis, additur virgula ante hanc dictionem. Facundus, lib VIII: *Macedoniani, qui et Pneumatomachi.* V. Theodoret. *Hær. fab.* l. 4, c. 5; S. Hieron. *De hæresibus.*

(3) *Novatiani.* Ναυάτου Græci vocant, Latini Novatum; itaque scribe, Novatiani, seu Sabbatiani, Eunomiani, Papianistæ, Montanistæ sive Priscillianistæ, Phryges vel Pep. Marcion. Borboriani, Messaliani, Eutychitæ sive Enth. Audiani, Hydr. Ascodrugi, Batrac. Pauliani, Marcell. O. etc.

(4-5) *Messaliani, Euchytæ.* Puto et hic abundare virgulam. Facundus, d. lib. VIII: *Massalianos quos et Euchitas dicimus.* Vide B. Augustinum, *De hæresib.* c. 57, ubi Messaliani vocantur, et Theodor. d. l. 4, c. 11.

(6) *Ascodrugi.* Sic Basilic. lib. I, t. 1, c. 31 et l. 18, h. t. Apud Theodoretum. *Hæret. fab.* lib. I lemma capitis 10 ita legend. videtur: Περὶ τῶν ἀσκοδρουγῶν ἢ ἀσκοδρουγιτῶν καλουμένων. Unde autem dicantur Tascodrougitæ tradit Græcus int. ad. d l. pen lib. XXI Basil. tit. 1, c. 44: Tascodrugi, l. pen. h. t. in l. 5. C. eod. Tascodrogitæ, et apud Balsamon. ad Photii *Nomoc.* tit. 9, c. 2, Τασκοδρουγῖται, ex fide vett. codicum. In Agilæi tamen codice legebatur, Ἀσκοδρουγῖται. V. Epiphan.

(7) *Pauliani.* De his Augustin. *De hæres.* c. 44.

(8) *Habere conventicula nequeunt.* Verte: non possunt convenire, aut orare, ut in l. 5 c. eod. Nusquam in Romanum locum conveniendi orandique habeant facultatem; sic legerunt Græci. Basil. lib. I, tit. 1, c. 23: Μηδέποτε ἐν Ῥωμαϊκῷ ἐδάφει τοῦ συνελθεῖν ἢ προσεύχεσθαι εὐχρείαν ἐχέτωσαν· *Nusquam in Romano solo conveniendi, aut orandi facultatem habeant.* In libro Cujacii emendatum erat, *veniendi orandique*, sic enim suadent verba quæ præcedunt. *in Romanum locum.* Sed verior est quorumdam codicum lectio, *in Romano solo conv.* ut legerunt Græci. Item mss. omnes etiam Jul. Brodæi, habent, *orandique.*

(9) *Ultimoque supplicio afficiantur.* L. 11 et 12. et infra. Ergo hæretici supplicio afficiendi sunt. De quo tamen hic inquirendum est. Equidem non ignoro quid B. Augustinus senserit, epist. 48 et 50, quas vide. Sub Alexio Comneno Basilius quidam hæresiarcha combustus est, Zonaras tomo III. Lactantius: *Si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur.*

(10) *De conventiculis.* In l. 5 c. eod.: In hæreticorum conventicula, quæ ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur. B. August. epist. 56: *Sed circuli atque conventicula Donatistarum vel Maximianensium*, etc. De circulis in l. VIII, c. eod.: convocandi cœtus, vel circulos contrahendi. S. Cyprianus, De unit. ecclesiarum: *Et cum hæreses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt.*

(11) *De sententia dominorum* Can. 93 Eccl. Afric.: Simul etiam petendum ut illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, deinceps confirmari præcipiant. De eadem constitutione vide B. Augustini d. ep. 50, et in *Contra Crescon.* c. 47, et Possidonium in Vita Augustini, c. 12.

dem ingenui sint, decem librarum multam præstant, aut relegantur; sin servi, flagris cæduntur, et in metallum damnantur. Non etiam publice conveniunt, vel ædificant conventiculis destinata loca, nec quidquam faciunt ad circumscriptionem legis, omni civili et militari auxilio destituti, decurionibus etiam hæc servantibus sub pœna viginti librarum: nec speciale privilegium (12), adversus leges ab ipsis impetratum, valet. Rata sunt etiam, quæ promulgata sunt adversus eos, circa pœnam, et militiæ prohibitionem.

VI. Nestoriani vocantur Simoniani (13), nec licet ea quæ ab ipsis adversus Ephesinam synodum scripta sunt habere, vel legere, vel describere, sed comburantur. Cum etiam de fide quæritur (14), nulla ipsorum est faciunda mentio. Nec in quocunque loco B suo quisquam eos excipere (15) debet. Qui legem violarit, honorum publicatione punitur. Iidem Nestoriani non appellantur Christiani (16).

VII. Qui sunt in curiis, vel militiis, vel collegiis, hæretici: tam pecuniariis (17), quam personalibus obligati sunt muneribus.

VIII. Qui Eutychis et Dioscori doctrinam sequuntur, similes sunt Apollinaristis, et pœnis iisdem subjacent, si non sequantur sacrosancta quatuor concilia, nec licet eis episcopos aut clericos creare. Nam et is qui hoc facit, et qui fit, exsilio punitur et bonorum publicatione. Non etiam construunt ecclesias aut monasteria, vel religionis causa conveniant. Quippe domum illam, vel prædium (18), ubi convenerint, accipit ipsa ecclesia, modo probatum fuerit apud præsidem, eos illuc volente domino convenisse. Sin præter voluntatem domini, vel is, qui pensiones domus exigit, vel administrator prædii, vel alius quispiam susceperit eos ad parasynaxim (19), vel in monasterium: vilis quidem conditionis existens, publice fustibus cæditur: honestior vero, decem libras

προκουράτορες ἀγνοούντων αὐτῶν τοῦτο πεπραγασιν, εὐγενεῖς μὲν ὄντες πρωτιμῶνται δέκα λίτρας, ἢ ἐξορίζονται· δοῦλοι δὲ μαστίζονται, ἢ μεταλλίζονται, καὶ οὐ συνέρχονται δημοσίᾳ, ἢ κτίζουσι συναχτήρια, οὔτε τι ποιοῦσιν εἰς παριγραφὴν τοῦ νόμου, πάσης πολιτικῆς καὶ στρατιωτικῆς βοηθείας ἐστερημένοι, καὶ τῶν βουλευτῶν ταῦτα φυλαττόντων ὑπὸ ποινῆς κ' λιτρῶν· καὶ οὔτε προνόμιον [προνόμιον] ἰδικὸν παρανόμως αὐτοῖς πορισθὲν ἐρρωται. Ἰσχύει δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτῶν νομοθετηθέντα εἰς ποινὴν καὶ κώλυσιν στρατεί-

Ϛ'. Οἱ Νεστοριανοὶ Σιμωνιανοὶ λέγονται· καὶ οὐκ ἔξεστι τὰ κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου αὐτοῖς γραφέντα ἔχειν ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ μεταγράφεσθαι, ἀλλὰ καίονται. Καὶ ἐν τῷ ζητεῖν περὶ πίστεως οὐ δεῖ αὐτῶν μεμνῆσθαι, οὔτε δεῖ αὐτοὺς ἐν οἱῳδήποτε ἱδίῳ τόπῳ δέχεσθαι. Ὁ δὲ παραβὰς τὸν νόμον δημεύεται. Οὐ λέγονται δὲ οἱ Νεστοριανοὶ Χριστιανοί.

Ζ'. Οἱ ἐν βουλαῖς, ἢ στρατιαῖς, ἢ σωματείοις ὄντες αἱρετικοί, καὶ χρηματικῶς καὶ σωματικῶς λειτουργοῦσιν.

Η'. Οἱ τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου φρονοῦντες ὁμοιοί τοῖς Ἀπολλιναριστοῖς εἰσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκεινται, μὴ ἀκολουθοῦντες ταῖς ἁγίαις τέσσαρσι συνόδοις· καὶ οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ψηφίζεσθαι· ἐπεὶ καὶ ὁ ποιῶν καὶ ὁ γενόμενος ἐξορίζεται καὶ δημεύεται· οὔτε ποιοῦσιν ἐκκλησίας, ἢ μοναστήρια, ἢ συνάγονται ἐπὶ θρησκείᾳ· ἐπεὶ τὸν οἶκον ἢ τὴν κτῆσιν, ἔνθα συνῆλθον, ἡ ἐκκλησία λαμβάνει, ἐν ᾧ συνελθεῖν γνώμῃ τοῦ δεσπότου δειχθῇ παρὰ τῷ ἄρχοντι. Εἰ δὲ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἐνοικολόγος ἢ διοικητὴς τοῦ χωρίου, ἢ ἕτερος ὑπεδέξατο ἐπὶ παρασυνάξει, ἢ ἐν μοναστηρίῳ, εὐτελὴς μὲν ὤν, δημοσίᾳ ῥαβδίζεται· σεμνὸς δὲ, ι' λίτρας προστιμᾶται τῷ φίσκῳ. Οὔτε στρατεύονται, καὶ ἐὰν στρατευθῶ-

Annibalis Fabroti notæ.

(12) *Nec speciale privilegium.* Socrat. Hist. 1, cap. 6. conc. Chalced. p. 362, 363, d. 371, col. 1, conc. Ephes. in p., c. 45. V. Syn. p. 554. Vide syn. p. 650; conc Ephes. p. 469 et seq.

(13) *Nestoriani vocantur Simoniani.* Ex hoc igitur loco, Balsamone, Photio *Nomoc.* tit. 12, c. 2, et libris veteribus, emendanda est l. 6, c. eod. hoc modo: *Damnato portentuosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani lege divæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis, Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariæ sectæ Nestorii, Simoniani vocentur.* Julius Pollux in Chronico: Καὶ τοὺς ὁμοίους ἀποχηρύττων καὶ προστάττων, Πορφυριανοὺς αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν συγγραφέντα πυρὶ παραδοῦναι. Τοὺς δὲ ἔχοντας καὶ μὴ πυρὶ παραδιδόντας, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

(14) *De fide quæritur.* In religionis disputatione, l. 6, c. eod.

(15) *Eos excipere.* Conventiculam præbeat d. l. 6, sic vol. C.

(16) *Nestoriani non appellantur Christiani.* Lucifer Calaritanus, lib. 1, pro S. Athanasio de Arianis: *Dicat denique se non esse Christianum, fateatur se Arianum.* Et paulo post: *Odis Athanasium, quod Christianus sit, quod esse noluerit Arii, ut tu dicis, discipulus.* Idem de regibus apostatis, lib. 1: *Quo possint deinceps non esse Christiani, quod nos sumus, sed, quod res est, Ariani.* Idem scribit in libro de non conveniendo cum hæreticis. S. Athanasius, orat. 2, contra Arian. Οἱ τούτους καλοῦντες Χριστιανοὺς πολὺ καὶ λίαν πλανῶνται: *Qui hos (Arianos) Christianos appellant, largiter errant.* Leo M. epist. 73: *Non solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant* (hæretici), *sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi.* Sanctus Hilarius, in lib. ad Constantium A.: *Christianus sum, non Arianus.* B. Augustinus ait esse falsos Christianos, de doctrina Christiana lib. II, c. 35. Vide supra ad l. 1, tit. 1, et infra Paral. tit. 5, lib. 1, tit. 4, const. 5, quam confer cum l. 5, c. *de Episc. aud.* Vide et Novellæ ci: præfat.

(17) *Tam pecuniariis.* Facultatum muneribus, in l. 7, c. eod. l. 8.

(18) *Quippe domum illam vel prædium.* Vide supra ad l. 5, et sententiam Marcellini post collationem Carthag. 3, Acta conc. Chalced. V. Conc. Constantin. sub Menna p. 714, t. II Conc. et alip. camd. p. 715, a.

(19) *Ad parasynaxim.* V. infra ad l. 14.

σιν, ἀποστρατεύονται, καὶ οὔτε κοινωνοῦσι τῷ παλατίῳ, οὔτε ἄλλῃ πόλει, οὔτε ἐν ᾗ ἐγεννήθησαν ἢ ἐν χωρίῳ διάγουσιν. Οἱ δὲ γεννηθέντες ἐν Κωνσταντινουπόλει πάσης ἀπελαύνονται μητροπόλεως. Οὐδενὶ ἔξεστι κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου γράφειν, ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ ὑπαγορεύειν, ἢ ἔχειν συγγράμματα· ἐπεὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Καὶ ὁ προσελθὼν ἐπὶ τὸ μαθεῖν δέκα λίτρας δίδωσι τῷ φίσκῳ· καὶ ὁ διδάσκων τὰ κεκωλυμένα ἰσχάτως τιμωρεῖται. Πάντα δὲ τὰ συγγράμματα τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου κατέσθωσαν. Εἰ δὲ παρίδωσι ταῦτα οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν, ἢ οἱ ἔκδικοι, ἀπὸ δέκα λιτρῶν τῷ φίσκῳ προστιμῶνται.

A multam fisco præstat. Non etiam militant Eutychiani, ac si quidem militiæ fuerint adscripti (20), exauctorantur, et palatii communione privantur. Non etiam vel in alia, vel in qua nati sunt civitate, vel vico, versantur. Qui Constantinopoli nati sunt, ex omni metroplitana civitate pelluntur. Nemini licet adversus Chalcedonense concilium aliquid scribere, vel legere, vel dictare, vel aliorum habere scripta: perpetua namque deportatione damnantur. Item, qui ad eos accesserit discendi causa, decem libras fisco solvit: et qui prohibita docet, ultimo supplicio coercetur. Omnia vero scripta Eutychis et Apollinaris concremantur. Quod si præsides hæc neglexerint, vel eorum officia, vel defensores, decem librarum multam fisco præstant.

Θ'. Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νεμομισμένον οὐ θάπτονται.

B IX. Hæretici (21) more consueto non sepeliuntur.

Ι'. Οὔτε ὀρθόδοξος δύναται καθ' οἱονδήποτε τρόπον μεταφέρειν εἰς αἱρετικὸν ἀκίνητον πρᾶγμα, ἔχων ἐκκλησίαν ὀρθόδοξον· ἐπεὶ φισκοῦται.

X. Ne quidem orthodoxus (22) aliquis ullo modo transferre potest in hæreticum rem aliquam soli, quæ orthodoxam contineat ecclesiam. Fisco namque vindicatur.

ΙΑ'. Ὁπουδήποτε οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι κεφαλικῶς τιμωροῦνται.

XI. Ubicumque Manichæi reperiantur, capitis supplicio puniuntur.

ΙΒ'. Οἱ μὲν Μανιχαῖοι πανταχόθεν ἁλίσκονται, καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ (αἱρετικὸς δέ ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος) καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύονται ἄρχειν, καὶ ἀξίας ἔχειν, ἢ δικαιολογεῖν, ἢ ἐκδικεῖν, ἢ πόλεως πατέρες γίνεσθαι· ἵνα μὴ σχῶσιν ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν Χριστιανοῖς ἢ ἐπισκόποις, ἢ στρατεύεσθαι, πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων. Οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχοντες, μὴ προκόπτοντες δὲ, μήτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκδιδάζοντες ἐπὶ δημοσίαις ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις. Εἰ δὲ πειραθείς τι τούτων ἐγχειρίσαι, πρὸς ἀπράκτῳ τῇ ἐγχειρήσει δίδωσιν εἴκοσι λίτρας. Καὶ οἱ ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες εἴκοσι· καὶ οἱ ἄρχοντες ν'· καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις εἰσκομίζονται. Ἐξῄρηνται οἱ Γότθοι, οἳ γίνονται φοιδεράτοι, καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ τιμῶνται.

C XII. Undique Manichæi pelluntur, et capitis supplicio puniuntur. Reliqui vero hæretici (et hæreticus est, quisquis non est orthodoxus) et pagani, et Judæi, et Samaritæ, prohibentur gerere magistratum et habere dignitates, aut fieri patroni causarum, aut defensores, aut patres civitatum (23), ne potestatem habeant injuriis afficiendi, vel judicandi Christianos, aut episcopos; vel etiam militandi (24), extra quam si genere cohortalini sint (25). Manent enim hi milites, onera quidem sustinentes; verum ad majora non provehuntur, nec orthodoxis dantur executores in publicis privatisve causis. Qui vero tentaverit aliquid horum fieri, præterquam quod ipse conatus effectum nullum habiturus est, 20 libras solvit; et qui publicis eos descriptionibus inserunt, libras 20, et præsides libras 50; quæ quidem omnes rebus privatis inferuntur. Excipiuntur Gothi (26), qui fœderati (27) fiunt, et prout imperatoriæ majestati visum fuerit, alios honores consequuntur.

Annibalis Fabroti notæ.

(20) *Militiæ fuerint ascripti.* V. inf. ad l. 12.

(21) *Hæretici.* Hæreticis solemnia sepulturæ non negantur. Cujac. in Parat. cod. eod. In Leunclavii codice legebatur, οὐ θάπτονται. Quasi hæretici sine ullo funeris solemni sepeliri debeant, vel etiam sepultura privari. Male, ut constat ex lib. 1 Basil. tit. 1, c. 26, ubi humanitatis ratione permittitur hæreticorum sepultura. Vide tamen cap. 2, de hæret. in 6. Gotfridus Vindocinensis, lib. III, epist. 38: *Auctoritate sanctorum canonum firmiter tenemus, et nullatenus dubitamus, quia quibus vivis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.* Balsamon tamen in Photii *Nomoc.* tit. 12, c. 2, inquit: *Hæretici legitimis ne tradentur sepulturis.*

(22) *Ne quidem orthodoxus.* Hæreticus prædium, in quo orthodoxæ fidei ecclesia constituta est, comparare non potest: Theophilus ad § 2 *Institut. De inutilib. stipulat.*

(23) *Aut patres civitatum.* Vide tit. 9, c. 18.

(24) *Judicandi Christianos aut episcopos, vel etiam militandi.* Hujus legis, quæ Justini est, meminit Justinianus, novellæ CIX præf.

(25) *Cohortalini sint.* Nulla his præter cohortalinam in provinciis et castrensem indulgenda militia. l. *Hæreticorum*, 65, C. Theod. eod. Cohortalini sunt gregarii et viliores milites. V. Cuj. ad lib. X cod. tit. XXIII, l. 3, et ejus prælectiones ad tit. 61, lib. VI C. et Parat. C.

(26) *Excipiuntur Gothi.* Qui Ariani erant. B. Augustin. epist. 50. Theophanes de Gotthis, Hypogothis, Gepidibus et Vandalis: Πάντες δὲ τῆς Ἀρείου ὑπάρχουσι κακοπιστίας.

(27) *Fœderati.* De Gotthis fœderatis Malchus in excerptis de Legationibus, p. 94 ed. Regiæ: Πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Venerunt e Thracia legati Gotthorum, qui fœdus cum Romanis contraxerant, quos Romani fœderatos vocant.* De fœderatis vide Glossarium nostrum ad Cedrenum.

Cum parentes inter se dissident, plus valeat is (23), qui liberos ad orthodoxam fidem vult adducere. Parentes hæretici (29), cum nullam (30) habent legitimam causam accusandi liberos orthodoxos, cogantur eis pro modo patrimonii sui suppeditare alimenta, cum necessariis rebus cæteris, et cum orthodoxis eosdem matrimonio copulare, dotesque eam donationibus ante nuptias præstare, præsidum et episcoporum intervenientе cura.

XIII. Orthodoxi hæreticorum liberi, si non peccaverint adversus eos, absque diminutione capiunt id, quod eis ab intestato competit : et quæ præter hæc facta fuerit suprema voluntas, irrita redditur, salvis tamen libertatibus, nisi quo jure prohibeantur. Si vero commiserint aliquid adversus parentes, et accusantur, et puniuntur (31). Sed tamen etiam cum in eos peccaverint, ipsorum patrimonii quadrantem (32) ex testamentis conditis habent. Eadem locum habent etiam in Judæis et Samaritis.

XIV. Hæretici conventicula celebrare, vel parasynaxes (33), vel concilia, vel ordinationes, vel baptismata nequeunt ; aut primates habere, vel officia patrum (34-35), aut defensorum consequi, vel curare, seu administrare villas per seipsos, aut per subjectam personam ; vel quid ipsis prohibitum facere. Qui legem violat, in periculo capitis est constitutus.

XV. Manichæis (36) orthodoxi liberi dentaxat ab intestato succedunt, quibus non exstantibus, res eorum fiscus vindicat, sive testati sint, sive legaverint, sive donaverint.

XVI. Qui a Manichæis deficiens factus est orthodoxus, si quæ illius erroris sunt, facere deprehensus fuerit, aut nude cum Manichæis conversari, vel colloqui, nec confestim eos legitimo judici tradi-

Ἀμφισβητούντων τῶν γονέων, ἐπικρατέστερός ἐστιν ὁ θέλων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τοὺς παῖδας προσαγαγεῖν. Αἱρετικοὶ πατέρες, μηδὲν ἔχοντες νόμιμον ἐγκαλεῖν τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, ἀναγκάζονται πρὸς τὰς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα, καὶ συνάπτειν ὀρθοδόξοις, καὶ δι-δόναι προῖκας καὶ προγαμιαίας ὥρας, προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων.

ΙΓ'. Οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν, μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν, ἀκέραιον λαμβάνουσι τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον· καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γενομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται, φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν, εἰ μὴ κατά τινα νόμων πολίονται. Εἰ δέ τι πλημμελήσωσιν εἰς τοὺς γονεῖς, κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἡμαρτηκότες τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

ΙΔ'. Οἱ αἱρετικοὶ συνεκτήρια ποιεῖν οὐ δύνανται, ἢ παρασυνάξεις, ἢ συνόδους, ἢ χειροτονίας, ἢ βαπτίσματα, ἢ ἐξάρχους ἔχειν ἢ κτηρίας, ἢ ἐπικεῖσθαι ἐγχειρίζεσθαι, ἢ φροντίζειν, ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθήκων προσώπων, ἢ τι τῶν ἀπηγορευμένων προσώπων ποιεῖν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐσχάτῳ κινδυνεύει.

ΙΕ'. Οἱ Μανιχαῖοι παρὰ μόνων ὀρθοδόξων παίδων ἐξ ἀδιαθέτου διαδέχονται. Μὴ ὄντων δὲ τούτων, ὁ φίσκος τὰ πράγματα διεκδικεῖ, εἴτε διέθεντο, εἴτε ἐληγάτευσαν, εἴτε ἐδωρήσανο.

ΙϚ'. Ὁ ἀπὸ Μανιχαίων γενόμενος ὀρθόδοξος, ἐὰν εὑρεθῇ τὰ τῆς πλάνης ποιῶν, ἢ ψιλῶς συνδιάγων, ἢ ὁμιλῶν Μανιχαίοις, καὶ μὴ παραχρῆμα δηλοὺς αὐτοὺς νομίμῳ δικαστῇ, ἐσχάτως τιμωρεῖται·

Annibalis Fabroti notæ.

(28) *Plus valeat is.* Κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων, *quamvis pater sit qui contradicit*, ut ait Theodorus Hermopolites.

(29) *Parentes hæretici.* Photius, 12, 2 : Καὶ πῶς ἀναγκάζονται τοὺς παῖδας ὀρθοδόξους ὄντας τρέφειν, καὶ γράφειν κληρονόμους, καὶ διδόναι αὐτοῖς προῖκας, καὶ προγάμους δωρεάς. *Et quomodo coguntur filios qui sunt orthodoxi, alere, et hæredes scribere, et dare eis dotem et donationem prodier nuptias.* Et ibi Balsamon.

(30) *Cum nullam.* Si queratur tantum quod factus sit Christianus. Vide Parat. ad tit. 9.

(31) *Accusantur et puniuntur.* Auctores Basilicon expunxerunt hæc verba : quo nomine Theodorus Balsamon eis gratias agit, Καὶ χάρις τῷ ταῦτα συνθεμένῳ, ad Photii *Nomocanonem*, tit. 12, c. 2, in fine. Imo non sine flagitio videntur hoc fecisse : licet enim parentes hæretici sint, non tamen violandum est pietatis officium. Dicis impium esse, pater tamen est : Εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ὑπερόπτης εἴη, καὶ ἀσεβὴς, ἀλλὰ πατὴρ ὅμως ἐστὶ : *Licet enim legum contemptor et impius sit, tamen pater est*, ut ait Justinianus, Nov. xii, c. 2.

(32) *Quadrantem.* Melior est eorum conditio, quam exhæredatorum, quibus nihil relinquitur. Sic adrogator impuberis jubetur quartam partem bonorum suorum ei relinquere, si eum exhæredaverit, § *ò Instit., de adopt.*

(33) *Parasynaxes.* Hæreticorum conventicula ecclesiæ non sunt, sed quasi ecclesiæ, l. 5 C. eod., vel potius latibula et speluncæ. Epiphanius, Panarii lib. II : Τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας ἤτοι φωλεοὺς καὶ σπήλαια· οὕτω γὰρ εἴποιμι τὰς τῶν αἱρετικῶν συνελεύσεις· *Ipsorum ecclesias seu latibula et speluncas : sic enim merito appellaverim hæreticorum conventicula.* Existimantur esse ecclesiæ, sed non sunt. Optatus Milevitanus, lib. I : *Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse, et recte dixisti : scimus enim hæreticorum ecclesias singulorum, prostitutas, nullis legalibus sacramentis, et sine jure honesti matrimonii esse. Quas non necesse est recusat Christus, qui est Sponsus unius Ecclesiæ, sicut in Canticis canticorum ipse testatur. Qui cum unam laudat, cæteras damnat, quia præter unam, quæ est vera catholica, cæteræ apud hæreticos putantur esse, sed non sunt.* Item synaxes non sunt, sed parasynaxes, l. 8 C. eodem, adulteræ collectæ, ut loquitur interp. Novellæ cxxxii. Theophanes, de Theodosio : Εὐνόμιον μὲν ἐξώρισε παρασυναγωγὰς ποιοῦντα καὶ λαοὺς ἀπατῶντα : *Eunomium in exilium egit adulterinos conventus facientem et populos decipientem.* Non baptismata, sed parabaptismata. Nov. cxxxii, adulterina baptismata, eademque . tione παραβαπτισταὶ dicuntur Arriano Dissert. Epict. 2, cap. 9.

(34-35) *Vel officia patrum.* Hæretici nec patres civitatum, nec defensores fieri possunt. Hæc est hujus loci sententia. De patre civitatis vide infra tit. 9, cap. ult.

(36) *Manichæis.* Vide ad l. 4, supra eod.

καὶ οἱ ἐν ἀξίαις καὶ στρατιαῖς ὄντες ἐπιμελῶς τοὺς ἐν αὐτοῖς τοιούτους ὄντας ἀναζητείτωσαν, καὶ παραδιδότωσαν. Ἐπεὶ συλλαμβανόμενος ὁ Μανιχαῖος, ἐὰν εἴπῃ γινώσκεσθαι παρά τινων, ἀμυδρῶς τιμωροῦνται, ὡς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες, κἂν μὴ ὦσι τοιοῦτοι. Τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον. Ὁ ἔχων βιβλία μανιχαϊκά, καὶ μὴ φέρων ἐπὶ τῷ καυθῆναι τιμωρεῖται.

ΙΖ'. Αἱ τῶν Σαμαρειτῶν συναγωγαὶ καθαιροῦνται, καὶ ἐὰν ἄλλας ἐπιχειρήσωσι ποιῆσαι, τιμωροῦνται. Οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, πλὴν ὀρθοδόξων· οὔτε δωροῦνται, ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι ταῖς μὴ οὔσιν ὀρθοδόξοις· ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων

ΗΖ'. Τὰ περὶ τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα ἐπὶ ταῖς συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδοχαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς Μοντανισταῖς καὶ τοῖς Ἀσκοδρούγοις καὶ Ὀφίταις. Μόνοι γὰρ ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ λαγόνα λαμβάνουσιν. Οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοί, τουτέστιν οἱ μὴ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ Σαμαρεῖται, οὐ στρατεύονται, οὔτε ἀξιωματικοὶ γίνονται, οὔτε δημόσιον μετέρχονται φρόντισμα, οὔτε παιδεύουσιν, οὔτε συνηγοροῦσιν. Εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τινος τούτων, προσποιήσηται τὸν ὀρθόδοξον, καὶ μὴ φανῇ ἔχων γυναῖκα, ἢ παῖδας αἱρετικούς, καὶ μὴ προσαγάγῃ αὐτοὺς τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ἐκβέλλεται. Εἰ δὲ καὶ λάθοι, οὐ δύναταί τι τοῦ αὐτοῦ δωρήσασθαι, ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν αἱρετικῶν· ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὴν αἱρετικὴν καταφερομένην αὐτοῦ κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. Καθόλου γὰρ οἱ μετασχόντες στρατείας ἢ ἀξίας, ἢ συνηγορίας, ἢ δημοσίας φιλοτιμίας, ἢ συγκροτήσεως, παρὰ μόνων ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὁπωσοῦν εἰς αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δημόσιον ἐκδικεῖ. Ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων ὀρθόδοξος, ἢ καὶ ἄλλος αἱρετικός, δεῖ γενέσθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν ὀρθοδόξους. Εἰ δὲ οἱ μὲν ὀρθόδοξοι γίνωνται, οἱ δὲ μείνωσιν αἱρετικοί, μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέως οἱ ὀρθόδοξοι. Εἰ δὲ πάντες εἰσὶν αἱρετικοί, συγγενεῖς ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν· ἢ μὴ ὄντων αὐτῶν, ὁ φίσκος. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥᾳθυμούντων, καὶ μὴ ἐξιόντων, ἢ μηνυόντων ἀρχόντων καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἐπισκόπων· οἵτινες καὶ περὶ τῶν ῥᾳθυμούντων ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ. Αἱ δὲ ποιναὶ τῷ φίσκῳ δομόζουσιν.

derit, ultimo supplicio afficitur. Item qui sunt in dignitatibus et militiis constituti, studiose tales inter se perquirant ac tradant. Quippe cum Manichæus, qui comprehenditur, ait se notum aliquibus esse : pœna illi competente afficiuntur, velut iisdem peccatis obnoxii, licet ejusmodi non essent. Nam eadem videntur admittere, qui cum peccantem norint, tamen eum non faciunt manifestum. Qui libros habet (37) Manichaicos, nec eos manifestat ut comburantur, punitur.

XVII. Synagogæ Samaritarum (38) abolentur, et alias si facere conati fuerint, puniuntur. Nec habere successores possunt ex testamento, vel ab intestato, præter orthodoxos; nec donationes faciunt alicui modo quid alienant in eos, qui non sunt orthodoxi, sed vindicat ea fiscus, cura episcoporum et præsidum intervenientc.

XVIII. Quæ de Samaritis promulgata sunt, ad synagogas et successiones eorum spectantia, rata sunt etiam in Montanistis, et Ascodrugis, et Ophitis. Quippe soli orthodoxi hæreditates eorum adeunt ex testamento, vel ab intestato, et legata capiunt. Reliqui autem hæretici, hoc est, non orthodoxi, et pagani, et Samaritæ, non militant, neque dignitates adipiscuntur, neque curam publicam suscipiunt, neque professores fiunt, neque causis patrocinantur. Quod si quis, ut horum aliquid impetret, orthodoxum se simulaverit, eumque constiterit habere uxorem aut liberos hæreticos, nec ipsos ad religionem orthodoxam adduxerit, pellitur. Quod si auferit, aequit ex rebus suis quidquam donare, vel alio modo transferre ad hæreticum; sed tam hanc, quam hæreditatem hæreticam, quam ad ipsum devolvit, fiscus sibi vindicat. In universum enim, qui participes fuere militiæ, vel dignitatis, vel advocationis, vel publicæ liberalitatis, vel sustentationis (39), orthodoxos duntaxat hæredes habent, et quæ ab ipsis ad hæreticum quocunque modo perveniunt, fiscus sibi vindicat. Si conjugum alter orthodoxus sit, alter hæreticus, eorum liberi orthodoxi fieri debent. Quod si partim orthodoxi facti sint, partim hæretici manserint, soli sunt hæredes utriusque parentis orthodoxi. Sin universi sunt hæretici, orthodoxi agnati, vel cognati succedunt, aut iis non exstantibus, fiscus. Continet etiam diversas pœnas contra negligentes, et non persequentes, aut indicantes præsides, et officia, tam civilia, quam militaria, et episcopos : qui quidem de negligentibus præsidibus ad imperatorem deferunt. Multæ autem fisco competunt.

Annibalis Fabroti notæ.

(37) *Qui libros habet.* Hæc desunt in Leunclavii codice.

(38) *Synagogæ Samaritarum.* Hanc legem videtur intelligere Procopius in arcana, et Cyrillus Scythopolitanus, quem citat Nicolaus Alemannus, *ibid.* in Notis. Procopius ait, Samaritarum liberos et cognatos nihil ex testamentis parentum vel cognatorum capere posse : quod tacite significatur in l. Justin. ex qua Samaritæ non alios habent hæredes testamentarios aut legitimos, quam orthodoxos. Id tamen quod scribit Cyrillus, Samaritas a rep. gerenda summoveri, magis pertinet ad l. 12 et 18, h. t., qua Samaritæ prohibentur gerere magistratus et habere dignitates. Cæterum hanc legem abrogavit Justinianus, Novella CXXIX, in qua singula d. legis capita recensentur. Justinus vero postea d. Novellam Justiniani sustulit Nov. CXLIV, quæ exstat Paratitl. lib. III, c. 3.

(39) *Sustentationis.* Glossæ Græco-Lat. συγκρούω, sustento, συγκρότησις, sustentatio.

XIX. Si parens uterque sit hæreticus, solis orthodoxis (40) liberis, non hæreticis, donationes cedunt, et ab iisdem hæreditas ipsorum adiitur. Cum autem omnes hæretici sunt, agnati vel cognati orthodoxi succedunt, aut illis non exstantibus, fiscus. Itidem pro modo facultatum suarum hæretici liberos orthodoxos alere coguntur, et quotidianas eis expensas præbere, dare dotes, et ante nuptias donationes perscribere.

XX. Hæretici communicantes, aut synaxes, aut baptismata celebrantes, tanquam legum violatores puniuntur, et qui domos suas ad hoc eis præbent, jam constitutis subjacent. Orthodoxi duntaxat intra septa sacra tabernas habentes, privilegiis fruuntur, non etiam hæretici; qui nec intra septa sacra negotiantur, idque propterea, ne audiant divina mysteria. Montanistæ cum iis, qui ex eorum numero fiunt orthodoxi, non commorantur: et qui ex eis dicuntur episcopi vel clerici (41), Constantinopoli pelluntur. Mancipia (41') mercari prohibentur, et iis, qui egeni sunt inter ipsos, non suppeditantur a tribunalibus vel ab ecclesiis solatia (42), quæ in dignitate constitutorum, et ecclesiastica dicuntur. Et qui patrocinium (43) eis citra rationem præstat, decem librarum multam solvit, et ipsi præsides ob negligentiam libras decem, itemque comes rerum privatarum, et horum officium.

XXI. Judæus (44), vel hæreticus (45), testimonium adversus orthodoxum (46) in lite non dicit. Ipsi tamen (47) adversus se invicem testimonia perhibent, exceptis Manichæis, et Borboritis, et Paganis, et Samaritis, et qui similes ipsis sunt, Montanistis, et Ascodrugis, et Ophitis. Nam his omne testimonium, et omnis legitimus actus est interdictus. Alii vero hæretici et in testamentis, ultimisque voluntatibus, et in instrumentis, sine distinctione testes sunt, ob majorem in probationibus (48) facilitatem.

XXII. Ne quidem ex militari testamento hæreticus vel hæreditatem, vel legatum accipit (49).

ιθ'. Ἐὰν ἑκάτερος γονεὺς αἱρετικὸς εἴη, μόνοις τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, οὐ μὴν τοῖς αἱρετικοῖς δωρεῖται, καὶ παρ' αὐτῶν διαδέχεται. Πάντων δὲ αἱρετικῶν ὄντων, ὀρθόδοξοι συγγενεῖς κληρονομοῦσι· τούτων δὲ μὴ ὄντων, ὁ φίσκος. Πρὸς δὲ τὴν οὐσίαν αὐτῶν οἱ αἱρετικοὶ ἀναγκάζονται τοὺς ὀρθοδόξους παῖδας τρέφειν, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν χορηγεῖν, καὶ διδόναι προῖκας, καὶ προγαμιαίας καταγράφειν δωρεάς.

Κ'. Οἱ αἱρετικοὶ κοινωνοῦντες, ἢ συνάξεις ἢ βάπτισμα ποιοῦντες, τιμωροῦνται, ὡς οἱ τοὺς νόμους παραβαίνοντες, καὶ οἱ τοὺς οἴκους αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ παρέχοντες, τοῖς ἤδη νομοθετηθεῖσιν ὑπόκεινται. Μόνοι οἱ ὀρθόδοξοι, ἐν τόποις τῶν ἱερῶν περιβόλων ἔχοντες ἐργαστήρια, κέχρηνται προνομίοις, οὐ μὴν οἱ αἱρετικοί· οὔτε εἴσω τῶν ἱερῶν περιβόλων πραγματεύονται, διὰ τὸ μὴ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι μυστηρίων. Οἱ δὲ Μοντανισταὶ οὔτε συνδιαιτῶνται τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις ὀρθοδόξοις· καὶ οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτῶν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ἐξωθοῦνται Κωνσταντινουπόλεως. Κωλύονται ἐμπορεύεσθαι ἀνδράποδα, καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικὰ ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν. Καὶ ὁ νόμων αὐτοῖς ἔλογον προστασίαν δέκα λίτρας προστιμᾶται· καὶ δέκα οἱ ἄρχοντες ἐξ ἀμελείας, καὶ ὁ κόμης τῶν πριβάτων, καὶ ἡ τάξις αὐτῶν.

ΚΑ'. Ἰουδαῖος ἢ αἱρετικὸς ἐν δίκῃ οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου. Κατ' ἀλλήλων δὲ μαρτυροῦσιν, ἐξηρημένων Μανιχαίων, καὶ Βορβοριτῶν, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς Μοντανιστῶν, καὶ τῶν Σκοδρούγων καὶ Ὀφιτῶν. Τούτοις γὰρ καὶ πᾶσα μαρτυρία, καὶ πᾶσα νόμιμος ἀπηγόρευται πρᾶξις. Οἱ δὲ ἄλλοι αἱρετικοὶ ἐν διαθήκαις καὶ τελευταίαις βουλήσεσι, καὶ συμβολαίοις ἀδιστάκτως μαρτυροῦσι διὰ τὴν εὐχέρειαν τῶν ἀποδείξεων.

Annibalis Fabroti notæ.

(40) *Solis orthodoxis.* Vide Zonaram ad can. 25 concilii Carthaginiensis.

(41) *Episcopi vel clerici.* Adde ex Basilicis, Hegumeni et exarchi, lib. I, tit. 1, cap. 50.

(41') *Hoc est Christianos.*

(42) *Solatia.* Ἀξιωματικά. Salaria quæ dantur his qui in dignitate constituti sunt, sive axiomaticis Anastasius Bibliothecarius, in *Hist. ecclesiastica : Tribus quidem comitibus, ducibus vero axiomaticis.* Photius, *Nomocanon.* tit. 8, cap. 7.

(43) *Et qui patrocinium.* Προστασίαν. Glossæ Gr. Lat. προστασία, patrocinium.

(44) *Judæus.* Justinian. in l. pen. c. eod., vel his etiam qui Judaicam superstitionem colunt, id est, Nestorianis, Græci Basil. lib. XXI, t. I, c. 44, imo Judæis, ut mox in d. l. pen. Inter se autem hæreticis, vel Judæis.

(45) *Vel hæreticus.* Judæus igitur hæretici appellatione non continetur, ut notat Balsamon, ad tit. 9 Parat. et separantur etiam in epigraphe tit. 10, v, Conn. Ecc. Afric. p. 120.

(46) *Adversus orthodoxum.* Photius, in *Nomocanone*, lib. IV, cap. 2.

(47) *Ipsi tamen.* Justinianus in d. l. pen. inter se autem hæreticis vel Judæis, ubi litigandum existimaverint, concedimus fœdus permistum, et dignos litigatoribus etiam testes introduci. Fœdus permistum, Basilica vertunt, αἶσχος ἐπίμικτον, lib. I, t. 1, c. 31; αἶσχος est dedecus, opprobrium. Paulus in l. 47, *De ritu nupt.* Quæ se in turpem fœdus deduxit. Glossarium Arabico-Latinum : fœditas vel fœnus, sive diphthongo. Aut, et dignos litigatoribus, etc., ut in novella XLV, cap. 1 : Ἀξίων ἀλλήλοις ὄντων καὶ τῶν δικαζομένων καὶ τῶν μαρτυρούντων. *Dignis invicem exsistentibus et litigantibus, et testimonium perhibentibus.*

(48) *Ob majorem in probationibus.* Propter utilitatem necessarii usus d. l. pen. Διὰ τὴν λυσιτέλειαν τοῦ ἀναγκαίου πράγματος, *Propter utilitatem rei necessariæ* Basil. d. c. 31, Τοῦ πλάτους χάριν ἀποδείξεως *Quo plenior sit probationum facultas.* Basil. d. c. 44. Aliam autem hujus constitutionis epitomen vide apud Balsamonem, *Nomoc.* tit. 9, c. 2, et Phot. tit. 12, c. 2.

(49) *Legatum accipit.* Samaritano utiliter legatum non relinquitur. Græci ad l. 2. *D. de probat.*

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. α', διάταξις α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cunctos.* Οἱ αἱρετικοὶ πάντες ἄτιμοι εἰσιν.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nullus.* Οὐδεὶς ἀφώρισται τόπος πρὸς τὸ συναγωγὰς ἐκεῖσε ποιεῖν. Καὶ φησιν ἡ διάταξις ὅτι οἱ αἱρετικοὶ ἄτιμοι εἰσιν. Πᾶς δὲ ὁ μὴ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγιωθέντων αἱρετικός ἐστιν.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῆς ὀρθῆς.* Ἡ διάταξις ὅρον ἐκτίθεται τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ὃν οἱ παραβαίνοντες, ὡς αἱρετικοὶ ὁμολογούμενοι, τὰ τούτων ἐπιτίμια ὑπομένουσι. Τὰ αὐτὰ φησι καὶ ἡ ἑβδόμη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Γινώσκειν.*

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. λβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Ὁ ἐκδιαστὴς ὀρθόδοξος ἔστω. Καθόλου γὰρ αἱρετικὸν οὐ θέμις στρατεύεσθαι.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. νδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Deo nobis.* Ἐν τῷ γ' κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις ὅτι οὐδεὶς αἱρετικὸς δύναται Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. γ'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν.* Οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ, Νεστοριανοὶ ὄντες, τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλονται.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἀρχιγέροντες.* Μηδεὶς αἱρετικὸς ἀρχιγέρων ἢ διοικητὴς σωματείου, ἢ τῶν ἐργασιωτῶν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινέσθω, ἀλλὰ πάντως Χριστιανὸς προνοίᾳ τοῦ Αὐγουσταλίου, καὶ τῆς παθομένης αὐτῷ τάξεως.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo.* Μηδὲ παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, μηδὲ παρ' ἄλλῳ οἱῳδήποτε ἄρχοντι δικαιολογείτωσαν οἱ αἱρετικοί.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ις', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si legibus.* Ὃ ἂν εἰδήσει αἱρετικῷ προσώπῳ μνηστευθεὶς, ἐὰν βούληται λῦσαι τὴν μνηστείαν, διπλοῦς ἀναδίδωσι τοὺς ἀρραβῶνας. Εἰ δὲ ἠγνόει, συγγινώσκεται.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nulli.* Ὁ αἱρετικὸς, ἀναβαπτίσαι τινὰ πειραθεὶς, ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται, καὶ οὐ δύναται ὁ ἄρχων τὴν κατ' αὐτοῦ ὡρισμένην τιμωρίαν σμικρύνειν.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Eos.* Κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ ἀπὸ ὀρθοδόξων, Εὐτυχιανισταὶ ἢ Ἀπολλιναρισταὶ γενόμενοι, ἐξω τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐλαυνέσθωσαν πολιτείας, καὶ ὡς αἱρετικοὶ, ταῖς τῶν αἱρετικῶν ὑποκείσθωσαν τιμωρίαις.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cœlicolarum.* Οἱ κελικόλαι, ἐὰν μὴ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταδιώξωσιν, ὡς αἱρετικοὶ τιμωροῦνται.

Βιβ. β', τίτ. ς', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo.* Μηδεὶς ἀλλότριος τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας τυγχάνων εἰς δικολόγους χωρείτω, ἐκ παραβάσεως

Tituli V Paratitla.

Libri I, tit. 1, constit. 1, cujus initium, *Cunctos:* Hæretici omnes infames sunt.

Lib. I, tit. 1, constit. 2, cujus initium, *Nullus.* Nullus deputatus est locus hæreticis, ad faciundas in eo congregationes. Dicit etiam hæc constitutio hæreticos esse infames, et quicunque non sequatur orthodoxam Nicænorum Patrum fidem, hæreticum esse.

Lib. I, tit. 1, constit 5, cujus initium, *Τῆς ὀρθῆς.* Hæc constitutio tradit orthodoxæ fidei definitionem, quam qui transgrediuntur, tanquam hæretici confessi legum supplicia perpetiuntur. Eadem statuit ejusdem tituli septima quoque constitutio, cujus initium, *Γινώσκειν.*

Lib. I, tit. 3, constit. 32 (50), cujus initium, *Omnes.* Exsecutor orthodoxus erit. In universum non fas est, ut hæreticus militet.

Lib. I, tit. 3, constit. 55, cujus initium, *Deo nobis.* In tertio capite dicit constitutio, neminem hæreticum posse Christianum mancipium habere.

Lib. I, tit. 4, constit. 3, cujus initium, *Θεσπίζομεν.* Episcopi et clerici, qui Nesteriani sunt, ab ecclesiis ejiciuntur.

Lib. I, tit. 4, constit. 5 (51), cujus initium, *Archigerontes.* Nullus hæreticus Alexandriæ fiat archigeron, vel collegii, vel ergasiotarum (52) administrator; sed omnino sit Christianus, intervenientе cura præfecti (53) Augustalis, et parentis illius officii.

Lib. I, tit. 4, constit. 13, cujus initium, *Nemo.* Nec apud præfectum prætorio, nec apud aliunt quemcunque præsidem, advocatorum officio fungutor hæretici.

Lib. I, tit. 4, constit. 16, cujus initium, *Si legibus.* Qui sciens hæreticam sibi personam desponsat, si sponsalia solvere velit, arrhas duplas restituit. Sin autem ignorabat, veniam meretur.

Lib. I, tit. 6, constit. 3, cujus initium, *Nulli.* Hæreticus, qui aliquem rebaptizare tentaverit, exsilio perpetuo subjicitur, nec potest præses statutam in illum pœnam remittere.

Lib. I, tit. 7, constit. 6, cujus initium, *Eos.* Clerici et monachi, qui ab orthodoxis deficientes, Eutychianistæ facti fuerint, extra Romanam rempublicam pelluntor, et tanquam hæretici pœnis hæreticorum subjiciuntor.

Lib. I, tit. 9, constit. 12, cujus initium, *Cœlicolarum.* Cœlicolæ, nisi fidem orthodoxam sectati fuerint, tanquam hæretici puniuntur.

Lib. II, tit. 6, constit. 8, cujus initium, *Nemo.* Nemo, qui a religione Christianorum est alienus, inter advocatos referior, ex violatione legis amis-

Annibalis Fabroti notæ.

(50) Lib. I, tit. 3, const. 32. Quod hic dicitur de exsecutore orthodoxo, non puto exstare in d. const. 52, nisi ita voluerint interpretari verba § *Præterea, ne dum exsecutoris pertinax et avara protervitas*, etc. In versione autem lege: *In universum enim*, etc.

(51) Lib. I, t. 4. const. 5. Vide ad d. constit. 5.

(52) *Vel collegii vel ergasiotarum.* Lege, vel collegii erg.

(53) *Intervenientе cura præf.* Ad quem d. l. 6 scripta est; perperam enim in quibusdam legitur *Geunadio P. V.* pro *præfecto Augustali.*

sionem officii formidaturus et honorum publicationem, et exsilium perpetuum.

Lib. v, tit. 1, constit. 5, cujus initium, *Mulier.* Potest sponsa, quæ cum hæretico sponsalia contraxit, propterea quod ille sit hæreticus, sponsalibus renuntiare. Quippe duntaxat arrhas, quas accepit, restituit. Idem locum habet, si sponsus quidem Christianus sit, sponsa vero non orthodoxa.

Lib. x, tit. 31, constit. 49 (54), cujus initium, *Omnes.* Quicunque curiali conditioni sunt obnoxii, cujuscunque sectæ vel religionis existant, ad implenda munera tenentur.

Legito quoque novellam post codicem editam 50, cujus initium est, *Ne liberentur a curiali conditione Judæi*, et cætera. Nam in ea reperies, nullum hæreticum a curiali conditione liberari, nec ipsos testimonium posse dicere, nisi cum de aliquo fiscus dubitat, quasi qui curialis sit, et e collegiis, aut numero curialium aufugiat.

TITULUS VI.

Ne sanctum baptisma iteretur, hoc est, ne rebaptisatio fiat.

I. Episcopus, qui secundo baptizat (55) eumdem, loco movetur (56).

II. Qui rebaptizat orthodoxum (57), una cum ipso afficitur ultimo supplicio, si quidem illius erat ætatis, quæ criminis esset capax.

III. Non permittitur hæreticis, ut orthodoxum hominem ingenuum, vel servum, ad baptisma suum perducant : nec uti servis suis, necdum ipsorum fidei conjunctis, prohibeant, ne ad religionem orthodoxam accedant. Qui fecerit, vel in se fieri passus fuerit, vel non detulerit, ingenuus quidem exsilio plectitur, et libris auri decem multatur, nec uterque (58) donandi, vel testandi facultatem habet. Præses vero, qui non vindicaverit, aut in exequendo modicus fuerit, iisdem pœnis est obnoxius.

Hic titulus paratitla non habet.

Ἀφορόμενος ἐκπεσεῖν τε τοῦ ὀφφικίου καὶ δήμευσιν ἔκτισιν, καὶ perpetuum ἐξορίαν.

Βιβ. ε', τίτ. α', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Mulier.* Δύναται καὶ ἡ μνηστὴ τὸν αἱρετικὸν μνηστευσαμένη, διὰ τὸ εἶναι αἱρετικὸν, ἀπομνηστεύεσθαι. Μόνους γὰρ ἀναβάλλονται οὓς ἔλαβεν ἀρραβῶνας. Τὸ αὐτό ἐστι, κἂν Χριστιανὸς μὲν εἴη ὁ μνηστὴρ, μὴ ὀρθόδοξος δὲ ἡ μνηστή.

Βιβλίον ι', τίτλος λβ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Ὅσοι βουλευτικῇ ὑπόκεινται τύχῃ, κἂν εἰσεβήσουσι τύχῃς ὦσιν, αἱρέσεως ἢ θρησκείας ὄντες, εἰς τὸ πληροῦν τὰ λειτουργήματα κατέχονται.

Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τῶν μετὰ τὰς Ναυπὰς ν' διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφή · *Περὶ τοῦ μὴ ἐλευθεροῦσθαι βουλευτικῆς τύχης Ἰουδαίους*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῇ ὡς οὐδεὶς αἱρετικὸς ἐλευθεροῦται βουλευτικῆς τύχης, καὶ ὡς οὐ δύνανται οὗτοι μαρτυρεῖν, ἡνίκα τὸ δημόσιον ἀμφιβάλλει πρᾶγά τινα, ὡς οὐ βουλευτὴν ὄντα, καὶ φεύγοντα τῶν σωμάτων πολιτευομένων.

ΤΙΤΛΟΣ Ϛ'.

Περὶ τοῦ μὴ τὸ ἅγιον βάπτισμα δευτεροῦσθαι, τουτέστι μὴ γίνεσθαι ἀναβαπτισμόν.

Ἑρμηνεία Α'. Ἐπίσκοπος, δεύτερον τὸν αὐτὸν βαπτίζων, καθαιρεῖται.

Β'. Ὁ ἀναβαπτίζων ὀρθόδοξον σὺν αὐτῷ ἐσχάτως τιμωρεῖται, εἴγε ἡλικίας ἦν δεκτικῆς ἐγκλήματος.

Γ'. Οὐκ ἐφεῖται τοῖς αἱρετικοῖς ὀρθόδοξον δοῦλον ἢ αὐγενῆ τῷ ἰδίῳ προσάγειν βαπτίσματι, · οὔτε τοὺς ἰδίους δούλους μήπω ἐνωθέντας τῇ πίστει αὐτῶν κωλύειν πρασίνειν τῇ ὀρθοδοξίᾳ. Ὁ δὲ τοῦτο ποιήσας, ἢ παθεῖν ἀνασχόμενος, αὐγενὴς ὤν, καὶ μηνύσας ἐξορίζεται, καὶ δέκα λίτρας ζημιοῦται, καὶ ἡμίσεώς αὐτῶν δωρεῖται ἡ διατίθεται. Ὁ δὲ ἀρχὼν μὴ ἐπεξιών, ἢ μετριώτερον, τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται.

Οὗτος ὁ τίτλος οὐκ ἔχει παράτιτλα.

Annibalis Fabroti notæ.

(54) Lib. x, t. 31, const. 49. Ibi, *Cujuscunque sectæ*, ut in l. *Curiales* 7, c. eod. superstitionis, ut in l. *Omnes* 49, c. *De decurionib.*

(55) *Episcopus qui secundo baptizat.* Constantinus Harmenopulus in Epitome Canonum (in compendium retulit Canon. apostolicum 46, alias 47) ait eum qui rebaptizat baptizatum, deponendum esse, et loquitur canon de episcopo vel presbytero, qui rebaptizat : Τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, *Qui verum baptisma habet.* Tertullianus, *De pudicitia*, c. 16 : *Denuo ablui non licet.* Et *De baptismo*, cap. 15 : *Semel lavacrum unius, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* D. Augustin. epist. 205 : *Rebaptisare catholicum, immanissimum scelus est.* Avitus Viennensis, in Fragment. ex libris contra Arianos : *Unum baptisma non iteramus.* Hugo a Sancto Victore, II *De sacramentis*, part. XV, cap. 13 : *Ut qui semel sacramentum baptismi percepisse cognoscitur, nulla ratione illud iterato accipiat, sive in Ecclesia, sive extra Ecclesiam, hoc est, sive ab hæretico fuerit baptizatus.* Et si dubitetur an sit baptizatus, denuo baptizari potest, can. 84 synodi VI in Trullo; his tamen verbis præmissis : *Non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Capitula Caroli M. lib. VI, c. 181; concilium Arelatense I, c. 8, de Afris, quod propria lege sua utebantur, et rebaptizabant, Placuit, ut si ad Ecclesiam aliquis de hac hæresi venerit, interrogent eum Symbolum, et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponantur. Quod si interrogatus Symbolum, non responderit, in Trinitate baptizetur.

Ergo baptizati ab hæreticis qui in Trinitate non baptizabant, rebaptizabantur. Vide Cap. Car. M. lib. VII, c. 319.

(56) *Loco movetur.* Καθαιρεῖται. Τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεται, sacerdotio ejicitur, Basilic. lib. III, tit. 1, c. 7.

(57) *Ut orthodoxum*, etc. Liber Peir. ὀρθοδόξου δούλου : orthodoxi servum. Rectius in cod. Lemovic. legebatur, ὀρθόδοξον.

(58) *Nec uterque.* In l. 3, c. eod. utrique denegandæ licentia. Sic liber Brodæi. Emendationem confirmant Basilica lib. I, tit. 1, cap. 33, et lib. LX, tit. 54, c. 22.

ΤΙΤΛΟΣ Ζ'.

Περὶ ἀποστατῶν.

Ἐρμηνεία Α'. Ὁ ἀπὸ Χριστιανῶν γινόμενος Ἰουδαῖος δημεύεται.

Β'. Ὁ λέγων τὸν τελευτήσαντα μὴ δύνασθαι διατίθεσθαι διὰ τὸ ἀπὸ Χριστιανῶν αὐτὸν Ἰουδαῖον ἢ Ἕλληνα γενέσθαι εἰσω τῆς ὡρισμένης τῇ de inofficioso παντάστιας ἐνάγει.

Γ'. Ὁ ἐξ ὀρθοδόξου γενόμενος αἱρετικὸς οὐ συναναστρέφεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οὐ μαρτυρεῖ, οὔτε διατίθεται, οὔτε κληρονομεῖ, καὶ οὐκ ἔχει μετάνοιαν, ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις ἁμαρτήμασιν.

Δ'. Ὁ Χριστιανὸς ἀποστὰς καὶ θύσας, ἢ ἑτέρῳ θῦσαι ἐντειλάμενος, παρὰ παντὸς κατηγορεῖται, μὴ ἀντιβεμένης χρονίας παραγραφῆς· καὶ οὔτε δωρεῖται ἐξ οὗ ἀπέστη, οὐδὲ ἐν σχήματι πράσεως περιγράφει τὸν νόμον, οὔτε διατίθεται· ἀλλ' ἐξ ἀδιαθέτου πάντα τοῖς Χριστιανοῖς αὐτοῦ συγγενίσιν ἁρμόζει, οἷς καὶ μετὰ θάνατον ἀφίεται κατηγορεῖν, εἰ καὶ μὴ ζῶντος τοῦ μιαροῦ προκατάρξις. Καὶ ἀνατρέπονται αἱ δωρεαὶ καὶ αἱ διαθῆκαι αὐτῶν, καὶ τοῖς ἀπὸ νόμου καλουμένοις ἁρμόζουσιν.

Ε'. Ὁ δοῦλον ἢ εὐγενῆ Χριστιανὸν ἔχοντα ἢ διὰ συμβουλῆς μετάγων εἰς ἐθέμιτον θρησκείαν κεφαλικῶς τιμωρεῖται, καὶ δημεύεται.

Ϛ'. Ὁ ὀρθόδοξος κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, θρησκεύων τὰ Εὐτυχοῦς ἢ Ἀπολλιναρίου, ὑπόκειται τοῖς κατὰ αἱρετικῶν νόμοις, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξωθεῖται πολιτείας, κατὰ τὰ περὶ Μανιχαίων νομοθετηθέντα.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hac victura.* Ὁ Σαμαρείτης ἢ Ἰουδαῖος τῆς τῶν Χριστιανῶν

TITULUS VII.

De apostatis (59).

I. Qui a Christianis deficiens fit Judæus, publicatione bonorum punitur.

II. Qui ait defunctum propterea testari non potuisse, quod a Christianis deficiendo Judæus aut paganus factus fuerit : intra constitutum actioni inofficiosi quinquennium agit.

III. Qui ex orthodoxo factus fuerit hæreticus (60), non versatur in hominum consortio, nec testis est, nec testamentum condit (61), nec hæreditates adit, nec pœnitentiæ (62) locum habet, uti fit in aliis delictis.

IV. Christianus, qui a religione deficit, et sacrificavit, vel alteri mandavit, ut sacrificaret, a quovis accusatur (63), nec exceptio longi temporis opponitur, ac neque donationes facit, ex quo defecit a fide, nec specie venditionis (64) legem circumscribit, nec testamentum condit : sed ab intestato Christianis ejus propinquis omnia competunt, licet adversus profanum tunc hominem vivum nulla litis contestatio facta sit. Eorumdem donationes et testamenta rescinduntur, et iis competunt, qui ex lege vocantur.

V. Qui servum Christianum, vel ingenuum, sive vi sive suasione adhibita, traducit ad religionem nefandam, supplicio capitis et bonorum publicatione plectitur.

VI. Orthodoxus clericus aut monachus, qui Eutychis vel Apollinaris superstitionem sequitur, legibus adversus hæreticos latis subjacet, et ex imperio Romano pellitur, secundum ea, quæ de Manichæis promulgata sunt.

Tituli VII Paratitla.

Lib. I, tit. 9, constit. 18, cujus initium, *Hac victura* (65). Samarita vel Judæus (66), qui a reli-

Annibalis Fabroti notæ.

(59) *Apostatas.* Avitus Vienn. ab standi firmitate decidnos vocat epistola 4, id est, qui a fide desciverunt. Exhæredes fidei, Cyprianus, epistola 31. Constitutionis hæc est sententia : Qui religionem deseruit atque violavit, post mortem intra quinquennium accusari potest, deque ejus testamento quæri, quasi nec facere potuerit : Eustathius de temporum intervallis, c. de quinquennio : Ὁ ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας καὶ γενόμενος Ἕλλην ἢ Ἰουδαῖος, καὶ μετὰ θάνατον κατηγορεῖται ἐντὸς πέντε χρόνων συναπτῶν· *Qui Ecclesiam deseruit, et factus est paganus aut Judæus, etiam post mortem accusatur intra quinquennium continuum.* Vide lib. LX Basil. tit. 54, cap. 24, et scholia ibi : Ἐάν λέγηταί τις ἀπὸ χριστιανῶν εἶναι, etc. : *Si quis dicatur fidem Christianam deseruisse,* etc.

(60) *Factus fuerit hæreticus.* Græci confundunt hæreticos cum apostatis : quem errorem hauserunt ex his verbis legis 3, c. eod., *hæretica superstitione,* quæ perperam ei legi inserta fuisse Cujacius existimat in Paratitl. Cod., eumdemque errorem secutus est Photius, *Nomocan.* tit. 9, c. 39.

(61) *Nec testamentum condit.* Africani Patres in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ, c. 93 : *Petendum etiam ut illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant.*

(62) *Nec pœnitentiæ.* Apostatarum crimen pœnitentia non aboletur, cum tamen hæreticos, etiam Manichæos insigniores hæreticos, pœnitentia ab omni noxa liberet, l. *Licet* 41, *C. Theod. De hæret.* Africani Patres in d. c. 93. Sed hæc posterior pars non est in Basilicis, ut observat Balsamo ad Photii *Nomocan.* tit. 9, cap. 35 : inhumanum enim visum est crimen omne pœnitentia non aboleri. Samaritis pœnitentibus venia datur, Novell. CXXIX, cap. 3, sicut et cæteris hæreticis, l. 4, § *Sed nec filios, hoc tit.* Sed nec illud quod dicitur, apostatas a consortio omnium segregari Basilica agnoscunt.

(63) *A quovis accusatore.* Codex Brodæi in l. 4 c. eod., Vox continuæ accusationis incessit.

(64) *Nec specie venditionis.* Basilica : Μήτε διὰ πράσεως εἰκονικῆς εἰς ἀπάτην τοῦ νόμου ποιεῖται· *neque venditione imaginaria in fraudem legis fertur.*

(65) Lib. I, t. 9. *Hac victura.* Non, hac valitura, ut in quibusdam edit. in Appendice Cod. Theod. n. 14 : *Præsentis legis æternitate cunctis observandum constituimus,* et n. 15 : *Placituræ omnibus legis æternitate sanximus.*

(66) *Samarita vel Judæus.* Neminem Judæum. Sic legitur in C. Brod. in l. ult. c. *De Jud.* Novella Theodosii, neminem Judæum, neminem Samaritanum : d. l. ult. non meminit Samaritarum, ut videantur Græci quædam addidisse ex codice Theodos.

gione Christiana quosdam abducere tentaverit, et bonorum publicationi subjicitur, et capite plectitur.

Lib. I, tit. 12, constit. 1, cujus initium, *Judæi.* Judæus, qui circumscribendi criminis, aut intervertendi debiti causa, Christianus fieri voluerit, non aliter admittendus erit, nisi quod ei crimen infertur, diluerit, aut æs alienum dissolverit.

TITULUS VIII.

Nemini licere signum Salvatoris Christi humi, vel in lapide, vel in marmore sculpere, vel pingere.

Gravissime punitur, qui in solo, vel in lapide humi sito, venerandam crucem (67) sculpit, aut pingit; et quod factum fuerit, tollitur.

Hic titulus paratitla non habet.

TITULUS IX.

De Judæis, et cælicolis.

I. Quod Judæorum (68) universitati legatur, non petitur.

II. In festis suis Judæi munera corporalia non obeunt.

III. Judæi, qui ex suis aliquem Christianizantem saxis petunt, vel in eum (69) furiosius aliquid designant, cum facti participibus concremantur (70).

IV. In Judæorum synagogis metata facere (71) propterea non oportet, quod eæ sint loca religioni deputata.

V. A muneribus curialibus Judæi non liberantur.

VI. Tam Christianus, qui Judæam uxorem accipit, quam Christiana, quæ Judæo nubit, adulterii publice accusantur.

VII. Judæi legem suam in matrimoniis non ser-

ΤΙΤΛΟΣ Η'.

Περὶ τοῦ μηδενὶ ἐξεῖναι τὸ σημεῖον τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ ἐδάφει, ἢ ἐν λίθῳ, μαρμάρῳ γλύφειν ἢ γράφειν.

Ἑρμηνεία Α'. Βαρυτάτα τιμωρεῖται ὁ ἐπ' ἐδάφους ἢ λίθου χαμαὶ κειμένου γλύφων ἢ γράφων τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ περιαιρεῖται τὸ γεγονός.

Οὗτος ὁ τίτλος οὐκ ἔχει παράτιτλα.

ΤΙΤΛΟΣ Θ'.

Περὶ Ἰουδαίων, καὶ τῶν θρησκευόντων τῷ οὐρανῷ.

Ἑρμηνεία Α'. Τὸ τῇ ὁμάδι τῶν Ἰουδαίων λῃστευόμενον οὐκ ἀπαιτεῖται.

Β'. Ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι σωματικῶς οὐ λειτουργοῦσιν.

Γ'. Οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ἐξ αὐτῶν χριστιανίζοντα λιθάζοντες, ἢ τι μανιῶδες εἰς αὐτὸν ποιοῦντες καίονται, καὶ οἱ μετασχόντες αὐτοῖς.

Δ'. Ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων οὐ δεῖ ποιεῖν μετάτα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς τόπους θρησκείας.

Ε'. Οἱ Ἰουδαῖοι βουλευτικῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀπολύονται.

Ϛ'. Χριστιανὸς λαμβάνων Ἰουδαίαν γαμετὴν, ἢ Χριστιανὴν Ἰουδαῖος, πουβλίκως ἐπὶ μοιχείᾳ κατηγορεῖται.

Ζ'. Οἱ Ἰουδαῖοι τῶν νόμων αὐτῶν ἐν τοῖς γάμοις

Annibalis Fabroti notæ.

(67) *Venerandam crucem.* Signum Salvatoris Christi, in l. VII, c. eod. Basilica, τὸν ἅγιον σταυρὸν, *sanctam crucem*, ut in l. 18. C. Th. *De jud.* et l. 11. C. Just. eod. Græci in l. 38, § 2, *d. de auro arg. leg.* signum Dei verterunt σταυρὸν, præter mentem l. C. infra lib. II, tit. 1. Quod autem ait Minutius in Octavio, *Cruces nec colimus, nec optamus*, hoc quoque inhibetur can. 73 synodi habitæ in Trullo. Ὡς ἂν μὴ καταπατῆται παρὰ τῶν βαδιζόντων τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ἡμῶν, ut ait ibidem Balsamo: *ne eb incedentibus conculcetur nostrum adversus diabolum tropæum.* Gregor. Turon. *Histor.* lib. V, c. 19, de Tiberio imper.: *Deambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat sculpta, et ait: Cruce tua, Domine, frontem nostram munimus et pectora, et ecce crucem sub pedibus conculcamus. Et dicto cilius jussit eam auferri*, etc. Aimoinus monachus, *De gestis Francorum*, lib. III, c. 9: In Keneti R. Scotorum legibus religiosis hæc legitur: *Sepulcrum omne sacrum habeto: idque crucis signo adornato. Quod ne pede aliquando conculces, cavelo.*

(68) *Quod Judæorum.* Christianorum collegio utiliter relinquitur, quia specialiter hoc ei indultum est l. 1 supra *De sacros. Eccles.*, non Judæorum collegio, quia speciali privilegio subnixum non est l. 8, c. *De hæred. instit.*

(69) *Vel in eum.*— *Præcipimus, ut si quispiam Judæorum, reserans januam vitæ perpetuæ, sanctis se cultibus mancipaverit, et Christianus esse delegerit, ne quid a Judæis inquietudinis vel molestiæ patiatur. Quod si ex Judæo Christianum factum aliquis Judæorum injuria putaverit esse pulsandum, volumus istius contumeliæ machinatorem pro criminis qualitate commissi, pœnis ultricibus subjugari.* Honor. et Theod. const. 5, in appendice Cod. Theod. vide l. 3, C. Th. *De Jud.*

(70) *Concremantur.* Flammis dedendus est. Sic legitur in vet. C. l. 2, C. eod.

(71) *Metata facere.* Μετάτα, ut supra tit. 3, cap. 1, concilium Constantinopolitanum sub Menna act. 2: Νομίζοντες δὲ καὶ ἐν τῷ μετάτῳ αὐτοῦ, ἐν ᾧ πάλαι κατέμενεν, εὐφραίνεσθαι αὐτόν. Gregorius Turon. *Hist.* V, 18: *Recedente vero rege ad metatum suum.* Flodoard. *Hist. Rem.* lib. IV, c. 10: *Exploratoresque quomodo a metatu suo ad regis colloquium stipatoribus vallatus proficisci soleret.* Μετάτον seu metatum est hospitium quod militibus præbetur a provincialibus. Vide supra ad l. 1, tit. 3, legem 4. C. eod. obiter emendemus: In synagoga (ἐν τῇ συναγωγῇ, Basil. lib. I, t. 1, c. 34) Jud. l. velut hospitii merito ibr. m. i. em. quos pr. dom. non religionum loca (sic Brod. Cod.) habitationum merito con. att. hospitii merito, ξενίας λόγῳ, Basil. non rel. οὐ θρησκειῶν, habitationum merito, οἰκιώσεως λόγῳ.

οὐ φυλάττουσιν, οὔτε πολλαῖς ἅμα συνάπτονται.

Π'. Οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τοὺς νόμους παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἐνάγουσι καὶ ἐνάγονται περὶ τε φόρου καὶ θρησκείας καὶ τοῦ νόμου. Ἔξεστι δὲ αὐτοῖς ἐπὶ μόνοις χρηματικοῖς αἱρεῖσθαι δικαστὰς Ἰουδαίους· καὶ ἐκβιβάζουσι τὰς ψήφους αὐτῶν οἱ ἄρχοντες, ὡς τὰς τῶν παὰ αὐτῶν δοθέντων δικαστῶν.

Θ'. Οἱ Ἰουδαῖοι ἀγορανομοῦσι τὰ ἴδια, καὶ ἄλλος παρ' αὐτοῖς τοῦτο ποιῶν τιμωρεῖται. Δίκαιον γάρ ἐστιν ἕκαστον ἐπιτρέπεσθαι τὰ ἴδια.

Γ'. Οἱ βουλευταὶ Ἰουδαῖοι ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἀποδίδονται.

ΙΑ'. Οἱ Ἰουδαῖοι μὴ ἐν σχήματι τοῦ Ἀμὰν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ καιέτωσαν. Ἐπεὶ καὶ τῆς ἐπιτετραμμένης αὐτοῖς θρησκείας στεροῦνται.

ΙΒ'. Οἱ τὸν οὐρανὸν θρησκεύοντες τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὑποκεινται νόμοις, καὶ τὰ συναχτήρια αὐτῶν ἡ Ἐκκλησία λαμβάνει. Τὸ γὰρ ἀπάγον τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἐναντίον αὐτῆς ἐστιν.

ΙΓ'. Οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῷ Σαββάτῳ καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς μηδὲν ποιείτωσαν, μήτε διὰ δημοσίαν, ἢ ἰδιωτικὴν αἰτίαν ἀναγέσθωσαν. ἢ Χριστιανοῖς ἐναγέτωσαν.

A vant, nec pluribus simul uxoribus (72) copulantur.

VIII. Judæi secundum leges apud præsides (73) agunt et conveniuntur (74), tam in iis, quæ ad forum, quam quæ ad superstitionem (75) ipsorum, ac legem pertinent. Licet autem eis in pecuniariis duntaxat causis eligere judices Judæos, quorum sententias ipsi præsides exsequuntur, veluti sententias datorum ab se judicum.

IX. Judæi (76) rerum in foro suo pretia statuunt, et si quis alius apud ipsos hoc facit, punitur. Quippe justum est cuique sua committi.

X. Judæi decuriones curiis suis restituuntur.

XI. Judæi formam crucis in Amanis specie (77) non combarant. Nam alioquin etiam permissam B sibi religionem amittunt.

XII. Qui cœlum colunt (78), promulgatis adversus hæreticos legibus subjacent, et deputata conventiculis eorum loca sibi vindicat Ecclesia. Nam quod a Christiana fide abducit, eidem contrarium est.

XIII. Judæi Sabbato, cæterisque festis suis, nihil faciant, neque propter aliquam fiscalem privatamve causam conveniantur (79), aut Christianos ipsi conveniant.

Annibalis Fabroti notæ.

(72) *Nec pluribus uxoribus.* Judæi eodem tempore plures habebant uxores : Josephus, *Antiq.* XVII, c. 1 ; Justinus Martyr ad Tryphonem Jud. : S. Chrysostomus in I ad Timoth. c. III, hom. 10 ; Theodoretus, *ibid.* Hodie Judæi plures simul uxores habere prohibentur.

(73) *Apud præsides.* Judæi solebant apud certum judicem convenire, sed ejus consuetudinis ratio habita non est, quod aliquando contradicto judicio confirmata non esset, ut scribit Balsamon ad Photii *Nomoc.* tit. 1, c. 3 ; litigant igitur apud quemcunque judicem.

(74) *Agunt et conveniuntur.* In l. c. cod. *Omnesque Romanis legibus conferant et excipiant actiones.* Quidam codices habent, *inferant.* Brodæi, *conferant.*

(75) *Tam in iis, quæ ad forum, quam quæ ad sup.* Sic legitur in l. 8, c. h. t. In codice autem Theodos. *quæ non tam ad superstitionem.* Quam lectionem probat Fornerius ad Cassiod. var. 2, 27. Alii, superstitionem, ut l. *pen. c. De hæret.* Et Quintil. Lectionem codicis Justiniani confirmant Basil. lib. I, t. 1, c. 37, et Balsamo.

(76) *Judæi.* Alia hujus constitutionis epitome exstat in Basilicis, lib. I, tit. 1, cap. 38, Οὐδεὶς ἀλλοεθνὴς ἔφορος γενέσθω τοῖς Ἰουδαίοις. Quis sit Ephorus docet Glossarium illustrissimi viri Petri Sequierii Fr. Cancellarii, his verbis : Ἔφοροι καλοῦνται οἱ τὰ τῶν πόλεων ὤνια ἐπισκεπτόμενοι. Quires venales inspiciunt, eisque pretia statuunt. Vult præterea constitutio, neminem exterum religionis Judæorum discussorem aut moderatorem fieri posse, sicut nec exterus Ephorus fieri potest. Moderator est peræquator. Vide Cujac. ad tit. c. *De collat. ær. l. ult. et de censibus.* Munus igitur Ephori diversum a discussoris, et moderatoris munere.

(77) *In Amanis specie.* Cujac. obs. lib. XII, c. 30, monuerat nihil mutasse Tribonianum in l. 14 c. eod., sed scripsisse omnino ut erat in cod. Theodosiano. Judæos quodam festivitatis suæ solemni Aman. Imo non aliter legi in lib. Auredani testantur viri docti, quibus accedit auctoritas Balsamonis.

(78) *Qui cœlum colunt.* Glossæ Græco-Lat. Οἱ οὐρανὸν τὸν οὐρανὸν, cœlicola. An cœlicolæ dicti, quia Judæi cœlum adorabant, qua de re vide Diodori C Siculi excerpta, lib. XL, Origenem *Contra Celsum*, lib. V ; Juvenalem, sat. 14 :

Nil præter nubes et cœli numen adorant.

Vide Salmasium de Coma, pag. 668. Sic enim legi malo quam *lumen.* De nubibus quas colere dicebantur Judæi, præter Juvenalis interpretes vide Tertullian. *Apolog.* c. 24, et ibi viri cl. et doctissimi Nicolai Rigaltii observationes, et virum etiam cl. et eruditissimum Gerardum Joannem Vossium, *De origine et progressu idololatriæ.* lib. III, c. 12, in fine. Sic etiam Persæ cœlum colebant. Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία : *Cœlum Jovem esse existimantes.* De cœlicolis vide Josephum Scaligerum, *De emendatione temporum*, p. 22. Prolegom. in Cyrin, p. 85, et contra Serrarium. Elenchi cap. ult. et Minerval Serrarii contra Scaliger. et Drus, lib. V, c. ult.

(79) *Judæi*, etc., *conveniantur.* Itaque recte in l. 13 c. eod. libri vett. habent, *ex parte conveniri*, D ut in Basilicis, μεθοδεύεσθαι, lib. I, tit. 1, cap. 39; Synesii epist. 4 : *Erat tum dies quam Judæi Parasceven vocant, cujus noctem cum sequenti die computant, qua die nulli manum licet opari admovere, sed eam sanctissime venerantes ab omni labore feriantur.* Ἡμέρα μὲν οὖν ἦν, ἣν τινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι Παρασκευήν. etc. Josephus, 16, 10 : Ἔγραψε δὲ καὶ Σιλουανῷ τῷ στρατηγῷ ἵνα Σάββασι μηδεὶς ἀναγκάζῃ Ἰουδαῖον ἐγγύας ὁμολογεῖν. *Syllano etiam magistratui scripsit ne Judæi sabbatis cogantur ad præstanda vadimonia.* Joseph. XIV, 12, de Judæis : Ὡς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος καὶ διαιτᾷ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων ὡσὰν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. *Habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret et controversias ex jure dirimat, et contractus atque pacta rata habeat, non aliter quam fit in absoluta republica.*

XIV. Judæi non lædendi sunt injuriis, aut synagogæ, vel domus eorum lædendæ. Nam si quid admiserint (80), per præsides pœnæ fit exsecutio. Ipsi quoque nihil adversus religionem Christianam facere debent.

XV. Quæ inter Christianos et Judæos lites existunt (81), non horum seniores (82), sed præsides ipsi decidunt.

XVI. Judæi Christianum circumcidentes, vel mandantes ut circumcidatur, publicatione bonorum et exsilio perpetuo plectuntur.

XVII. Judæorum primates (83) canonem coronarium (84) quotannis pericule suo sacris largitionibus inferunt.

XVIII. Judæus ne quidem intervemente imperatoria jussione suscipit aliquam administrationem, vel inter constitutos in dignitate refertur, vel defensor fit, ne licentiam habeat in causis orthodoxorum, aut episcoporum, pronuntiandi, vel civitatis fit pater (85). Synagogas suas ruinam minantes (86) erigunt. Quas novas fecerint, Ecclesia consequetur, et qui fabricam fecerit initium, librarum 50 damnum feret. Qui vero quempiam non existentem religionis ipsorum, doctrina diversa traducit ad ipsos, publicatione bonorum (87), et capitis (88) supplicio plectitur.

ΙΔ'. Θὺ δεῖ τοὺς Ἰουδαίους ἐπηρεάζειν, ἢ τὰς συναγωγὰς, ἢ τοὺς οἴκους αὐτῶν βλάπτεσθαι. Εἰ γὰρ πλημμελήσουσιν, ἡ ἐπεξέλευσις γίνεται διὰ τῶν ἀρχόντων. Δεῖ δὲ καὶ αὐτοὺς μηδὲν κατὰ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ποιεῖν.

ΙΕ'. Τὰς μεταξὺ τῶν Χριστιανῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀμφισβητήσεις οὐχ οἱ γέροντες αὐτῶν, ἀλλ' οἱ ἄρχοντες τέμνουσιν.

ΙΣ'. Οἱ Ἰουδαῖοι, Χριστιανὸν περιτέμνοντες, ἢ περιτεμεῖν ἐντελλόμενοι, δημεύονται, καὶ ἐξορίζονται.

ΙΖ'. Οἱ τῶν Ἰουδαίων ἔξαρχοι τὸν στεφανικὸν κανόνα κατ' ἐναυτὸν ἰδιοκινδύνως τοῖς λαρτικίοις εἰσκομίζουσιν.

ΙΗ'. Οὔτε ἀπὸ βασιλικῆς κελεύσεως Ἰουδαῖος μετέρχεται διοίκησιν, ἢ ἐξωμαϊκὸς γίνεται, ἢ ἔκδικος, ἵνα μὴ σχῇ ἔξουσίαν ἀρθοδόξους διακρίνειν ἐπισκόπους, ἢ πατὴρ πόλεως· τὰς δὲ πεῖσιν ἀναιλούσας αὐτῶν συναγωγὰς ἀρθοῦσιν. Εἰ γὰρ νέας ποιήσουσιν, ἡ Ἐκκλησία λήψεται αὐτάς, καὶ ὁ ἀρξάμενος ποιεῖν ν' λίτρας ζημιοῦται. Ὁ δὲ τὸν μὴ ὄντα τῆς αὐτῆς θρησκείας ἐναντίᾳ διδασκαλίᾳ μετάγων εἰς αὐτοὺς δημεύεται, καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.

Tituli IX Parathl.

Lib. I, tit. 5, const. 12 (89), cujus initium, Τοὺς αἱρετικούς. Judæus neque dignitatem adipisci potest, nec magistratum gerere, nec aliquod in militia imperium habere, nec inter advocatos referri. Subjectus est autem conditioni cohortalinorum, et provenientibus hinc oneribus. Qui vero ad indicata studuerit aspirare, tam iis excidit, quam centum [*supra*, XX] librarum auri pœna plectitur. Cum autem alterutri parentum fieri vult filium Christianum, voluntas ejus est rata. Judæus filium alere

Καὶ ὅσα παράπτλα.

Βιβ. α', τιτ. ε', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, Τοὺς αἱρετικούς. Οὔτε τυχεῖν ἀξιώματος Ἰουδαῖος δύναται, οὔτε ἀρχὴν πράττειν, οὔτε στρατείᾳ παραγγέλλειν, οὔτε συνηγορίᾳ ἐγκαταλέγεσθαι. Ὑπόκειται δὲ τῇ τύχῃ τῶν κορταλίνων, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν βάρεσιν. Ὁ δὲ τῶν εἰρημένων ἐντὸς σπουδάσας γενέσθαι, καὶ τούτων ἐκπίπτει, καὶ ποινῇ ζημιοῦται λ' χρυσίου λίτρας. Θατέρου δὲ τῶν γονέων βουλομένου τὸν παῖδα γενέσθαι Χριστιανὸν, ἡ τούτου γνώμη κρατεῖ. Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τρέφειν τὸν παῖδα, καὶ τὰ πρὸς

Annibalis Fabroti notæ

(80) *Nam si quid admiserint*, etc. His verbis continetur interpretatio horum verborum, cum alioquin, etc. Ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ullionem.

(81) *Lites existunt.* Ἀμφισβήτησις. Basilica, φιλονεικία καὶ δίκη: *contentio, et lis*, in l. 15, c. eod. *contentio*. Sed libri veteres habent, *intentio*. Sic apud Anastasium Bibliothecarium ubi editi habent, *contentio*, semper in eod. Thuani legitur, *intentio*, ut in Bonifacio II, *ordinatur sub contentione*, ms. præfert, *sub intentione*.

(82) *Non horum seniores.* Οἱ γέροντες. Basilica, οἱ πρεσβύτεροι. Ergo seniores Judæorum lites etiam et controversias dirimebant. Vide Bertramum. *De rep. Hebræorum*, et ibi adnotat. Constantini l'Empereur, pag. 496.

(83) *Judæorum primates.* Ἔξαρχοι.

(84) *Canonem coronarium.* Aurum coronarium quod olim Judæi quotannis conferebant patriarchis dierosolymitanis, imperatores procedente tempore sibi vindicarunt. Vide Cujac. ad tit. cod. *De auro coron.* lib. X, et de emendatione atque interpretatione legis 17, c. eod. Vide Samuelis Petiti observat. lib. III, c. 3, p. 207, et viri cl. doctissimique *De libertat. Eccl. Gallic.* dissertat. lib. I, c. 3, p. 26. De patriarchis etiam Judæorum vide Josephi Scaligeri canones Isagogicos p. 297.

jusjurandum ita non sit ei delatum, denuo jurat (59). Cæterum totus iste titulus de juramentis tractat.

Lib. XVI, tit. 3, digesto 1, Ulpianus. Si quidam de hæreditate defuncti contendant (60), nec eorum aliquis illi caveat, qui apud se rem depositam habet, non cogitur depositarius, ut conveniri se patiatur, sed rem in templo deponit, donec de hæreditate judicatum fuerit.

Digestum 5 Pauli (61). Quod depositum est apud sequestrum (62), ex justa causa, judicis arbitratu, in templo deponitur.

Lib. XVII, tit. 2, digesto 63, Pomponius. Si res communis consecrata fuerit, solvitur (63) ejus nomine contracta societas.

Lib. XVIII, tit. 1, digestum 5 Pauli. Constat emptio rei sacræ, si emptor ignoret esse rem sacram. Sin autem novit (64), non constat, ut ait Pomponius.

Digesto 6. Qui per ignorationem, rem sacram, quasi privatam, emit, licet emptio non constet (65), tamen actionem ex empto adversus venditorem habet; ut consequatur id, quod ejus intererât, ne deciperet. Sic ait Modestinus digesto 62.

Eodem titulo, digestum 22 (66), Ulpianus. Non est supervacuum ita pacisci : *Si quid sacrum sit, ejus nihil venisse.* Nam hoc ad exigua loca pertinet. Quippe si deprehensum fuerit, omnino sacrum esse, non valet emptio. Sed et quod solutum est, repetit emptor. Cæterum non computantur in modum fui (67) venditi loca sacra fundo conjuncta, nisi hoc aperte sit indicatum, quemadmodum Paulus ait digesto 51.

Dig. 73, Papian. Etiamsi locus sacer diruius sit, non fit profanus, neque venditur.

Lib. XXI, tit. 1, digesto 17 (68). Servis confugere ad asyli loca licet, ac postulare ut emantur.

Lib. XXIV, tit. 1, digestum 5 (69), Ulpianus.

εἰ δὲ μὴ οὕτως ἐπενεχθῇ, ἄνωθεν ὀμνύσιν. Ὅλος δὲ ὁ τίτλος περὶ ὅρκων διαλαμβάνει.

Βιβ. ις', τίτλος γ', δίγεστον α', Οὐλπιανός. Ἐὰν φιλονεικῶσί τινες περὶ τοῦ κλήρου τοῦ τελευτήσαντος, καὶ μὴ ἀσφαλίζηται τις αὐτῶν τὸν ἔχοντα δεπόσιτον, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ δεποσιτάριος ἐναχθῆναι, ἀλλ' ἀποτίθεται τὸ πρᾶγμα ἐν ναῷ, ἕως οὗ τὰ περὶ τῆς κληρονομίας κριθῇ.

Δίγεστον ς' Pauli. Τὸ παρατεθὲν μεσίτῃ sequestro, ἐξ εὐλόγου αἰτίας κατὰ δοκιμασίαν τοῦ δικαστοῦ ἐν ναῷ ἀποτίθεται.

Βιβ. ιζ', τίτλος β', δίγεστον ξγ', Pomponius. Ἐὰν ἀνιερωθῇ τὸ κοινὸν πρᾶγμα, λύεται ἡ ἐπ' αὐτῷ κοινωνία.

Βιβ. ιη', τίτλος α', δίγεστον ε' *Pauli*. Τοῦ ἁγίου πράγματος ἀγορασία συνίσταται, ἐὰν ἀγνοῇ ὁ ἀγοραστὴς ἅγιον αὐτὸ εἶναι. Εἰ δὲ γινώσκει, οὐ συνίσταται, ὡς ὁ Πομπώνιος.

Δίγεστον ς'. Ὁ ἐν ἀγνοίᾳ τὸ ἅγιον ὡς ἰδιωτικὸν ἀγοράζων, εἰ καὶ μὴ συνίσταται ἡ πρᾶσις, ὅμως ἔχει κατὰ τοῦ πράτου τὴν ἐξέμπτο, εἰς ὅπερ αὐτὸ διάφερε μὴ ἀπατηθῆναι, ὡς ὁ Modestin. διγέστῳ ξβ'.

Βιβ. τὸ αὐτό, καὶ τίτλος, δίγεστον κβ'; Ulpianus. Οὐκ ἔστι περιττὸν συμφωνεῖν, ὡς *Ἐάν τι ἐστι ἅγιον, μηδὲν αὐτοῦ πεπρᾶσθαι.* Τοῦτο γὰρ πρὸς μικροὺς ἀνήκει τόπους· εἰ γὰρ εὑρέθη ὅλως ἅγιος, οὐκ ἔρρωται ἡ πρᾶσις, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ῥεπτιτεύει ὁ ἀγοραστής. Οὐ λογίζονται δὲ εἰς τὸ μέτρον τοῦ πραθέντος ἀγροῦ οἱ συνημμένοι αὐτῷ ἅγιοι τόποι, εἰ μὴ τοῦτο ῥητῶς ἔδοξεν, ὡς Παῦλος αἰγ. νά'.

Δίγ. ογ', Παπιανός. Καὶ πεσόντος τοῦ ἁγίου, ὁ τόπος οὐ γίνεται βέβηλος· ὅθεν οὐδὲ πωλεῖται.

Βιβ. κα', τίτ. α', δίγ. ιζ'. Ἔξεστι τοῖς δούλοις προσφεύγειν ἀσύλοις τόποις, καὶ ἐξαιτεῖν πρᾶσιν.

Βιβ. κδ', τίτ. α', δίγ. ε'. Οὐλπ. Καλῶς διορῶμαι

Annibalis Fabroti notæ.

(59) Dig. 33, *Denuo jurat.* Ut scilicet delatum est jusjurandum, Græci ad d. l. 33.

(60) Lib. XVI, *Contendant.* Utroque dicente se defuncti hæredem esse ex asse, et unus offerat cautionem de depositario defendendo adversus alterum, depositum ei restitui debet. Si nullus offerat cautionem, neutri reddenda res est, sed interim dum de hæreditate disceptabitur, in æde aliqua res deponi debet.

(61) Digestum 5 *Pauli*, Ulpiani. Sed in auctorum nominibus frequenter errant Græci.

(62) *Apud sequestrum.* Si velit sequester officium quod suscepit deponere.

(63) Lib. XVII. *Solvitur.* Res enim conditionem mutavit.

(64) Lib. XVIII. *Sin autem novit.* Alienatio non est, si scias ejus rei alienationem prohibitam esse. Lege igitur in l. 6 *De contr. empt. Nec cujuscunque rei, si scias, alienationem esse.* Et qui sciens emit non subvenitur ; ipse enim se circumvenit.

(65) Dig. 6. *Licet emptio non constet.* Secundum plurimum sententiam rei sacræ emptio intelligitur, si ab ignorante ematur, non ut res alienetur, sed ut ex empto agat, ut consequatur quod ejus interfuit non decipi, l. IV et VI. l. 62, § 1 et l. 70. D. *De contr. empt.* Sic ea res explicanda est.

(66) *Eodem titulo digest.* 22. Utilis pactio est si res modica sit, quia loci modici emptio valet, et accredit emptioni majoris partis : nisi nominatim venditioni hæc lex dicta sit, id est exceptus sit locus sacer vel religiosus. Nulla autem emptio est, si res quæ venit omnino sacra vel religiosa sit, l. 22 et 24.

(67) *Non computantur in modum fundi.* Fac venditorem fundi sui modum dixisse, puta decem jugorum esse, loca sacra vel religiosa non cedent in modum fundi : nisi si id actum sit ut cederent, l. 51 D. *De cont. empt.* et l. 7, § 1. D. *De peric. et comm. rei vend.*

(68) Lib. XII, t. 1. dig. 17. Se venales postulant qui veniunt in locum certum, ubi venales producuntur.

(69) Lib. XIV, t. 1, dig. 5, Ulp. in l. 5, § *Proinde, D. de donat. int. vir. et uxor.* Perperam additur τὸ *ni*, quod abest a *Pand. Florent.* Hoc ait IC. valere donationem si maritus uxori rem donaverit ut eam Deo offerret, vel locum in quo opus publicum quod promiserat facere, dedicaret, vel ædem

τῇ γαμετῇ μου πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ προσάγειν αὐτὸ τῷ Θεῷ, ἢ τόπον, ἐφ' ᾧ ποιῆσαι ναὸν ἐν αὐτῷ. Καὶ γίνεται ὁ τόπος ἱερός.

Βιβ. κδ', τίτ. α', δίγ. ξα'. Gaius. Καλῶς τι δωρεῖται τῇ συνοίκῳ repudii causa. Πολλάκις γὰρ διὰ ἱερωσύνην συμφέρει τὸν γάμον λυθῆναι bona gratia.

Βιβ. κζ', τίτ. ιδ', δίγ. . ιβ', Marcianus. Ὁ τοῦ μαινομένου κουράτωρ οὐ δύναται πρᾶγμα αὐτοῦ καθιεροῦν.

Βιβ. λ', δίγ. λθ'. Ὁ σάκρα ληγατεύων μαίνεσθαι δοκεῖ, καὶ οὔτε τὸ τίμημα αὐτῶν δίδοται· ἐπειδὴ οὐδὲ ὅλως πωλεῖται.

Βιβ. λα', δίγ' οη' Παπιανοῦ, θέμα κζ'. Ἐὰν δι' ἐπιστολῆς δωρήσωμαι τῷ υἱῷ μου κτῆμα, μὴ χρησάμενος ἐν αὐτῇ ῥήμασι fideicommissi, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐν ἱερῷ παραθῶμαι, καὶ γράψω τῷ ἱερεῖ οὕτως· *Τὸ instrumentum τῆς βουλήσεώς μου θέλω μετὰ τὴν τελευτήν μου δοθῆναι τῷ υἱῷ μου*, καὶ ἀποθάνω ἀδιάθετος ἐπὶ πολλοῖς κληρονόμοις, λαμβάνει ὁ παῖς τὰ ἐν τῇ ἐπιστολῇ κτήματα.

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγ. κς'. Σκεβόλας. Ἐὰν ληγατεύσω τοῖς ἱεροφύλαξιν ι' νομίσματα δοθῆναι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς αὐτῷ τῷ ἱερῷ, δοκῶ διηνεκῶς τὰ δέκα νομίσματα ἐτήσια καταλιπεῖν.

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγ. ιζ'. Σκεβόλας. Ἐὰν ἀφορίσας δούλους μου εἰς παραφυλακὴν τοῦ παρ' ἐμοῦ κτιζομένου ἱεροῦ, ληγατεύσω αὐτοῖς menstrua cibaria, et annua vestiaria, λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τελευτῆς μου, μέχρις οὗ πληρωθῇ ὁ ναός. Δοῦλοι δὲ μένουσι τοῦ κληρονόμου, οὓς ὁ τεστάτωρ εἰς παραφυλακὴν ἀφιέρωσε τοῦ παρ' αὐτοῦ κτισθέντος ἱεροῦ εἰ μὴ αὐτοὺς ἠλευθέρωσεν· ὡς βιβ. μ', τίτλος ιβ', δίγεστον λε' Παπιανοῦ.

Βιβ. λδ', τίτ. β'. δίγ. λζ'. Scævola. Ἐὰν εἴπω γενέσθαι σταυροὺς ἀπὸ ρ' λιτρῶν, καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ· πάντες δὲ οἱ ἐν τῷ αὐτῷ ἱερῷ ἀργυροῖ καὶ χαλκοῖ εἰσιν, ἀργυροῦς ὁ κληρονόμος ἀναγκάζεται ποιεῖν.

Βιβ. λε', τίτ. β', δίγ. α' Pauli. Καὶ ἐπὶ τοῖς ληγατευομένοις τῷ Θεῷ, χώρα τῷ Φαλκιδίῳ.

Βιβ. λε', τίτ. β', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Ἡ περὶ τῆς καινοτομίας παραγγελία χώραν ἔχει, ἵνα μὴ γένηται παρὰ τὸν νόμον ἐν ἱερῷ τόπῳ.

A Recte dono rem aliquam uxori meæ, ut offerat eam Deo : vel locum aliquem, ut in eo templum faciat. Et locus ille fit sacer.

Lib. xxiv, tit. 1, digesto 61 (70), Gaius. Recte quid donatur conjugi, repudii causa. Nam sæpe propter sacerdotium (71) expedit matrimonium dissolvi bona gratia.

Lib. xxvii, tit. 10, digesto 12. Marcianus. Curator furiosi non potest rem furiosi dedicare.

Lib. xxx, digesto 39. Qui sacra legat, furere videtur; nec vel æstimatio eorum præstatur. Quippe omnino non distrahuntur.

Lib. xxxi, digesto 78, themate 27. Papianus. Si per epistolam filio meo prædia donavero, non usus in ea verbis fideicommissi, atque illam epistolam in æde sacra deposuero, et in hanc sententiam sacerdoti scripsero : *Instrumentum voluntatis meæ, post mortem meam, filio meo tradi volo* : et postea moriar nullo testamento (72) condito, pluribus hæredibus exstantibus ; filius ea prædia, quorum in epistola mentio fit, accipit.

Lib. xxxiii, tit. 1, digesto 26, Scævola. Si legavero hierophylacibus [hoc est, edituis] decem solidos, qui solvantur tempore festivitatis eorum (73), eos decem solidos annuos templo videor in perpetuum relinquere.

Lib. xxxiv, tit. 1, digesto 17, Scævola. Si deputatis servis meis ad custodiam templi, quod a me exstruitur, legavero menstrua cibaria, et annua vestiaria, accipient ea, a tempore mortis meæ, donec templum exstructum fuerit. Manent autem servi hæredis, quos testator ad custodiam exstructi ab se templi (74) consecravit, nisi eos manumisit, quemadmodum libro xl, titulo 12, digesto 35, Papinianus ait.

Lib. xxxiv, tit. 2, digesto 37, Scævola. Si dixero in testamento, fieri debere crucem (75) ex libris centum, ac illa in æde sacra reponi ; omnes autem cruces in illo templo argenteæ sint, et ærea, argenteas hæres facere cogitur.

Lib. xxxv, tit. 2, digesto 1, Paulus. Etiam in iis, quæ Deo legantur, locus est legi Falcidiæ (76).

Lib. xxxix, tit. 2, digesto 1, Ulpianus. Operi novi nuntiatio locum habet, ne quid fiat contra legem in loco sacro.

Annibalis Fabroti notæ.

publicum ; fortasse non male legeretur : in quo opus publicum, quod promiserat, faceret, vel ædem publicam dedicaret.

(70) Lib. xxiv, t. 1, dig. 61. *Bona gratia.* Sine querela et justa causa.

(71) *Propter sacerdotium.* Vide lib. ii, tit. 2, ex lib. xxiv, t. 1, dig. 61.

(72) Lib. xxxi, etc. *Nullo testamento.* Sic etiam legitur infra tit. 2. Cujacius in recitat. ad l. 77, § *Donationis, de leg.* 2, legit : *Pluribus hæredibus institutis.*

(73) Lib. xxxiii, t. 1, etc. *Festivitatis eorum. Tempore nundinarum*, l. 20, § 1, D. *de an. legat.* Glossa Lat.-Gr. nundinarum, ἑορτῶν, πανηγύρεων.

(74) Lib. xxxiv, t. 1, etc. *Ad custodiam templi.* V. vett. insc. de servis ad custodiam temp.

(75) Lib. xxxiv, t. 2. *Crucem.* Signum Dei in l. *Titia* 38, § 2. *D. de auro arg.* Glossæ, ζώδιον, signum.

(76) Lib. xxxv, t. 2, etc. *Locus est legi F.* Recte igitur in Florentinis : vel etiam ea quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet, l. 1, § 2 *D. ad leg. Falc.* quam lectionem sequitur Photius, et Theodor. Balsamon *Nomocan.* tit. 2, c. 1. Quidam tamen interpretes Græci putant d. l. 1 abrogatam esse novella Justiniani cxxx, cap. 12, secundum quam, ut putant, non deducitur Falcidia ex legatis piis : quos refellit Balsamon d. c. 1, quem sequitur Cujac. ad dictam novellam.

Tit. 3, digesto 1, Ulpianus. Locus est actioni aquæ pluviæ arcendæ adversus eum, qui aquam avertit, et agro alieno nocuit, licet aqua in loco sacro oriatur.

Digestum 17, Paulus. Cum locus (77) sacer interponitur, servitus non consistit.

Lib. XL. tit. 7, digestum 4, Paulus. Si hæres abiit rei publicæ causa, vel suspectat eum statuliber, vel pecuniam ei e consignatam (78) in templo deposit, et sic im fit liber.

Lib. XLIII. tit. 2., digesto 30. Paulus. Possidere desinimus locum, qui fit sacer, licet eum non ut talem, sed ut privatum, teneamus.

Tit. 3, digesto 9, Gaius. Res sacræ non recipiunt usucapionem

Lib. XLIII. tit. 1, digesto 1. Ulpianus. Etiam de sacris interdicta competunt. Veluti, ne quid fiat juxta locum sacrum, vel, ut quod factum est, restituatur, quemadmodum Paulus ait digesto 2.

Tit. 6, digesto 3. Convenitur interdicto de tabulis exhibendis etiam ædituus(79), qui testamenti tabulas custodiæ causa suscepit.

Digestum 5, Jabolenus. Si ex ipsis testamenti tabulis nascatur de hæreditate controversia, vel si ad publicam quæstionem pertinet, interdictum de tabulis exhibendis mihi non competit, sed interim in templo deponuntur.

Tit. 6, digesto 1, Ulpianus (80). Non licet aliquid in loco sacro facere, vel in eum immittere, quod ei deformitatem, non ornamentum affert. Cæterum hoc interdictum ad sacraria non pertinet. Custodia vero templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

Tit. 8, digesto 2, Ulpianus. Non licet juxta locum sacrum ædificare, sed et quod ædificatum est, diruitur (81).

Lib. XLIV, tit. 6, digestum 5, Gaius. Non licet rem litigiosam Deo dedicare (82). Et qui hoc fecerit, duplum adversario suo præstat ob eam causam, quod illa potentiori sit adversario tradita, quam esset ipse.

Tit. 7, digestum 1, Gaius. Inutiliter quis stipulatur de loco religioso.

Lib. XLV, tit. 1, digestum 26. Ulpianus. Inutiliter quis promittit, facturum se sacrilegium: nec competit inde actio.

Digestum 58, Ulpianus. Recte stipulor, ædem ie sacram ædificaturum; et facta (83) hujus operis causa locatio valet.

A Τίτ. γ', δίγ. α'. Οὐλπιανοῦ. Χώρα τῆς aquæ pluviæ arcendæ κατὰ τοῦ στρέψαντος τὸ ὕδωρ, καὶ βλάψαντος τὸν ἀλλότριον ἀγρόν, κἂν ἐν ἱερῷ τόπῳ τίκτηται ὕδωρ.

Δίγ. ιζ'. Paulus. Σάκρου τόπου παρεντιθεμένου, δουλεία οὐ συνίσταται.

Βιβ. μ', τίτ. ζ', δίγ. δ', Paulus. Ἐὰν ὁ κληρονόμος reipublicæ causa ἄπεστιν, ἢ περιμένει αὐτὸν ὁ στατουλίβερ, ἢ ἀποτίθεται τὰ νομίμως ἐσφραγισμένα ἐν ναῷ, καὶ εὐθέως ἐλεύθεροῦται.

Βιβ. μα', τίτ. β', δίγ. λα'. Paulus. Παυόμεθα νέμεσθαι, τοῦ τόπου γινομένου σάκρου, κἂν μὴ ὡς τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς ἰδιωτικὸν αὐτὸν ἔχωμεν.

Τίτλος γ', δίγ. θ'. Gaius. Τὰ σάκρα εἰς χρῆσιν οὐ λαμβάνεται.

B Βιβ. μγ', τίτ. α', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Καὶ περὶ σάκρων κοινοῦνται ἐντέρδικτα, ὥστε μηδένα γενέσθαι κατὰ τοῦ ἱεροῦ τόπου, ἢ ὥστε τὸ γενόμενον ἀποκατασταθῆναι, ὡς Παῦλος δηγέστῳ α'.

Τίτλος ε', δίγ. γ'. Ἐνάγεται τῷ de tabulis exhibendis καὶ νεωκόρος λαβὼν ἐπὶ παραφυλακῇ διαθήκην.

Δίγεστον ε', Jabolenus. Ἐὰν ἐξ αὐτῆς τῆς διαθήκης ἀναφύηται φιλονεικία περὶ κληρονομίας, εἰ ἐνήκει πρὸς δημόσιον ζήτησιν, οὐχ ἁρμόζει τὸ de tabulis exhibendis, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ ἐν ναῷ στρατίθεται.

Τίτλος ς', δίγ. α', Οὐλπιαν. Οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἢ λαμβάνειν ἱερῷ τόπῳ, ὅσῳ ἀμορφίαν καὶ οὐ κόσμον αὐτῷ φέρει. Οὐκ ἀνήκει δὲ τὸ ἐντέρδικτον πρὸς τὰ σακράρια. Ἡ δὲ φυλακὴ τῶν ἱερῶν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ἐπιτρέπεται.

Τίτλος η', δίγεστον β', Οὐλπιαν. Οὐκ ἔξεστι κατὰ τόπου ἱεροῦ κτίζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ κτισθὲν καταλύεται.

Βιβ. μδ', τίτλος ς', δίγ. γ', Gaius. Οὐκ ἔξεστι τὸ litigiosum τῷ Θεῷ καθιεροῦν. Καὶ ὁ τοῦτο ποιήσας δίδωσι τὸ διπλοῦν τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν δυνατωτέρῳ αὐτοῦ ἀντιδίκῳ παριδόθη.

Τίτλος ζ', δίγεστον α', Gaius. Ἀχρήστως ἐπερωτᾶταί τις τόπον ῥελιγίοσον.

D Βιβ. με'. τίτλος α', δίγ. κς', Οὐλπιαν. Ἀνεχυρῶς ὁμολογεῖ τις ἱερατυλεῖν, καὶ οὐχ ἁρμόζει ἐκ τούτου ἀγωγή

Δίγεστον λη', Οὐλπιαν. Καλῶς ἐπερωτῶ σε κτίσαι σάκρον· καὶ ἡ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἔργῳ μίσθωσις ἰσχύει.

Annibalis Fabroti notæ

(77) Dig. 17. *Paulus. Cum locus.* Vide supra ex lib. VIII, tit. 1, dig. 14.

(78) Lib. XI, tit. 7, dig. 4. *Rite consigna.* Τὰ νομίμως ἐσφραγισμένα. In Glossis Basilic. legitur, τὰ νομίσματα, *Aureos consignatos*, quod probo. In Leunclavii codice fortasse legebatur, τὰ χρήματα νομίμως ἐσφραγ.

(79) Tit. 6. dig. 3, *Ædituus.* Apud Vestales testamenta deponi solita. Sueton. Aug. c. 101. Tacit. Ann. 1, Plutarch. in Ant. Dio.

(80) Tit. 6, dig. 1, Ulp. Legendum: Οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ, καὶ ἐμβάλλειν εἰς αὐτὸν ὅπερ.

(81) Tit. 8, dig. 2. *Diruitur.* IC. In l. 2. D. *Ne quid in loco pub.* factum restituere jubemur, id est, diruere, ut hic, et Photii *Nomoc.* tit. 2, c. 1.

(82) Lib. XLIV, tit. 6, dig. 5. *Dedicare.* Prot. *Nomoc.* tit. 2, c. 1.

(83) Dig. 58. *Et facta.* IC. in l. 38, in fi. D. *De verb. oblig.*: *Aliaquin nec ex locato agere possumus* Videndus omnino Ralsamon *Nom.* d. t. II, c. 1, ubi dilucide id interpretatur.

Δίγεστον πγ', Paulus. Οὐ δυνατὸν σάκρον ἐπερωτᾶν, καὶ εἰ δύναται γενέσθαι ἰδιωτικός. Εἰ γὰρ ἰδιωτικὸν ἐπερωτηθῶ τόπον, καὶ συμβῇ αὐτὸν χωρὶς δόλου καθιερωθῆναι, ἐλευθεροῦμαι· καὶ εἰ συμβῇ ἔκ τινος νόμου πάλιν γενέσθαι ἰδιωτικὸν τὸν τόπον, οὐκ ἐνέχομαι.

Δίγεστον τὸ αὐτό. Οὐ δύναμαι σάκρον ἐπερωτᾶν ὑπὸ αἵρεσιν τὴν *Ὅταν ἰδιωτικὸν γένηται*· ἐκεῖνα γὰρ ἐπερωτῶν δυνάμεθα, ἅσα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐρωτήσεως, τῆς χρήσεως, καὶ τῆς δεσποτείας ἡμῶν εἶναι δύναται.

Δίγεστον ιᾱ' Paul. Ἐὰν τὸ ἐπερωτηθὲν πρᾶγμά ἐστι μὲν φύσει, οὐ δύναται δὲ δοθῆναι διὰ τὸ τυχὸν αὐτὸ γενέσθαι σάκρον· εἰ μὲν ἐν καιρῷ τῆς ἐπερωτήσεως, ἢ μετὰ ταῦτα τοῦ ἐπερωτηθέντος ἦν, καὶ οὕτως γέγονε σάκρον, ἐνέχεται, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ (?) δι' ἑτέρου πωλήσαντος, αὐτὸ γέγονε σάκρον. Εἰ δὲ, τοῦ πράγματος ὄντος ἀλλοτρίου, συμβῇ δι' ἑτέρου σάκρον αὐτὸ γενέσθαι, οὐκ ἐνέχεται ὁ ἐπερωτηθείς, εἰ μὴ μετὰ ποιήσαι αὐτὸν moram γέγονε τὸ πρᾶγμα σάκρον.

Δίγεστον ριζ', Venuleius. Οὐκ ἰσχυρῶς ἐπερωτῶ ὑπὸ αἵρεσιν ὑπὸ τοῦ νόμου κεκωλυμένην. Οἷον, *Δίδωσ, ἐὰν εἰς πωλήσῃ τὸ σάκρον*, εἰ καὶ δυνατόν ἐστιν ὕστερον ἐναλλαγῆναι τὸ δίκαιον αὐτοῦ.

Βιβ. μζ', τίτ. κβ', δίγ. β', Οὐλπιανός. Οἱ σὺν ὅπλοις καταλαβόντες τόπον ἱερὸν ὑπάκεινται ποινῇ. Κινεῖται γὰρ κατ' αὐτῶν ἡ δεμαιεστάτις· ὡς βιβλίον μη', τίτλος ε', δίγεστον α' Οὐλπιανοῦ τῷ αὐτῷ. Ὁ δεμαιεστάτις ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας.

Βιβ. μη', τίτ. ιγ', δίγ. α', Οὐλπιανός. Ὁ de peculatu κινεῖται κατὰ τοῦ ὑφελομένου ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων, ἢ στρέψαντος εἰς ἰδίας χρείας, ἢ παρασκευάσαντος κατὰ δόλον γενέσθαι τι τούτων.

Δίγεστον δ', Μαρκιανός. Οἱ ἱερόσυλοι πρὸς τὸ ποσὸν τοῦ ἁρπαγέντος τιμωροῦνται.

Δίγ. ς'. Μαρκιανός. Τὸ ἐξ ἱεροῦ χρήματα ἰδιωτικὰ ὑφελέσθαι οὐκ ἔστιν ἱεροσυλία, καὶ χώρα τῇ furti. Ἐν δὲ τῷ ις' δίγ. τοῦ ιθ' τίτ. τοῦ αὐτοῦ μη' βιβλίου λέγει τὸν τόπον διαχρίνειν τὸν κλέπτην ἀπὸ τοῦ ἱεροσύλου.

A Digestum 83. Paulus. Fieri nequit, ut rem quis sacram stipuletur, quamvis privata fieri possit. Nam et cum locum privatum stipulatus fuero (84), atque acciderit ut is absque dolo meo (85) dedicetur; rursumque contigerit ut aliqua lege fiere locus privatus: equidem non teneor.

Idem digestum. Non possum stipulari locum sacrum sub hac conditione: *Cum privatus factus fuerit*. Nam ea stipulari possumus, quæcunque tempore stipulationis, et usus et dominii nostri esse possunt (86).

Digestum 91 (87), Paulus. Si res quæ venit in stipulationem in rerum natura quidem est, verum dari non potest; puta, quod sacra facta sit: siquidem tempore stipulationis, vel postea, stipulantis erat, atque ita facta est sacra, tenetur, quemadmodum et cum per alium, postquam ipse vendidit, facta est sacra. Sin autem, cum res alterius sit, acciderit eam per alium fieri sacram, non tenetur is, qui stipulatus est (88), nisi res facta sit sacra, postequam solutioni moram ipse interposuit.

Digestum 137. Venuleius. Inutiliter stipulor sub conditione quæ lege prohibita est. Verbi gratia: *Dabis, si rem sacram quis vendiderit*: licet fieri possit, ut jus ejus postea mutetur.

Lib. xlvii, tit. 22, digestum 2, Ulpianus (89). Qui eum armis occupaverint locum sacrum, pœnæ sunt obnoxii. Nam agitur in eos ex lege de crimine majestatis, sicut et libro xlviii, tit. 4, digesto 1, Ulpianus sit; Lex de crimine majestatis (90), similis est legi de crimine sacrilegii.

Lib. xlviii, tit. 13, digesto 1, Ulpianus. Ex lege de peculatu agitur in eum, qui abstulit ex pecuniis sacris, vel ea in rem suam vertit, vel dolo malo fecit, ut horum aliquid fieret.

Digestum 4, Marcianus. Sacrilegi pro qualitate delicti extra ordinem puniuntur.

Digestum 5. Marcianus (91). Ex æde sacra pecunias privatas subripere, non est sacrilegium, et locus est actioni furti. At vero digesto 16, tit. 19 ejusdem xlviii libri dicitur locum discernere furem a sacrilego.

Annibalis Fabroti notæ.

(84) Dig. 83. *Stipulatus fuero*. Promisero.

(85) *Absque dolo meo*. Sine facto meo l. 83, § *Sacrum*, D. *De verb. obligat*. Sic in § *Si res legata*, instit. *De leg.* quod sit Justin. sine facto, Theop. interpretatur, δίχα δόλου, *absque dolo*.

(86) *Quæcunque tempore*. Duplex ratio affertur a IC. in d. l. 83, quia stipulatio ejusmodi præsentis tempo is obligationem recipere non potest, nam ea tantum recte stipulamur quæ subjici usibus dominioque nostro statim possunt. Cujusmodi non sunt res sacræ. Nec convalescet stipulat o, si res sacra profana esse cœperit: nam secundum præsentis temporis jus æstimari debet stipulatio, l. 137, § *Cum quis*, eod. Secunda hæc est, quia ea duntaxat quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem. Impossibilis autem videtur esse hæc conditio in libero homine et re sacra.

(87) Digest. 91. *Cum res alterius*. Si rem alienam quis promiserit.

(88) *Qui stipulatus est*. Promissor eo nomine D non tenetur, quia nihil fecit: nisi interim dum moratur solutionem, res sacra facta sit.

(89) Lib. xlvii, tit. 22. Jurisconsultus in l. 2. D. *De colleg*. Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse judicati sunt. Bas. Ὁ παράνομον ποιῶν σύστημα, *qui illegitimum collegium facit*. Usurpare in malo positum. Vide Rittershusium ad Salvian. p. 54.

(90) *Lex de crim. majest.* Vide Græcos ad l. 4. *D. ad leg. Jul. Mai.* Lib. lx Basil., tit. 36.

(91) Digest. 3. Marcianus. *Non est sacrilegium*. De quo non conveniebat inter rhetores. Atrox scilicet crimen est aperire loca sacra, et quæ in eis sunt furto auferre, licet sacra non sint: nec enim privatorum deposita in tuto erunt: sive, ut aiunt Sopater et Marcellinus in Hermogenem: Δεινὸν τὸ τὰ ἱερὰ ἀνοίγειν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς κλέπτειν, κἂν μὴ ἱερά τύχῃ. Οὔτε γὰρ τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσιν αἱ τῶν ἰδιωτῶν παρακαταθῆκαι, pag. 217.

Digestum 6, Ulpianus. Sacrilego pœna pro qualitate personarum, et delicti, et temporis, et ætatis, et sexus, aut gravior, aut levior infertur. Nam aliqui dantur ad bestias (92), aliqui suspenduntur in furca(93). Moderata vero pœna est, bestiis tradi sacrilegum nocturnum : diurnum vero, qui modicum aliquod sacrilegium committat, in metallum damnari, vel si loci sit honestioris, deportari.

Digestum 7, Venuleius. Crimen peculatus post quinquennium, ex quo admissum fuit, non accusatur [objicitur].

Digestum 9. Paulus. Sacrilegi capitaliter puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica templa compilant. At qui privata sacra, vel parva templa incustodita compilant (94), minus quidem quam sacrilegi, sed amplius quam fures, puniuntur.

Extraneus, qui sufferatur res sacras, tenetur lege de peculatu. Nam is, cui credita est eorum custodia, licet aliquid ex eis auferat, hac lege non tenetur.

Digestum 10. Marcianus Deportatur, qui hominem in arcam immiserit, eumque deposuerit in templo, si quidem is egressus ex arca, res quasdam de templo clepserit.

Digestum 14. Papianus. Judicium peculatus etiam adversus hæredes competit. Nam in eo de pecuniis ablatis est quæstio.

Lib. 1. tit. 12, digesto 2. Si quis rem voverit, obligatur ipse, non res. Cum autem soluta res fuerit, ipsa quidem sacra non efficitur, sed liberatur is, qui promisit. Cæterum tali voto tenentur patres familiarum, puberos ; non etiam ii, qui adhuc in potestate sunt, absque patrum vel dominorum au-

Βιβ. μη', τίτ. ιγ', δίγ. ζ', Οὐλπιανός. Ἡ τοῦ ἱεροσύλου ποινὴ ἀπὸ τῆς ποιότητος τῶν προσώπων, καὶ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως, ἢ βαρυτέρα ἢ ἐλαφροτέρα ἐπιφέρεται. Τινὲς γὰρ θηρίοις παραδίδονται, τινὲς φουρκίζονται. Μετριηπὴς δὲ ποινή ἐστι τὸ θηρίοις παραδοθῆναι τὸν νυκτερινὸν ἱερόσυλον· τὸν ἡμερινὸν δὲ μέτριόν τι ἱεροσυλοῦντα μεταλλίζεσθαι· τὸν δὲ τίμιον ἐπορτατεύεσθαι, δηγεκαὶ ἐξορίᾳ παραπέμπεσθαι.

Δίγεστον θ'. Crimen δεπεκουλάτους μετὰ πενταετίαν τοῦ ἁμαρτηθῆναι οὐ κινεῖται.

Δίγεστον ια' Pauli. Οἱ ἱερόσυλοι κεφαλικῶς κολάζονται. Ἱερόσυλοι δέ εἰσιν οἱ τοὺς δημοσίους ναοὺς κλέπτοντες. Οἱ δὲ τὰ ἰδιωτικὰ σάκρα καὶ τοὺς μικροὺς ναοὺς ἀφυλάκτους ὄντας κλέπτοντες, ἥττον μὲν τῶν ἱεροσύλων, πλέον δὲ τῶν κλεπτῶν τιμωροῦνται.

Ὁ ἐξωτικὸς ὑποκλέπτων τὰ ἱερὰ ὑπόκειται τῷ δεπεκουλάτους, τῷ περὶ ἐρημώσεως. Ὁ γὰρ πεπιστευμένος τὴν αὐτῶν φυλακήν, κἂν ὑφίληταί τι ἐξ αὐτῶν, οὐχ ὑπόκειται τούτῳ τῷ νόμῳ.

Δίγ. ιβ'. Μαρκιανός. Δεπορτατεύεται ὁ ἐμβαλὼν ἄνθρωπον ἐν κιβωτίῳ, καὶ παραθέμενος αὐτὸν ἐν ναῷ, ἐὰν ἐκεῖνος, ἐξὼν τῆς κιβωτοῦ, κλέψῃ τινὰ τοῦ ἱεροῦ.

Δίγεστον ις' Παπιανοῦ. Τὸ δεπεκουλάτους καὶ κατὰ κληρονόμους ἁρμόζει. Περὶ γὰρ χρημάτων ὑφαιρεθέντων ἐν αὐτῷ ἐστιν ἡ ζήτησις.

Βιβ. ε', τίτ. ιβ', δίγεστον β' Οὐλπιανοῦ. Ἐάν τις πρᾶγμα καρποφορήσῃ, γίνεται αὐτὸς ἔνοχος, οὐ μὴν τὸ πρᾶγμα. Ὅτε δὲ καταβληθῇ τὸ πρᾶγμα, αὐτὸ μὲν ἱερὸν γίνεται· ἐλευθεροῦται δὲ ἐπαγγειλάμενος. Περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας ἐνέχονται αὐτεξούσιοι ἔφηβοι οὐ μὴν καὶ ὑπεξούσιοι,

Annibalis Fabrot notæ.

Idem Sopater. in *Divisione quæstionum*, pag. 330 : Ἀποροῦντες οἱ ἄνθρωποι τί καὶ δράσειαν, μίαν εὗρον ταύτην καταφυγὴν τὸ τοῖς θεοῖς παρθέσθαι τὰ χρήματα, τὸ τοῖς ἱεροῖς πρὸς φυλακὴν χρήσασθαι τῶν χρημάτων. Ὅθεν λαθὼν οὗτος καὶ τοὺς αὐτοὺς ἐν παλάγγῃ θέμενος, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸν τόπον, οὐ τοὺς ἐφόρους δαίμονας, ὑφείλετο τὰ χρήματα· *Cum dubitarent homines quid agendum esset, hoc unum invenerunt effugium ut pecunias diis commendarent, et ad custodiam pecuniarum locis sacris uterentur. Unde hic delitescens, deque diis parum sollicitus, nec locum reverilus, aut inspectores deos, pecunias sustulit.* V. Syrianum in Hermogenem, p. 285. Quintilianus, declam. 252 : *Eadem pecunia sublata ex privato furtum erit : ex sacrario temploque sacrilegium.* Idem scilicet sentit ac Claudius Saturninus in l. aut facta 16, § 5 *De pœn.*, locum facere ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit. Atqui divi Severus et Antoninus rescripserunt, furtum potionem, non sacrilegii esse. Theodorus Balsamon hoc dissidium sic componit ad Photii *Nomocan.* tit. 2, c. 2, in fine : Ὁ μὲν ἰδωτικὰ χρήματα κλέπτων, κἂν ἐξ ἱεροῦ τόπου, κλέπτης ἐστίν. Ὁ δὲ τὰ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ κλέπτων κἂν ἐξ ἰδιωτικοῦ τόπου κλέψῃ, ὡς ἱερόσυλος ἐνέχεται· πλὴν ἐπί τισί τινα ἱερὰ μὴ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ, ὅσα τὰ ἰδικῶς ἡμῖν διαφέροντα εἰκονίσματα, καὶ λειτὰ μήπω ναοῖς, ἢ μοναστηρίοις ἀνατεθέντα, κατὰ τοῦτο λέγει τὸ ις' κεφ. τοῦ ιθ' τίτ. τὸν τόπον ποιεῖν τὴν κλοπήν, ἢ τὴν ἱεροσυλίαν. Οὐ γὰρ ἱερόσυλός ἐστιν ὁ κλέψας τὸ μηδέπω καθιερωθέν· *Qui privatas quidem res suffuratur, tametsi ex loco sacro furetur, fur est : qui autem Deo dedicata furatur, tametsi ex loco privato suffuratus sit, sacrilegii tenetur. Sed sunt quædam res sacræ, Deo non dedicatæ, ut imagines, quæ ad nos privatim pertinent, et cætera quæ nondum sunt templis vel monasteriis dedicata, et ea ratione dicit 16 caput tit. 19, locum facere furtum vel sacrilegium. Non enim sacrilegus est, qui rem nondum consecratam furatur.*

(92) Digestum 6 Ulpian. : *Dumnantur ad bestias*, θηρίοις παραδίδονται, *dantur ad bestias*, ut in l. *Circumcidere* 11, D. *Ad leg. Corn. de sicar.* Omisit pœnam vivicomburii, cujus meminit IC. in l. 8 D. *Ad leg. Jul. peculat.* Salvianus vii *De Provid. Sacrilegus suis criminibus concremutur.* Tertullian. *Ad Scapulam*, circa finem : *Pro Deo vivo cremamur, quod nec sacrilegi, nec hostes publici, verum nec tot majestatis rei pati solent.*

(93) *Aliqui suspenduntur in furca.* φουρκίζονται, *Cruci suffiguntur.* Vide Glossarium nostrum ad Anastasii *Hist. ecclesiasticam* in hoc verbo.

(94) *Incustodita compilant.* Κλέπτοντες. Ædiculas incustoditas tentaverunt, l. 9 ; eod. libro ii, tit. 1 Institut., *vasa sacra* ; Justinianus, donaria, id est, ἱερὰ ἀναθήματα.

παρὰ γνώμην τῶν πατέρων καὶ δεσποτῶν. Εἰ δέ τις τὸ δέκατον μέρος τῶν αὐτοῦ καρποφορήσῃ πραγμάτων, ἕως ἂν αὐτὸ χωρήσῃ, οὐ παύεται εἶναι τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Εἰ δὲ τελευτήσῃ μὴ χωρίσας, ἐνέχονται οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ. Διαβαίνει γὰρ εἰς κληρονόμους ἡ τῆς καρποφορίας ἐνοχή.

Τίτ. ις', δίγ. ιζ' Οὐλπιανοῦ. Τὰ σάκρα οὐκ εἰσὶ πούβλικα. Λέγει δὲ ἐν τῷ ῥητῷ ποῖά εἰσι τὰ πούβλικα.

Institutione α', τίτ. α'. Σοφία νόμου ἐστὶν ἡ γνῶσις τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.

Βιβ. β', τίτ. α'. Σάκρα ἐστὶ τὰ ὀρθῶς καὶ διὰ τοῦ ἱερέως τῷ Θεῷ ἀνιερωμένα· ὡς οἱ ναοὶ καὶ τὰ σκεύη ἅτινα οὔτε πιπράσκεται, οὔτε ὑποτίθεται, εἰ μὴ δι' ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων. Καὶ τοῦ ναοῦ δὲ καταπεσόντος, μένει ὁ τόπος ἱερός. Οὐκ ἔστι δὲ σάκρος, ὃν τις κατ' οἰκίαν αὐθεντίαν ὡς σάκρον ποιήσῃ.

Τίτ. τοῦ αὐτοῦ. Ὁ κατὰ τύχην εὑρὼν θησαυρὸν ἐν σάκρῳ τόπῳ δεσπόζει αὐτοῦ.

Τίτλος ς'. Τὰ σάκρα οὐκ οὐσουκαπιτεύεται.

Institut. γ', τίτλος ιθ'. Οὐκ ἰσχυρῶς τὰ σάκρα τις ἐπερωτᾶται.

Τίτλος κγ'. Οὐδεὶς ἐν εἰδήσει ἀγοράζει σάκρον. Εἰ δὲ ἀπατηθεὶς ἠγόρασεν, ὡς ἰδιωτικὸν, κινεῖ τὴν ἐξέμπτο ἐπὶ τὸ διαφέροντι.

Τίτ. κς'. Οὐκ ἐρῶμένος, ἐντέλλομαί σοι ἱεροσυλῆσαι. Κἂν γὰρ ἐνθεῦθεν μὴ ζημιωθῇς τι, οὐδεμίαν ἀγωγὴν ἔχεις κατ' ἐμοῦ.

Τίτ. κζ'. Ἔστιν ὅτε κατὰ πλάνην ἐνδεδίτως δεδόμενον οὐ ῥεπετιτεύεται· ὡς ἐπὶ τῶν ληγατευομένων εὐαγέσιν οἴκοις σκοπῷ θρησκείας ἢ εὐσεβείας.

Institutione δ', τίτ. ις'. Ἐὰν ὁ κελευσθεὶς παρασχεῖν εὐαγέσι τόποις ληγᾶτον ἢ φιδεϊκόμισσον ὑπερθῆται, καὶ εἰς δίκην κληθῇ, διπλοῦν τὸ καταλειφθὲν δίδωσιν.

Τίτλος ιε'. Προϊδιτώριον ἐντέρδικτον ἁρμόζει, ἵνα μηδεὶς ἐν σάκρῳ κτίσῃ.

Τίτλος ις'. Τὸ ληγατευόμενον εὐαγέσι τόποις ἐξ ἀρνήσεως διπλασιάζεται.

Τίτλος ιη'. Ὁ δεπεκουλάτους ἁρμόζει κατὰ τῶν ἱεροσύλων.

Περὶ ἱερέων.

Βιβ. β', τίτ. δ', δίγ. β', Οὐλπ. Οὐ χρὴ καλεῖν εἰς δίκην ἱερέα ἐν δικῃ ἱερατεύει, οὔτε τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι.

A cioritate. Quod si quis decimam partem bonorum suorum voverit, donec eam separaverit, in ipsius esse patrimonio non desinit. Sin prius decesserit, quam separationem fecerit, hæredes ejus tenentur. Quippe transit ad hæredes veti obligatio.

Tit. 16. digesto 17, Ulpianus. Sacra non referuntur inter publica. Traditur autem in eo textu quarnam sint publica.

Ex institutione prima, titulo primo. Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia.

Lib. II, tit. 1. Sacræ res sunt, quæ rite ac per sacerdotem Deo consecratæ sunt, veluti templa et vasa sacra, quæ nec distrahuntur, nec obligantur, nisi ex causa redemptionis captivorum. Ac templo diruto, locus ipse manet sacer. Nec sacrum est, quod auctoritate sua quasi sacrum quis fecit

Eodem titulo. Qui fortuito casu thesaurum invenerit in loco sacro, dominium ejus consequitur.

Tit. 6. Res sacræ non usucapiuntur.

Institutione 3, tit. 19. Nullius est momenti, si quis res sacras stipuletur.

Tit. 23. Nemo sciens emit rem sacram. Si vero deceptus emerit veluti rem privatam, agit ex empto ad id, quod ejus interest.

Tit. 26. Non valet, si tibi mando, ut sacrilegium (95) commiltas. Licet enim damnum aliquod inde acceperis, actionem adversus me nullam habes.

Tit. 37. Est et ubi per errorem solutum indebitum, non repetitur : sicut in iis, quæ legantur venerabilibus domibus, religionis aut pietatis intuitu.

Institut. 4, tit. 6. Si is, qui jussus est præstare venerabilibus locis legatum, aut fideicommissum moram interposuerit, et in jus vocatus fuerit, id quod relictum est, duplum solvit.

Tit. 15. Prohibitorium interdictum etiam tunc competit, ne quis in loco sacro ædificet.

Tit. 16. Quod locis venerabilibus legatur, ex inficiatione fit duplum.

Tit. 18. Lex de peculatu competit adversus sacrilegos.

De sacerdotibus.

Lib. II, tit. 4, digesto 2, Ulpianus. In jus vocare sacerdotem (96) non oportet, dum sacerdotale munus obit; nec eos, qui propter loci religionem, ex eo se movere (97) nequeunt.

Annibalis Fabroti notæ.

(96) Tit 26. *Ut sacrilegium.* Ex lege 22, § *Qui ædem De Manil.* Nec enim hæc sunt in Instit. Theoph.

(96) *Sacerdotem.* IC. Pontificem dum sacra facit; id enim non tantum honori, personarum, sed et majestati Dei indulgetur, cujus sacris vacare sacerdotes oportet. ut est in l. *Non distinguemus* 52, § 5, D. *De recept. qui arb.*

(97) *Ex eo se movere.* Discedere ab eo sine religione non possunt; quosdam enim exsilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia, ut ait Seneca, *De tranquillitate* Græci ad l. 2 D. *De in jus voc.*, id quod de pagana superstitione Jurisconsultus dixerat, ad μοναστιχὴν φιλοσοφίαν transtulere. Theodorus Hermopolites in Regio codice: Οὔτε τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχοὺς ἢ τοὺς προσμοναρίους· *Nec eos qui propter loci religionem inde secedere non possunt, id est inclusos monachos, vel mansionarios,* Leo Grammaticus: Καθολικὴ γὰρ ἦν τότε ἡ Ἐκκλησία ἔχουσα προσμονάριον Νικόλαον. Perperam in Regio codice legitur, πρὸς μονάριον· *Tunc enim catholica erat Ecclesia habens mansionarium cognamento Nico-*

Lib. III, tit. 3, digesto 18, Modestinus. Causa A justa est, cur etiam post litis contestationem mutetur procurator, quod factus sit sacerdos.

Βιβ. γ', τίτ. γ', δίγ. ιη', Μοδεστ. Εὔλογός ἐστιν αἰτία τοῦ καὶ μετὰ προκαταρξιν ἀλλαγῆναι τὸν προκουράτορα, τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ἱερέα.

Lib. IV, tit. 8, digesto 32, Paulus. Si sacerdos(98) factus fuerit judex compromissarius, non cogitur sententiam dicere. De iis vero, quorum causa post depositum sacerdotium (99) factus est judex compromissarius, ferre sententiam cogitur.

Βιβ. δ', τίτ. η', δίγ. λη' Pauli. Ἐὰν ἱερεὺς γένηται ὁ κομπρομισάριος, οὐκ ἀναγκάζεται φωνίζεσθαι. Περὶ δὲ ὧν μετὰ τὴν ἱερωσύνην γέγονε κομπρομισάριος, ἀναγκάζεται.

Lib. V, tit. 3, digesto 50, Papianus. Si testator sibi monumentum fieri jusserit, subtili quidem jure (1) nulla competit adversus hæredes actio, ut id faciant, sed tamen per imperatorem et sacerdotes (2) coguntur, ut obsequium defuncto præstent.

Βιβ. ε', τίτ. γ', δίγ. ν', Παπιανός. Ἐὰν ὁ τεστάτωρ εἴπῃ μνημεῖον αὐτοῦ γενέσθαι, κατὰ μὲν ἀκρίβειαν, οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ κατὰ τῶν κληρονόμων εἰς τὸ ποιῆσαι· ὅμως μένουσι διὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἱερέων ἀναγκάζεται πειθαρχῆσαι τῷ τελευτήσαντι.

Lib. XI, tit. 7, digestum 7 Gaii. Si princeps aut sacerdos mihi non permiserit, ut ab alio illatum in locum qui ad me pertinet, aut ossa ibidem sepulta ejiciam, injuriarum actione teneor. B

Βιβ. ια', τίτ. ζ', δίγ. ξ' Γαΐου. Ἐὰν παρὰ κέλευσιν βασιλέως ἢ ἱερέως ἐκβαλὼν τὸν ἐξ ἄλλου εἰς τόπον διαφέροντά μου ταφέντα, ἢ τὰ τεθέντα ὀστέα, συνέχομαι τῇ ἐνιουριάρουμ.

Tit. 8, digesto 5, Ulpianus. Sepulcra jussu pontificum interveniente reliciuntur.

Τίτ. η', δίγ. ε' Οὐλπιανοῦ. Οἱ τάφοι κελεύσει τῶν ἱερέων ἀναιροῦνται.

Lib. XXIV, tit. 1, digesto 61, Hermogenianus. Divortio (3) separatus, fieri sacerdos potest.

Βιβ. κδ', τίτλος α', δίγεστον ξα'. Hermogenianus. Διαζευχθεὶς δύναται γενέσθαι ἱερεύς.

Lib. XXXI, digesto 78, themate 27, Papianus. Si per epistolam filio meo prædia donavero, non usus in ea verbis fideicommissi, atque illam epistolam in ædo sacra deposuero, et in hanc sententiam sacerdoti scripsero : *Instrumentum voluntatis meæ; post mortem, filio meo tradi volo;* et postea moriar, nullo testamento condito, pluribus hæredibus exstantibus : filius ea prædia, quorum in epistola mentio fit, accipit. C

Βιβ. λα', δίγ. οη', Papiani, θέμ. κλ', Ἐὰν δὲ ἐν ἐπιστολῇ δωρήσωμαι τῷ υἱῷ μου κτῆμα, οὐ χρησάμενος ἐν αὐτῇ ῥήμασι φιδεϊκόμισσα, καὶ παραθῶμαι τὴν ἐπιστολὴν ἐν ἱερῷ, καὶ γράψω τῷ ἱερεῖ οὕτως· Τὸ instrumentum τῆς βουλῆς μου· μετὰ τελευτὴν μου θέλω δοθῆναι τῷ υἱῷ μου· καὶ ἀποθάνω ἀδιάθετος ἐπὶ πολλοῖς κληρονόμοις· λαμβάνει ὁ παῖς τὰ ἐν τῇ ἐπιστολῇ κτήματα.

Lib. XXXIII, tit. 1, digesto 26, Scævola. Si legavero hierophylacibus [hoc est, ædituis] decem solidos, qui solvantur tempore festivitatis eorum : eos decem solidos annuos templo videor in perpetuum reliquere.

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγεστον κ'. Scævola. Ἐὰν κληροδοτήσω τοῖς ἱεροφύλαξι νομίσματα δίδεσθαι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς αὐτῷ τῷ ἱερῷ· δοκῶ ὁ τηνικῶν τὰ δέκα νομίσματα ἐτήσια καταλιπεῖν.

Lib. XLIII, tit. 5, digesto 3, Ulpianus. Ædituus, qui testamenti tabulas custodiæ causa suscepit, interdicto de tabulis exhibendis convenitur.

Βιβ. μγ', τίτ. ε', δίγ. γ', Ulpian. Ὁ νεωκόρος λαβὼν ἐπὶ παραφυλακὴν διαθήκην, ἐνάγεται τῷ de tabulis exhibendis.

Tit. 6, digesto 1, Ulpianus. Custodia templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

Τίτλος ς', δίγεστον α', Οὐλπιαν. Ἡ φυλακὴ τῶν ἱερῶν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ἐπιτρέπεται.

Annibalis Fabroti notæ.

tionem. Mansionarius a *manendo* dictus videtur, quod in Ecclesia permaneret officio suo peragendo. De quo B. Gregorius *Dialogorum* lib. I, cap. 5. De inclusis seu reclusis vide Glossarium nostrum ad Cedrenum in v. Ἐγκλείστου. Scholiastes Synopseos Basilicon, lib. VII, tit. 8, ad l. 2 : Οἱκοῖοί εἰσιν οἱ τόποι οἷστισιν ἑαυτοὺς περικλείουσιν οἱ λεγόμενοι στηλῖται· *Quales sunt loci quibus se includunt qui dicuntur stylitæ seu columnarii.* Theodorus Studita, Catechesi XXXVIII, Stilita in primis, etc. στηλῖτις πρῶτον. Ergo audiendi non sunt qui legunt in d. l. 2 *Inde removeri non possunt.*

(98) Lib. IV, tit. 8, dig. 32. Si *sacerdos.* Si arbiter sacerdos factus fuerit, non cogitur sententiam dicere. Basilica lib VII, tit. 2, c. 32, § 3 : Ἐὰν ἱερεὺς ἢ ἀρχιερεὺς γένηται ὁ αἱρετὸς δικαστής, etc. *Si arbiter sacerdos aut episcopus factus sit.*

(99) *Post depositum sacerdotium* : Μετὰ τὴν ἱερωσύνην. Sic etiam Basilica d § 3. Jurisconsultus. D cæterum si postea suscepit, iste quoque omni modo sententiam ferre debet : sacerdos nimirum qui arbitrium recepit, cogi potest ut sententiam dicat. Is autem qui ante sacerdotium arbitrium recepit, sacerdotio postea obveniente, cogendus non est, officio quod suscepit perfungi. Dele igitur verbum *depositum*, quod hujus loci sententiam corrumpit.

(1) Lib. V, tit. 3, *Subtili quidem jure.* Κατὰ μὲν ἀκρίβειαν, stricto jure; hoc enim mandatum nullam obligationem parit. L. *Quintus Mutius* 7, D. *De ann. legat.*

(2) *Et sacerdotes.* Scholiastes Basilic. lib. XLII, tit. 1, c. 30, p. 659, per episcopum, ex l. 45 C. *De episc et cleric.*

(3) Lib. XXIV, tit. 1, dig. 61. *Divortio.* Meninę in libro Petrescii, *bona gratia* διαζευχθείς· *Bona gratia separatus.* Vide leg. 60, § 1 D. *De divor.*

Βιβλίον ν', τίτλος ε', δίγεστον ιγ', Οὐλπιαν. Ὁ παντελῶς δικάσαι μὴ δυνάμενος excusatur, ὡς γενόμενος ἱερεύς. A

Institutione α', τίτ. κε'. Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις καὶ οἱ ἐπίσκοποι σὺν τοῖς ἐκδίκοις ἐπιτρόπους διδόασιν, ἕνθα μή ἐστιν οὐσία ὑπὲρ τὰ φ' νομίσματα.

Περὶ Ἰουδαίων.

Βιβλίον κλ', τίτ. α', δίγεστον ιζ'. Mod. Καὶ Ἰουδαῖοι τῶν μὴ Ἰουδαίων ἐπιτρέπουσι, καὶ τὰ λοιπὰ λειτουργοῦσι, χωρὶς τῶν χραινόντων τὴν θρησκείαν αὐτῶν.

Βιβλίον μή', τίτ. η', δίγεστον τα'. Mod. Τοῖς Ἰουδαίοις ἀφίεται τὰ ἴδια τέκνα περιτέμνειν. Εἰ δὲ περιτέμωσιν ἕτερον, ὡς οἱ εὐνουχίζοντες τιμωροῦνται.

Βιβ. ν', τίτ. β', δίγεστον γ'. Οὐλπιαν. Οἱ Ἰουδαῖοι τὰς μὴ βλαπτούσας τὴν θρησκείαν αὐτῶν τιμὰς ἐξ ἀνάγκης πράττουσιν. B

Περὶ θυσιῶν, καὶ ἀστρολόγων, καὶ μάντεων, καὶ φαρμάκων, καὶ τῶν παρατρεπόντων τινὰς εἰς ἀλλοτρίαν θρησκείας.

Βιβλίον θ', τίτ. β', δίγ. ζ', Οὐλπιαν. Ὁ φάρμακον ἀντὶ ἰατρείας δούλῳ δεδωκὼς ὑπάκειται in factum, ὡς αἴτιον θανάτου παρασχών, καὶ προπετῶς δοὺς φάρμακον, ὡς ὁ Γάϊος δίγέστῳ η'.

Δίγ. θ'. Ὀλπ. Ἰατρίνα εἰ μὲν τῇ δούλῃ ᾧ φάρμακον, ἡ δὲ λαβοῦσα τελευτήσῃ, χώρα τῇ ἰμφάκτου· εἰ δὲ χερσὶν οἰκείαις ἰατρίνα τὸ φάρμακον ὑπέβαλεν, ὁ Ἀκουίλιος ἀφοίζει, ὡς ὅτε ἀλείψῃ τινὰ φάρμακον, [ἴσ. φαρμάκῳ] ἢ ἐμβάλῃ αὐτὸ διὰ στόματος ἢ κλυστῆρος βίᾳ ἢ συμβίου [ms. συμβουλῆς]. C

Βιβλίον ι', τίτλος ιβ. δίγεσται δ'. Οὐ διαιροῦνται

Lib. l. tit. 5, digesto 13, Ulpianus. Qui omnino judicis officio fungi non potest, excusatur, veluti qui sacerdos factus est.

Institut. 1. tit. 20. In provinciis episcopi quoque cum defensoribus dant tutores, ubi patrimonium quingentos solidos non excedit.

De Judæis.

Lib. xxvii, tit. 1, digestum 17, Modestinus. Judæi quoque tutores sunt eorum qui non sunt Judæi, et reliqua munera præstant: iis exceptis, quæ religionem (4) ipsorum polluunt.

Lib. xlviii, tit. 8, digestum 11, Modestinus. Judæis filios suos circumcidere (5) permittitur. Quod si alium circumciderint, puniuntur ut castrantes (6).

Lib. l. tit. 2. digestum 3 Ulpianus. Judæi honores, quæ religionem ipsorum non lædunt, necessaria gerere cogantur.

De sacrificiis, et astrologis, et divinatoribus, et veneficis, et avertentibus aliquos ad religionem prohibitam.

Lib. ix, tit. 2, digesto 7, Ulpianus. Qui servo venenum pro medicamento dedit, Aquilia (8) tenetur, veluti qui causam mortis præstiterit et temere venenum (9) porrexerit (10), ut loquitur Gaius digesto 8.

Digesto 9, Ulpianus. Si quidem ancillæ pharmacum dedero, quo illa sumpto mortua fuerit, locus est in factum actioni. Si vero pharmacum manibus suis supposuit obstetrix, Aquilia competit, veluti si quis unxerit aliquem veneno, vel infuderit per os, aut per clusterem, idque vi (11), vel suasu.

Lib. x, tit. 2, digesto 4. Ulpianus. Non dividun-

Annibalis Fabroti notæ.

(4) Lib. xxvii. tit. 1, dig. *Religionem.* Θρησκεία, l. 15, D. *De excus*; vel superstitionem, nam θρησκεία utrumque significat. Glossæ: θρησκεία, superstitium, religio, ritus, et alibi superstitio dicitur. Tacitus. *Hist.* n. c. 4, de Jud. *Ob ingenium mentis et perviciam superstitionis.* Vide tit. 9, lib. i, c. 8, et infra h. t.

(5) Lib. xlviii, tit. 8, *Filios suos circumcidere.* De Judæorum circumcisione Michael Ephesius in lib. ii *De partibus animalium*: Ἔστι δὲ ἀκροποσθία τὸ περίττον δέρμα τὸν βάλανον τοῦ αἰδοίου, ὃ καὶ τιμῶσιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ Αἰγύπτιοι, λέγουσι τὴν τοιαύτην τομὴν περιτομήν· *Est autem præputium pellis quæ ambit glandem pudendi virilis, quam pruciduni Judæi et Ægyptii; eamque incisionem vocant circumcisionem.* Ἀκροποσθίαν dicit, quæ in veteri et novo fœdere ἀκροβυστία dicitur. Glossæ, ἀκροβυστία, *præputium.* Tacitus, *Hist.* v. c. 5: Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur. Eandemque rationem circumcisionis affert Rabbi Moses Maimonides More Nevochim, parte iii, cap. 49. Vid. Tertullianum, *Adversus Judæos*, cap. 5; Theodoret. *Quæst. in Genes.* q. 68; Arrianum Epict.

(6) *Puniuntur ut castrantes.* Basilica: Καφλίκως τιμωροῦνται καὶ δημεύονται· *Capite puniuntur et publicantur.* Lex Wisigothorum, lib. vii; tit. 3, § 4 (v): *Illi vero qui carnis circumcisiones in Judæis vel Christianis exercere præsumpserint: quisquis hæc aut intulit alteri, aut fieri ab altero permisit sibi, verberi ex toto amputatione plectetur.*

(7) Lib. l, t.t. 2, *Honores necessarie.* Divi Severus et Antoninus eos qui Judaicam superstitionem sequuntur, non solum honores gerere permiserunt, sed necessitatem quoque eorum gerendorum imposuerunt: nisi eorum superstitionem lederent, l. 3, § 2, D. *De decurion.* Sunt qui putent his verbis Christianos intelligi, quorum religionem et pietatem pagani superstitionem vocabant. Suetonius Neronis c. 16: *Christiani genus hominum superstitionis novæ et maleficæ.* Tacitus, Ann. xv: *Repressaque in præsens exitiabilis superstitio.* Minut. Felix in Octavio: *Ita enim* (Christianorum) *vana et demens superstitio sceleribus gloriatur.* Sed verius est hic et in l. 15 D. *De excusat.*, eos intelligi qui religione Judæi sunt. Christianorum enim nomen adeo illis temporibus exosum erat, ut ad civilia munera non putem vocatos. Certe in illo Suetonii loco: *Judæos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit.* Tiberii cap. 25, Christi annos omnino intelligendos constat. V. Phot. *Bibl.* p. 367.

(8) *Aquilia.* Non Aquilia, seu in factum actione tenetur, l. 7, § *Sed si quis D. ad leg. Aq.* i.l est, utili Aquilia.

(9) *Et temere venenum.* Qui perperam et incaute pro medicamento sanitatem corroborante, id dedit quod eam corrumperet, utili Aquilia tenetur.

(10) *Venenum porr.* Medicamentum perperam datum, venenum esse videtur, Græci lib. 60 Basil. tit. 3, cap. 8.

(11) Dig. 9. Ilp *idque vi.* Ut in l: 1. § *occisorum, D. de senatusc Silan.* Si venenum per vim infusum sit.

tur (12) inter hæredes inventa in hæreditate mala pharmaca, vel libri magici, vel similia, sed judicis officio corrumpuntur (13).

Lib. XXVIII. tit. 1, digesto 35, Gaius. Venena mala (14) non venduntur (15). Si tamen accipientia misturam, utilia fuerint, ut in antidotis (16), distrahuntur.

De homicida.

Lib. XLVIII, tit. 8, digestum 2, Ulpianus. Lege de sicariis tenetur, qui necandi hominis causa venenum confecit, aut vendit, aut habet (17). Sunt autem quædam pharmaca (18), quæ sanitati conducunt, item quæ appellantur amatoria (19). Quod si quis non malo animo dederit mulieri medicamentum ad conceptionem (20) utile, atque illa sumpto medicamento decesserit, relegatur. Pigmentarius (21) etiam, qui temere dederit alicui cicutam (22), vel salamandram (23), vel aconitum, vel pityocampen, vel bubrostim (24), vel mandragoram (25), vel can-

μεταξὺ κληρονόμων τὰ ἐν τῇ κληρονομίᾳ εὑρεθέντα κακὰ φάρμακα, ἢ μαγικὰ βιβλία, ἢ καὶ τὰ ὅμοια· ἀλλ' ὀφφικίῳ τοῦ δικαστοῦ φθείρονται.

Β:6. η', τίτ. α'. δίγ. λε', Γαΐου. Τὰ κακὰ φάρμακα οὐ πιπράσκεται. Εἰ μέντοι δεχόμενα δυμίξιν [Ισ. δὲ μίξιν] χρησιμεύοι, ὡς ἐπὶ τῆς ἀντιδότου πιπράσκεται.

Περὶ φονέως.

Βιβλίον μη', τίτλος η', δίγεστον β', Οὐλπιαν. Τῷ de siciariis κατέχεται ὁ διὰ τὸ φονεῦσαι ἄνθρωπον ποιῶν φάρμακον, ἢ πιπράσκων, ἢ ἔχων. Εἰσὶ δὲ φάρμακα ὑγίειαν ἐμποιοῦντα καὶ τὰ λεγόμενα φίλτρα. Εἴ δέ γε καί τις μὴ κακῷ λογισμῷ δώσει γυναικὶ συλληπτικὸν, καὶ τελευτήσει λαβοῦσα, ἐξορίζεται· καὶ ὁ πιγμενταρίος προπετῶς δούς τινι κώνειον, ἢ σαλαμάνδραν, ἢ ἀκόνιτον ἢ πιτυοκάμπην, βουβρώστην, ἢ μανδραγόραν, ἢ κανθαρίδας, ὡς δίγεστον τρίτον. Ἀνάγνωθι καὶ α' δίγεστον τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Annibalis Fabroti notæ.

(12) Lib. x. tit. 2. *Non dividuntur.* Balsamon ad *Nomocanon.* Photii tit. 9, c. 25, scribit, in Digestis quidem scriptum esse, ea non dividi, sed rectius in Basilicis, dividi; hæc enim in dominio fuisse, sed judicis officio comburi, ne qui nocentur: Καίεσθαι αὐτὰ διὰ τὸ μή τινας ἐκ τούτων βλαβῆναι. Idemque tit. 12, c. 3, scribit, legem 4 *D. fam. erc.* referri a Photio uti erat ante Basilica repetitæ prælectionis, πρὸ τῆς ἀναχαθάρσεως. Itaque Balsamon hic secutus est Digesta.

(13) *Corrumpuntur.* Φθείρονται, corrumpenda sunt, l. 4. § 1, D. *Famil. ercise.*, quo loco Hispanus quidam qui comburenda legit, a Græcis refellitur. Balsamon, d. c. 25: Ὀφφικιόν ἐστι τοῦ δικαστοῦ παραχρῆμα τὰ τοιαῦτα φθείραι. *Officium est judicis ea statim corrumpere*, ex lib. Basilic. 42, tit. 3, cap. 4, quanquam ex sententia legis, corrumpi est comburi. Itaque idem Balsamon ait, καίεσθαι αὐτά, comburi. Adde Paulum v. *Sentent.* tit. 21.

(14) *Venena mala.* Venenum in utramque partem dicitur; nam et medicamenta venena sunt, ut ait Gaius in l. 236 *De verb. sign.*; B. Augustinus. *De civit. Dei.* lib. XVIII, cap. 18; Servius ad illud *Georg.*: *Illa malum virus*: Bene, inquit, ad discretionem epitheton addidit; nam virus et bonum et malum est, sicut venenum; nam idem est. Venit autem a Græco; nam illi φάρμακον medium habent, id est, bonum et malum. Vide Etymologicum magnum in v. φάρμακον. Unde adjectione alterius distinctio fit, ut in l. 9, § 1 D. *Ad leg. Aq.* d. l. 35; l. 7 D. *De lege Pomp. de parric.*; et l. 3, § 1, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*; et in lege quam interpretatur Cicero in *Cluentiana*: *Qui venenum malum fecit, fecerit.* Solinus cap. 44: *Veneni mali poculo animam expulit.* Vulgo tamen veneni appellatione magis intelligimus quod mortis causa datur. Glossæ, venenum, θανάσιμον φάρμακον: *Mortiferum medicamentum.* Vide Quintiliani declamat. 246: *Medicamentum quoque anceps verbum est.* Itaque mala medicamenta dicunt IC. in l. 4, § 1 D. *Famil. erc*; l. 3. D. *ad leg. Corn. de sic.*, et § 5 *Inst. de publ. jud.* Magis tamen obtinuisse videtur ut medicamenta dicantur quæ juvant, non quæ nocent, d. l. 236. Et abusive Varro Περὶ ἐξαγωγῆς, referente Nonio Marcello in medicamentum: quærit ibidem ab Annibale cur biberit medicamentum, id est, venenum.

(15) Lib. x, tit. 2. *Non venduntur.* Veneni mali non contrahitur emptio, emptio nulla est.

(16) *Ut in antidotis.* Antidotus ut legitur Flor. in l. 55, § 2 D. *De contr. empt.*, et A. Gellii lib. XVII, c. 16, ut Græce ἀντίδοτος, vel antidotum, contra venenum, ex pluribus conficitur, ut Mithridaticum antidotum quod ex rebus 54 componi scribit Plin. lib. XXIX, c. 1; licet autem venena misceantur, salubre tamen medicamentum est, ut venenum venenum solvitur. Antidoti igitur emptio contrahitur, et aliorum quæ mista aliis materiis naturam nocendi deponunt. De his accipiendus Homeri versus relatus in d. l. 236: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα. *Venena multa quidem bona mista.*

(17) Lib. XLVIII, etc. *Quædam pharmaca.* Ea sunt non mala venena.

(18) *Habet.* Theophrastus IX *Historiæ plant.*

(19) *Amatoria.* Galenus, lib. X, *De simplic. medic. fac.* non multo post initium. Xenophon Ἀπομνημ. 2, εἶναι καὶ φίλτρα οἷς οἱ ἐπιστάμενοι πρὸς οὓς ἂν βούλωνται χρώμενοι, φιλοῦνται ὑπ' αὐτῶν. Cicero, *pro Cluentio*; Epiphan. lib. I, t. III: synodus Reaticin. c. 25: Dæmones philtrorum auctores. V. Porphyr. p. 203, et Theodoret. *De Græc. pass.* ut, p. 47. De pœna eorum qui amatorium poculum dant, vide l. 38, § 5 D. *De pœn.* et dissertationem nostram 6. Vide et canones datos sub Edgaro, Anglorum rege, can. 41, pag. 467 Conciliorum Angliæ.

(20) *Ad conceptionem.* Συλληπτικόν. Glossæ: Συλλαμβάνω, ἐπὶ γυναικί, concipio.

(21) *Pigmentarius.* Scribonius Largus c. 22: Pigmentarii institores. Scholiastes Basilic. lib. LX, tit. 39, c. 3, § 3, πιγμενταρίοι (sic scribitur et in Glossis juris) εἰσιν, οἵ τινές εἰσιν ἀφωρισμένοι ἐπὶ τῷ τὰς βοτάνας συλλέγειν· qui destinati sunt colligendis herbis.

(22) *Cicutam. Homini quæ est acre venenum.* Lucretius. Glossæ: Cicuta, κώνειον, φάρμακον, ἐν τοῖς βουκολικοῖς, καὶ β' γεωργικῶν. Errat Glossographus, aut quod verius est, exscriptor: et omninò ita legendum est: Cicuta, κώνειον, φάρμακον. Cicuta... ἐν τοῖς βουκολικοῖς (ecl. 2 et 5), καὶ β' γεωργικῶν.

(23) *Salamandram, Pityocampen.* Galenus, lib. II, De simplic. medic. fac. circa finem.

(24) *Bubrostim.* Βουβρώστην. Basilica, βούβρωστιν. Sic etiam legitur Florentiæ, V. Nicandri Ther. et schol. p. 44 edit. Guil. Morelli. Plinio et aliis, Impresiis. Scribonius Largus c. 190: *Buprestis facit tumorem, stomachique infinitum dolorem, et inflat totum corpus in speciem hydropici.*

(25) *Mandragoram.* Meminit Nicander in Theriacis.

tharidas (26); pœna legis tenetur, ut digesto 3 dicitur. Legito etiam digestum ejusdem tituli primum.

Τίτλου τοῦ αὐτοῦ δίγεστον ιγ', Mod. Ὁ ποιῶν ἢ ἔχων ἀπηγορευμένας θυσίας τῷ de sicariis ὑπέκειται.

Τίτλος ιθ', δίγεστον λ'. Ὁ ποιῶν τι πρὸς τὸ διαστρέψαι τοὺς ἁπλουστέρους εἰς τὴν περὶ τὸ Θεῖον ἐρημίαν ἐξορίζεται.

Δίγεστον λη', Paulus. Ὁ δεδωκὼς τὸ πῶμα πρὸς φίλτρον ἢ ἀμβλωθρίδιον, κἂν χωρὶς δόλου, εὐτελὴς μὲν ὤν, μεταλλίζεται· τίμιος δέ, ἐξορίζεται μετὰ μερικῆς δημεύσεως. Ἐσχάτη δὲ τιμωρία ἐπάγεται, ἐάν τις ἐκ τούτου ἀπέθανε.

Βιβ μζ', τίτ. ι', δίγ. ιε', Οὐλπιαν. Ὁ παράφρονήσαί τινα φαρμάκῳ ποιήσας ἐνέχεται τῇ injuriarum.

Διγέστου τοῦ αὐτοῦ. Ἐὰν ἀστρολόγος, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπηγορευμένην μαντείαν μετιών, ἐρωτηθεὶς εἴπῃ κλέπτην τὸν δεῖνα, τῇ μὲν injuriarum οὐκ ἐνέχεται, ὑπόκειται δὲ ταῖς διατάξεσιν.

Περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων, καὶ ἀσθενῶν.

Βιβλίον λ', δίγεστον ρκδ', Paulus. Εἰς τιμὴν τῶν πόλεών ἐστι τὸ ληγατευόμενον εἰς ἀποτροφὴν ἀσθενῶν, παίδων, ἢ γερόντων.

Βιβ. λγ', τίτ. β', δίγ. λγ'. Σκαιόλα. Οὕτως εἶπον· *Τοὺς γέροντας καὶ ἀσθενεῖς μου ἀπελευθέρους ἐν τοῖς τόποις οἷς εἰσι, θέλω γηροκομεῖσθαι.* Δοκῶ λέγειν οὕτως αὐτοὺς διάγειν, ὡς ἐν ζωῇ μου διῆγον.

A Ejusdem tituli digestum 13, Modestinus. Lege de sicariis tenetur, qui sacrificia vetita facit aut habet.

Tit. 19, digesto 30, Modestinus. Qui aliquid facit, quo simpliciores in religione erga Numen vexentur (27), relegatur.

Tit. ejusdem digesto 38, Paulus. Qui poculum dederit amatorium (28), vel abortionis (29), licet absque dolo (30), si quidem vilis (31) est conditionis, in metallum damnatur: sin honorato loco (32) natus, parte bonorum publicata relegatur. Ultimum vero supplicium infertur, si quis ex eo mortuus fuerit (33).

Lib. XLVII, tit. 10, digestum 15. Ulpianus. Qui aliquem medicamento desipientem effecerit (34), in-
B juriarum tenetur.

Eodem digesto. Si astrologus, vel qui aliam (35) quamdam divinationem vetitam profitetur, interrogatus, aliquem furem dixerit, qui non est, injuriarum quidem non tenetur, sed constitutionum pœnis est obnoxius.

De puerorum, senum, et infirmorum alimentis.

Lib. XXX, digesto 124. Paulus. Ad honorem civitatum pertinet, quod in alimenta infirmorum (36), puerorum, aut senum legatur.

Lib. XXXIII, tit. 2, digestum 33, Scævola. Ita dixi: *Senes et infirmos libertos meos, in locis, in quibus nunc sunt, habere gerocomium* (37) *volo.* Dicere videor, ut ad eum modum degant, ad quem modum me vivo degebant.

Annibalis Fabroti notæ.

(26) *Vel cantharidas.* IC. [in d. l. 3. *Et id quod*
C *lustramenti causa, dederint cantharidas.* Hæc explicat Casaubonus ad Theophrasti Char. Sed verior est interpretatio Cujac. Observ. lib. XV, c. 27. Vide tamen an ibi legendum sit, *Et hi qui lust.* His autem quæ animotavit adde quæ sequuntur. Galenus de theriaca ad Pisonem: Κανθαρὶς μόνη μὲν διδομένη τὴν κύστιν ἄλγει, καὶ πολέμιον αὐτῆς ἐστι τὸ φάρμακον, καὶ ἀναιρεῖ τῇ ἰσχυρῇ δυνάμει τὸν ἄνθρωπον πολλάκις. Scribonius Largus c. 189: *Cantharides potæ stomachi dolorem morsumque excitant, præcipue vesicæ; quamobrem qui biberunt eas, difficulter urinam et cum sanguine reddunt, exulceratu scilicet vesica.*

(27) Tit. 19, dig. 30, *Vexentur.* Hæc lex non est in Basilicis.

(28) Tit. ejusdem, dig. 38, *Amatorium.* Amoris poculum, Glossæ: φίλτρον, amatorium, Πῶμα πρὸς φίλτρον, Basil. Vide supra ad Dig. 2.

(29) *Vel abortionis.* Ἀμβλωθρίδιον. Balsamon
D hic, et Basilica. Athenagoras in legatione pro Christianis, abortivum. Ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, Jul. Pollux, lib. II, c. 2, et lib. IV, c. ult. Synodus VI in Trullo, c. 95, medicamentum quo conceptum excutitur. Si plura desideras vide Joannis Henrici Meibomii eruditissimi viri Commentarium in jusjurandum Hippocratis, pag. 133 et seqq. *Politic.* I, 8; Amm. Marcell. p. 37.

(30) *Licet absque dolo.* Quia mali exempli res est, l. *Si quis* 38, *D. de pœn.* ut in l. 3, § 1, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit.

(31) *Si quidem vilis.* Εὐτελής, humilior.

(32) *Si honorato loco.* Τίμιος. Honestior. vetuste honestum pro divite posui notat Asconius in Ver. 5; Arnobius 7. advers. G.: *Si ex duobus facientibus res sacras, honestus unus et locuples, alter augusto lare.*

(33) *Mortuus fuerit.* Aristoteles, *Magnor. moral.* I, c. 17: Φασί ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τιν' δοῦναι πιεῖν. Εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ἀπὸ τοῦ φίλτρου· *Aiunt mulierem cuidam amatorium dedisse, qui ex eo decesserit.*

(34) Lib. XLVII, tit. X, dig. 15, *Desipientem eff.* Ut puta si quis amoris poculum dederit, quo mentem alicujus alienaverit. *Philtra nocent animis, vimque furoris habent*, vide d. exercitationem 6, tenetur et lege de veneficiis. Græci ad hanc legem.

(35) *Vel qui aliam.* Græci videntur legisse, *vel qui aliam quam.*

(36) Lib. XXX, *Infirmorum.* Puta puerorum aut seniorum.

(37) Lib. XXXIII, *Hab. in locis gerocomium.* In locis senescere patiamini.

LIBER TERTIUS.

ΕΚ ΤΩΝ

ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΚΩΔΙΚΑ ΝΕΑΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ.

EX

EDITIS POST CODICEM NOVELLIS.

TITULUS I.

De episcopis, et clericis, et monachis, et monasteriis.

I. *Lex, quomodo sint ordinandi episcopi, et presbyteri, et diacani, tam mares, quam feminæ.*

II. *De episcopis, et clericis.*

III. *Ut cum accedentis ad se jura præsides audire differunt, ab episcopis compellantur, ut id faciant, et quæ deinceps sequuntur.*

IV. *Ut clerici apud episcopos respondeant.*

V. *De Anthimi, et Severi, et Petri, et Zoræ depositione.*

VI. *Ne in privatis domibus res sacra mysteriorum peragatur.*

VII. *Ne quisquam ædificet oratorium domum absque voluntate episcopi, et quæ deinceps.*

VIII. *Ut quæ circa Viminacium sub Romanis sunt civitates, sub speciali sint archiepiscopo, non sub Thessalonicensi.*

IX. *Quod definitus sit numerus clericorum Majoris Ecclesiæ, atque reliquarum ecclesiarum.*

X. *Ut clerici ex alia ecclesia in alium transferantur, in deficientium statutum numerum.*

XI. *Ut quæ insinuativa vocantur in clericis, et quæ deinceps sequuntur.*

XII. *Ubi clerici quidam abscedunt, alios autem suo loco substituunt, et quæ deinceps.*

XIII. *De monasteriis et monachis, et quæ deinceps.*

XIV. *Quomodo vivere monachos oporteat.*

XV. *Constitutio, apud quosnam litigare monachi vel usecetriæ debeant.*

XVI. *Hæc constitutio priorem interpretatur constitutionem, de his, qui ingrediuntur in monasteria, et quæ deinceps.*

XVII. *De ordinatione episcoporum, et clericorum et de synodis, et oblatione.*

A

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ μοναστηρίων.

Α'. *Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄρρενάς τε καὶ θηλείας.*

Β'. *Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.*

Γ'. *Ὥστε ὑπερτιθεμένους τοὺς ἄρχοντας ἀκούειν τῶν τοῦ προεδρεύοντος δικαίων, συνελαύνεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων τοῦτο πράττειν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Δ'. *Περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἐπισκόποις ἀποκρίνασθαι.*

Ε'. *Περὶ καθαιρέσεως Ἀνθίμου, καὶ Σευήρου, καὶ Πέτρου, καὶ Ζωρᾶ.*

B

Ϛ'. *Περὶ τοῦ ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις ἱερὰν μυσταγωγίαν μὴ γίνεσθαι.*

Ζ'. *Περὶ τοῦ μηδένα κτίζειν εὐκτήριον οἶκον χωρὶς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Η'. *Ὥστε τὰς περὶ τὸ Viminacium γενομένας ὑπὸ Ῥωμαίους πόλεις ὑπὸ ἴδιον ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μὴ μὴν ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης.*

Θ'. *Περὶ τοῦ ὡρισμένον εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν.*

Ι'. *Περὶ τοῦ κληρικοὺς ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας μετατίθεσθαι εἰς ἕτερα, εἰς τὸν τῶν λειπόντων καὶ στατούντων ἀριθμόν.*

C

ΙΑ'. *Ὥστε τὰ καλούμενα ἐμφατικὰ ἐπὶ τῶν κληρικῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΒ'. *Ἔνθα τινὲς ἀφίστανται κληρικοί, ἕτεροι δὲ ἀντικαθίστανται, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΓ'. *Περὶ μοναστηρίων, καὶ μοναχῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΔ'. *Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βιοῦν μοναχούς.*

ΙΕ'. *Διάταξις, παρὰ τίσι δικάζεσθαι μοναχοὺς ἢ ἀσκητρίας.*

ΙϚ'. *Ἡ διάταξις ἑρμηνεύει τὴν προτέραν διάταξιν, τὴν περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς μοναστήρια, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΖ'. *Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν καὶ περὶ συνόδων, καὶ προσομιδῆς.*

ΤΙΤΛΟΣ Β'.

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Α'. *Περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἀνταλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Β'. *Περὶ διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν κεφαλαίων.*

Γ'. *Περὶ ἐκκλησιαστικῶν τίτλων.*

Δ'. *Ὥστε τὴν Ἐκκλησίαν Ῥώμης ἔχειν τὴν τῶν ἑκατὸν ἐνιαυτῶν παραγραφήν.*

Ε'. *Διάταξις ἀναιροῦσα τὴν τῶν ρ' ἐνιαυτῶν παραγραφὴν ἐπὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκων.*

Ϛ'. *Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν.*

Ζ'. *Περὶ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἁγίας Ἀναστάσεως, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Η'. *Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκποιήσεώς τε καὶ καταβολῆς.*

Θ'. *Ὥστε τοῦ λοιποῦ ἀμείψεις ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ ὡς ἔτυχεν γίνεσθαι πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Ι'. *Περὶ τοῦ τὰ γήδια, ἢ οἴκους, ἢ ἀμπελῶνας καταλιμπανομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, ἢ εἰς ἀποτροφὴν πτωχῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΑ'. *Περὶ τῶν ἐργαστηρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΒ'. *Ἡ διάταξις τάττει τὰς ὀφειλούσας γίνεσθαι περὶ τῶν τελευτώντων κηδείας.*

ΤΙΤΛΟΣ Γ'.

Περὶ αἱρετικῶν, καὶ Ἰουδαίων, καὶ Σαμαρειτῶν.

Α'. *Περὶ αἱρετικῶν καὶ γαμετῶν αὐτῶν.*

Β'. *Περὶ Σαμαρειτῶν.*

Γ'. *Περὶ Σαμαρειτῶν ἀναιροῦσα τὴν πρὸ ταύτης.*

Δ'. *Ἴδικτον περὶ αἱρετικῶν.*

Ε'. *Ὥστε ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλομένοις Ἑβραίοις ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν διὰ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς, ἢ τῆς Ἰταλικῆς, ἢ καὶ διὰ τῆς τῶν ἄλλων γλώττης συμμεταλαμβανομένης τοῖς τόποις, ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς Γραφάς. Καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΤΙΤΛΟΣ Α.

Περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ μοναστηρίων.

Α'. Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἄρρενάς τε καὶ θηλείας.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

Μέγιστα ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα Θεοῦ. Ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος ἐπὶ χρηστῇ μαρτυρείσθω ὑπολήψει, καὶ μὴ ἔστω βουλευτὴς ἢ ταξεώτης, καὶ καντηχούμενος ἀνεπίληπτος εἴη, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος τε καὶ ἱερεῖ πράπων. *Si venerabilis et laudabilis, et undique irreprehensibilis sit, et a bonis testimonium habeat, et sacerdotem decens.* Σεμνός, in nov. cxxiii, c. 1 : καὶ σεμνοῦ εἶναι βίου. Julianus et vetus interpres, *honestæ esse vitæ.* In Glossis autem σεμνὸς exponitur *venerabilis, castus.* Sic vetus interpres Pauli ad Titum, c. II. vers. 2 : Σεμνὸν *pudicum* interpretatur. Glossa

TITULUS II.

De rebus et titulis ecclesiasticis.

I. *Ut res ecclesiasticæ non alienentur, aut permutentur, et quæ deinceps.*

II. *De diversis capitulis ecclesiasticis.*

III. *De titulis ecclesiasticis.*

IV. *Ut Ecclesia Romana centum annorum præscriptionem habeat.*

V. *Constitutio, quæ centum annorum præscriptionem abrogat in ædibus oratoriis.*

VI. *De ecclesiis constitutis in Africa.*

VII. *De ecclesia Sanctæ Resurrectionis, et quæ deinceps.*

VIII. *De rerum ecclesiasticarum alienatione ac solutione.*

IX. *Ut in posterum rerum ecclesiasticarum permutationes non fortuito fiant erga religiosissimum imperatorem, et quæ deinceps.*

X. *Ut qui agros, aut domos, aut vineas Ecclesiæ Mysiæ relinquunt ad redemptionem eapitorum aut ad alimenta pauperum, et quæ deinceps.*

XI. *De officinis ecclesiæ Constantinopolitanæ, et quæ deinceps.*

XII. *Hæc constitutio sumptus ordinat, qui in decedentium funeribus fieri debent.*

TITULUS III.

De hæreticis, et Judæis, et Samaritis.

I. *De hæreticis, et eorum uxoribus.*

II. *De Samaritis.*

III. *De Samaritis, quæ constitutionem ante hanc latam abrogat.*

IV. *Edictum de hæreticis.*

V. *Ut licitum sit Hebræis, siquidem velint, in synagogis suis vel Græca, vel Itala, vel aliorum populorum lingua, cum locis ipsis mutanda, legere Scripturas sacras, et ut expelluntur e quovis loco, qui judicium, vel resurrectionem negant, aut angelos non esse Dei creaturam dicunt.*

TITULUS I.

De episcopis, et clericis, et monachis, et monasteriis.

I. Lex, quomodo sint ordinandi episcopi, et presbyteri, et diaconi, tam mares quam feminæ.

Imperator Justinianus Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano.

Maxima sunt dona, quæ a Deo concessa sunt hominibus. Qui ordinandus est episcopus, existimationis bonæ (38) testimonium habeat, nec sit

Annibalis Fabroti notæ.

(38) Existimationis *bonæ.* Ἐπὶ χρηστῇ μαρτυρείσθω ὑπολήψει : *Testimonium vitæ honestiaris habeat,* ut in l. 2 *C. de his qui ven. æt. imp.* Testimonium vitæ honestioris edoceant. Basilica, ibid. Ὑπολήψεως ἀγαθῆς μαρτυρούμενοι. Ὑπόληψις exponitur in Glossis, opinio, existimatio. Eaque ἀγαθὴ vel χρηστὴ passim in Basilicis dicitur de viris integræ opinionis, vel existimationis. Justinianus nov. VI, cap. 1 : Εἴ τις σεμνός τε καὶ ἄμεμπτος

curialis, aut apparitor, nisi a prima ætate vitam solitariam amplexus, a curia liberatus sit, quarta parte patrimonii sui curiæ præstita. Cæterum laicus (39) non statim ad episcopatum traducitor, nec cum concubina (40) episcopus cohabitato, vel liberos habeto (41), vel uxorem secum degentem (42): sed virgo sit ea conjux (43), quæ olim a

A τῆς, εἰ μὴ ἐκ νέας μονάσας ἡλικίας ἐλευθερωθῇ τῆς βουλῆς. τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως τῷ βουλευτηρίῳ παρασχόμενος. Μὴ εὐθὺς δὲ λαϊκὸς εἰς ἐπίσκοπον παραγέσθω, μηδὲ παλλακῇ σύνοικείτω, ἢ παῖδας ἐχέτω, ἢ γαμετὴν συζῶσαν· ἀλλ' ἢ παρθένος ἔστω ἡ γαμετὴ, ἐκ παρθενίας πρώην συζήσασα. Μὴ γινέσθω δὲ ἐπὶ δόσει, ἵνα μὴ καὶ ὁ δέδωκεν

Annibalis Fabroti notæ.

σημόνης, *prohibita*. Justinianus autem hæc sumpsit ex I epist. Pauli ad Tim. c. III, 2, et ad Titum, c. I, 7. B. Hieronym. sic eas exponit adv. Jovinianum.

(39) *Cæterum laicus non statim*. Jure civili per gradus honores geruntur; et majorem magistratum quis gerere non potest, nisi prius minorem susceperit, l. *Quæ utiliter* 45. *D. De neg. gest.* et l. *honor.* 14, § *Gerendorum* 4. *D. De minor. et honor.* In sacris etiam Eleusinis prius mysta fiebat, quam epopta institueretur, id est, priusquam admitteretur ad inspectionem arcanorum, et annus interponebatur tentamenti causa. Similiter ad majores Ecclesiæ dignitates quis non promovetur, nisi minoribus prius functus sit. Itaque laicus repente et mediis neglectis non eligitur episcopus, sed κατὰ βαθμοὺς διεξελθόν, ut de Dionysio Areopagita scribit Simeon Metaphrastes M. Octob. Quod et Sardic. concilii can. 10 cautum est. B. Cyprian. 52, ad Antonianum de Cornelio P.: *Non ipse ad episcopatum pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, et in divinis administrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit.* B. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Fit clericus et per solitos gradus presbyter ordinatur.* Eleganter S. Gregor. Nazianz. orat. I, ὡς μόλις. Et ipse in oratione 20. Idemque in laudem Anastasii: Καὶ πᾶσαν τὴν τῶν βαθμῶν ἀκολουθίαν διεξελθών, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συντέμνω, τὴν τοῦ λαοῦ προεδρίαν πιστεύεται· *Cunctisque ecclesiasticorum gradurum muneribus deinceps perfunctus, ut quæ media sunt resecem, populo præficitur.* Zosim. epist. 9; B. Chrysost. *De sacerdotio*; Fulbertus, p. 47; P. Chrysologus, p. 412; Anast. *De Vitis PP.*; synod. VIII C.P. sub Adriano II, c. 5, tom. III *Concil.* p. I, sect. 2, p. 673, collat. 2, *Conc. Barcinon.*, c. 3, tom. II, conc. II, p. 303, collat. I, can. 10; *Concil. Sardic.* et *Synod. Const.* c. 17; Vigilius papa, epist. 4; Fulgentius Ferrand. in Breviatione canonum, § 2: *Ut quicunque laicus ad episcopatum eligitur prius annum in ministerio per omnes gradus transeat*, ex concilio Suffetulensi.

Itaque Goffridus abbas Goffrido Carnotensi episcopo objicit quod ante sacros ordines episcopus electus sit, epist. 27, l. 3. Idemque exprobrat Raynaldo Andegavensi, epist. 2, lib. III: *Omnes postmodum*, inquit, *ordines sed sine ordine, quia in octo diebus, et non certis temporibus, accepistis propter episcopatus ambitionem.* Nec sincerius apud Græcos prisci Patrum canones observati: Georgius Acropolites; Manuel Arsenius, p. 423 b. Sed hæc non ita semper rigide observata: nam ex diaconis etiam assumebantur episcopi, Leo Magn. in Epistolis.

Itaque Nicolaus I, in epist. 6, graviter conqueritur quod Photius D. Ambrosii et Nectarii exemplo (de quibus Sozomen. VII, 8; Socrat. IV), ex laico, etc., et summus pontifex apud Krantz. *Hist. Brem.* lib. VII: *Vidimus*, inquit, *electum vestrum, placet persona, placet scientia, placet eloquentia: placent etiam, quantum noximus, mores. Verum modus electionis displicet, præsertim quia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed acoluthatum electus.* Sic Demetrius statim mysta fieri et epoptes voluit, et tanquam res insolita et nova novata, ut scribit Plutarchus in Demetrio. et Philochorus apud Harpocrationem. Ex hac novella non ordinatur episcopus ex monachis vel clericis, nisi sex mensibus inter clericos consiterit. Ex novella autem CXXIII, cap. 1, § ult., laicus etiam ad episcopatum electus ordinatur tantum post tres menses a cooptatione in clerum.

Interdum tamen ex causa et dispensatione summi pontificis gradatim non ascenditur. Auctor *Histor. PP. Rom. qui in Gallia sederunt*, in Clemente VI: *Facta autem hujusmodi ordinatione, religiosus effectus est, et habitum Prædicatorum assumpsit: dictus vero papa demum ipso instante et procurante Joanne rege Franciæ memorato jam suo successore effecto, fecit patriarcham Alexandrinum, et Ecclesiam Rhemensem sibi perpetuo commendavit, et causa ipsum honorandi magis, ne forte a præmissis in posterum posset resilire, in propria nocte Natalis Domini ipsum ad omnes sacros ordines uno contextu ordinavit.*

(40) *Cum concubina*. Balsamon p. 961. Robertus monachus cœnobii S. Mariani apud Altissiodorum in Chronico Altissiodorensi: *Uxorum quoque et concubinarum contubernia presbyteris, diaconibus, subdiaconibus ibi* (in concilio Remis indicto) *sunt penitus interdicta.*

(41) *Vel liberos habeto, vel uxorem*. Qui uxorem habebat initio nascentis Ecclesiæ ad episcopatum vocari poterat; cum uxore tamen veluti cum sorore versabatur apostolorum exemplo, de quibus Clemens Alexandrinus Stromate II. Noti sunt versus Venantii Fortunati de Placidina Leontii episcopi Burdigalensis uxore:

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,
Quæ tibi tunc conjux, est modo chara soror.

Quæ erat arcana germanitas, ut loquitur Paulinus epist. 2, ad Victricium. Et cum inhiberentur consortia extranearum mulierum, excipiebatur tamen quæ uxor ante sacerdotium fuerat, l. *Eum qui*, 19, *C. de episc. et cler.* De continentibus Epiphanius in compendio veritatis Ecclesiæ. Sed tandem placuit ut nonnisi cælebs episcopus crearetur et orbus, novel. CXXXVII, c. 2, quæ quidem abrogata est quod ad liberos attinet, et ideo relata non est in Basilicis propter novellam II Leonis, ut scribit Balsamon ad canonem 48 sextæ synodi.

(42) *Uxorem secum degentem*. Ex sententia Balsamonis, qui uxorem superstitem et convivantem habet, episcopus creari non potest, sed tantum qui ætatem caste egit, vel certe qui quondam uxorem virginem duxerit. Certum est enim Petrum apostolorum principem uxorem habuisse. De Paulo non convenit; uxorem enim habuisse tradit Clemens Alexandrinus *Stromatum* III, alii contra putant. Theodoretus Cyrensis ex Epistola Pauli ad Corinthios.

(43) *Sed virgo sit ea conjux*. Locus leviter corruptus in Græcis, graviorem in errorem compulit. Sic igitur restituendus est, ἀλλ' ἢ π. ἐ. ἡ γαμετὴ ἐκ παρθενίας π. σ. *Sed aut ipse virgo sit, aut uxor quæ prius ei nupserat, virgo fuerit.* Vide novell. Justin. c. 1, § 3. Innocentius epist. 2, ad Victricium Rotomagensem, cap. 4: *Mulierem clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, nec ejectam mulierem*, id est, jam virum expertam.

ἀπολέσῃ, τῇ ἐκκλησίᾳ τούτου προσκυρουμένου, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκπέσῃ. Μὴ ἔστω ἄπειρος δογμάτων. Γινέσθω δὲ ἐκ μοναχῶν, ἢ ἐν κλήρῳ φῶς ἧλαττον μηνῶν ἓξ καταλεγείς, ὁμολογῶν τοὺς ἱεροὺς φυλάττειν κανόνας. Ὁ γὰρ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἢ χειροτονῶν τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτει.

A virginitate cum eo vixerit. Per largitionem (44) ne creator, quo nec id (45), quod dedit ecclesiæ applicatum amittat, et ipso pontificatu privetur; Ne dogmatum imperitus esto (46). Monachorum é numero (47) deligitor, vel qui non minus sex mensibus (48) clericatui fuerit ascriptus; et qui spondeat, sacros se canones servaturum. Nam qui præter hæc vel ordinatur, vel ordinat; pontificatum amittit.

Ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς βλαβέ τι ὑπὲρ χειροτονίας, καὶ τὰ δοθέντα τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποκαταστήσει· καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεται. Εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ λαβών, διπλοῦν τὸ ληφθὲν ἀποδώσει τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται, ἐκπίπτων καὶ ἧς ἔχει τυχὸν ἀρχῆς τοῦ δεδωκότος ἐπισκόπου μηδὲ ἣν εἶχε πρότερον ἱερατικὴν ἀξίαν ἐνδικεῖν δυναμένου.

Si quid episcopus, aut clericus, ordinationis nomine acceperit (49), et data restituat ecclesiæ, et a sacerdotio removetur. Sin laicus est, qui accepit, duplum ejus, quod accepit, ecclesiæ solvet, et exsilio perpetuo damnabitur, cum quoque magistratum amittens, quem forte gerebat: nec qui dedit episcopus, illam quoque dignitatem sacerdotalem vindicare sibi poterit, quam prius B habebat.

Ὁ χειροτονῶν ἐπίσκοπον εἰς ἐπήκοον παντὸς τοῦ λαοῦ προσαγορευέτω τῷ μέλλοντι χειροτονεῖσθαι· ὡς μαθὼν αὐτὸν πάντα ἔχειν τε καὶ φυλάττειν τὰ προειρημένα, ἐπιτίθησιν τῷ τὴν χειροτονίαν.

Qui episcopum ordinat, audiente universo populo compellet eum qui ordinandus est: quod cum norit eum habere ac servare omnia prædicta, manus eidem imponat.

Ὁ βουλόμενος κατηγορείτω τοῦ μέλλοντος χειρο- Quicunque vult (50), accuset eum, qui ordi-

Annibalis Fabroti notæ.

Hilds. cap. VII, vers. 8, ibi: *Si sic permanserint, sicut et ego.* Ἔδειξε πάλιν, inquit, ἑαυτὸν τῆς τῶν ἀγάμων ὄντα συμμορίας· *Ostendit rursus se esse ex ordine eorum qui uxores non duxerunt.* Hugo tamen Grotius in annotationibus ad d. Epistolam scribit, ex eodem loco non improbabiliter colligi, Paulo fuisse uxorem, sed cum hæc scriberentur, mortuam. Vide hac de re disserentem Jacobum Usserium archiepiscopum Armacanum in epistolas C Ignatii prolegomenon cap. 17. Sed sive Paulus uxorem habuerit, sive non, satis est, Petro uxorem fuisse, ut dicatur, conjugatum etiam primæ sedis episcopum constitutum fuisse. Licet autem Petrus uxorem habuerit, maritum tamen esse desiisse constat; nam ut est in canonibus Ælfrici ad Wiphinum episcopum, quamprimum factus est discipulus Christi, qui castitatis exemplum præbuit, uxorem dereliquit et mundana omnia. Petri ad exemplum totus clericorum ordo compositus est. Conjugatus igitur episcopus creari quidem potuit, ut Clemens *Constitutionum* lib. II, c. 2: *Inquirendum*, ait, *an honestam uxorem habeat, vel habuerit; sed non aliter quam si castitati perpetuæ se astringeret.* B. Hieronym. epistola 50, ad Pammachium; et 1, contra Jovinian. Concil. Arelat. II. Vide can. *Episcopus*, et seq., distinct. 31; Paulin. epist. ad Aprum episcop. epist. 5; Concilium Carthaginense, II, c. 2: *Omnibus placet ut episcopi, presbyteri, et* D *diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant.* Ab omnibus dictum est: Placet ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur qui altario deserviunt. Concilium Arelat. II. Gregor. Nazianzen. orat. 19. Conjugati enim non sunt ordinandi, d. conc. Arelat. II, c. 2; Agathense, can. 16; Arausic., c. 22; Tolet. II. Quod etiam statutum est can. 42, synod. VI in Trullo, ad quem vide Zonaram, et ad can. 30 et 48. Vide Balsamon. in synod. V in Trullo, can. 48; et ad can. 5 apostol. et Zonaram p. 139. Itaque cum Joanni Cantacuzeno objicerent episcopi Joannem quemdam ad patriarchatum evehi non posse, quod conjugem et liberos haberet, respondit ipse obicem hunc tolli posse, si Joannes uxoris consuetudine non uteretur, cætera sit idoneus, lib. II *Historiæ*, cap. 21, τοῦτο κώλυμα καθάπαξ ἀποστησομένου. Sic Joannes Glycys cum uxorem et liberos habens patriarcha Constantinopolitanus esset, uxor ejus statim habitum monasticum induit, ut scribit Nicephor. Gregor. *Histor.* VII. Vide Gregorium Turonensem, lib. I, cap. 44. De conjugio presbyterorum vide Gregor. Nazianz. epist. 40 et 93; in Addit. de Theoseb. De uxoribus clericor. concilium Turonicum I; concil. Matiscon. c. 11; Agathense c. 9. Et manebat lex conjugalis, conc. Toletanum III, c. 5. Vide quæ dixi ad l. 47 sup. de epise. et cl. Auctor *Constit. apostol.* lib. II, c. 2, qualis esse debeat episcopus, si uxorem honestam habeat, vel habuerit. Vide etiam Leonis M. decreta p. 406.

(44) *Per largitionem.* Vide dicta ad l. 30, sup. *de Episc. et cler.*

(45) *Quo ne id.* Vide Novellam VI, c. 1, § 9; et Nov. CXXIII, c. 2, § 1.

(46) *Ne dogmatum imperitus esto.* Sozomenus, lib. IV, cap. 25, scribit Nonnum episcopatu exauctoratum, quod nonnullos sacrarum litterarum legumque Ecclesiæ ignaros, et vitam inconsiderate dissoluteque instituentes, episcopos designasset.

(47) *Monachorum e numero.* Joannes Cassianus, collat. 11, c. 2: *Qui raptus de anachoretarum cœtu, et episcopus Panephisi oppido datus, tanta districtione omni ævo suo propositum solitudinis custodivit, ut nihil de præteritæ humilitatis tenore laxaverit, aut de adjecto sibi honore blandius sit.* Marcellinus comes in Chronico: *Severus Eutychetis perfidiæ, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani antistitis ex monacho occupavit.* Epiphanius in Comment. Eccl. p. 9; S. Sev. Sulpitius, *De Vita sancti Martini.*

Monachi tamen episcopi non fiunt sine licentia. Vide notas Sirmondi ad cap. Caroli Calvi, p. 54; vide tamen Judicem, et synodum VIII, sub Adriano, c. 26. Patriarcha ex monacho, vide Nicephor. Gregoram, p. 116 in fin. et 117 in medio; Chronic. Constantinopol. p. 400, in fin. et 423; Crantzium, *Histor. Bremens. Eccles.* lib. VIII, cap. 9.

(48) *Non minus sex mensibus.* Hoc mutatur Novella CXXIII, c. 1, § 2; sufficiunt enim tres menses.

(49) *Ordinationis nomine acceperit.* Vide Novell. Isaaci Comneni apud Balsamonem ad *Nomoc.* Photii, tit. I, c. 24.

(50) *Quicunque vult.* Vetus Ecclesiæ mos in or-

nandus est episcopus: ut instituta quæstione, si probatum fuerit eum veritatem dicere, ordinatio inhibeatur; sin eum culpæ constiterit expertem esse, qui ordinandus est, vel si accusator desecerit accusationem, fiat ordinatio. Sed tamen accusator ipse perpetuæ excommunicationis (51) pœnæ subjicietur. Quod si negligatur examen accusationis, tam is, qui ordinavit, quam qui ordinatus est, sacerdotio privatur.

A τοιοῦτος ἐπισκόπου· ἐπὶ ζητήσεως γενομένης, εἰ ἀποδειχθῇ ἀληθεύων, ἐπισχεθῇ ἡ χειροτονία. Εἰ δὲ ἀνεύθυνος φανῇ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, ἢ ὁ κατήγορος ἐκλίπῃ τὴν χειροτονίαν, [ἢ τὴν κατηγορίαν] ἡ μὲν χειροτονία γίνεται, αὐτὸς μόνος ὁ κατήγορος ἀεννάου ἀκοινωνησίας ὑποβληθήσεται. Παροραθείσης δὲ τῆς ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ ἐξετάσεως, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ὁ χειροτονηθεὶς τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτουσι χωρὶς θείων γραμμάτων.

Absque litteris principis (52) nullus episcopus (53) ultra annum absit ab ecclesia sua. Sin hoc fecerit, et canonice citatus a patriarcha suo vel metropolitano fuerit, ac non comparuerit, ab episcopatu removetor, et alius ordinator.

Μηδεὶς ἐπίσκοπος ὑπὲρ ἐνιαυτὸν τῆς ἰδίας ἀπολιμπανέσθω ἐκκλησίας. Εἰ δὲ τοῦτο πράξῃ, καὶ κληθεὶς κανονικῶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου μὴ παραγένηται, ἐκβαλλέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ ἕτερος χειροτονείσθω.

Nullus episcopus absque commendatitiis litteris (54) archiepiscopi sui (55), vel metropolitani,

B Μηδεὶς ἐπίσκοπος χωρὶς συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἀρχιεπισκόπου ἢ μητροπολίτου ἀνίτω ἐν

Annibalis Fabroti notæ.

dinandis episcopis, ut plebe præsente detegerentur malorum crimina, vel bonorum merita prædicarentur: cujus moris testis est præter alios Zonaras ad can. 1 apostolorum. Itaque licebat cuilibet ordinandum accusare.

(51) *Perpetuæ excommunicationis.* Photius *Nomocanonis* tit. 4, c. 8, scribit hoc satis novum esse ut accusator episcopi, si non impleverit accusationem, perpetuæ excommunicationi subdatur: et ideo id non stare in libris Basilic. sicut nec illud quod cavetur in Novella CXXIII, cap. 2, accusatori provincia in qua lares posuit interdici: humanius autem agi novella CXXXVII, c. 5; clericum enim qui litem destituit, de gradu suo dejici, laicum autem competenti pœnæ subjici.

(52) *Sacris litteris exceptis.* Hunc locum non intellexit Interpres, qui sic erat vertendus: *Absque litteris principis nullus episcopus*, etc., ab illis igitur verbis incipiendum est novum thema. Justinianus dixerat κατὰ κέλευσιν βασιλικήν. *Jussu principis.* Epitome canonum Adriani Pontificis ex concilio Sardicensi: *Ut episcopi ad comitatum non vadant, nisi ab imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subventuri.* Vide Novell. CXXIII.

(53) *Nullus episcopus ultra annum.* Cresconius in Breviario canonico, c. 160: *Quod non liceat episcopo a sua Ecclesia plus tribus hebdomadibus abesse* Concilio Sardic. tit. 21.

(54) *Absque commendatitiis litteris.* Ex commendatitiis, seu commendatoriis probatur proficiscendi licentia. De his vide Constantinum Harmenopulum in Epitome cann. sect. 1, et ad Can. apostol. sect. 2, tit. 3; Balsamon. in can. 11 synod. Chalced; Theophanes: μετὰ γὰρ γραμμάτων συστατικῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπέλυσεν· *Cum litteris commendatitiis in Alexandriam dimisit.* S. Basilius epist. 11; Julius Pollux in Chronicon: Ἰουλιανὸς τοὺς δήμου, ἀπατᾷν οἰόμενος τὰς Χριστιανῶν εὐποιίας μιμεῖσθαι καθυπεκρίνατο. Διὸ ξενῶσι καὶ πτωχείοις χορηγεῖσθαι προσέταττε, καὶ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς ἐσπούδαζε γράφεσθαι, καὶ τὰς λοιπὰς εὐσεβείας ἤθελε γίνεσθαι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ ἐπιστολὴ, ἣν πρὸς Ἀρσάκιον τὸν ἀρχιερέα τῶν ἐν Γαλατίᾳ Ἑλλήνων ἐπέσταλκεν: *Julianus cum populum decipere existimaret, Christianorum laudandas actiones imitari simulabat. Itaque res ad victum necessarias, xenonibus et ptochiis erogari præcepit, et commendatorias litteras scribi, et alia pietatis officia peragi voluit: quod ostendit epistola quam ad Arsacium paganorum in Galatia patriarcham misit.* Capit. Caroli M. Aquisgranense concil. cap. 3. Item in eodem concilio, nec non et in Antiocheno can. 20: *Ut fugitivi clerici et peregrini a nullo recipiantur, nec ordinentur sine commendatitiis litteris, et sui episcopi vel abbatis licentia.*

Litteræ commendatitiæ dicuntur quia eos qui migrant, commendant episcopis, non suis. Paulinus Nolanus in epistola 21, ad Amandum episcopum: *Marium portitorem hujus epistolæ commendatum specialiter unanimitati tuæ, ut sicut rogavimus sanctum episcopum et patrem nostrum, ita ordinetur a vobis.* Ebroinus Bituricensis in Formata ad Magnonem Senonensem archiepiscopum: *Has litteras commendatitias more ecclesiastico factas, ad sanctitatem vestram misimus, ut scire valeat Deo digna charitas vestra, eum nec fuga lapsum, nec sua malitia a nobis ejectum, sed nostra voluntate destinatum.*

Hæ litteræ etiam dicuntur dimissoriæ. Synodus Trullana ἀπολυτικὰς vocat; Glossæ Græcolatinæ ἀπολυτική, id est, *dimissoria.* Clerici enim qui in alia diœcesi mansuri erant, absolvebantur et dimitC tebantur ab episcopo proprio, ut in Formata Wolfeonis Constantiensis episcopi ad Bernaldum Argentariensem: *Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, et nostris ex partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite.* Dicebantur et canonicæ, ut in Formata Hincmari Remensis ad Æneam Parisiensem, et in Formata Ratbodi Trevirensis episcopi ad Robertum episcopum Metensem. Denique Formatæ dictæ passim in conciliis, quoniam in illis τύπος seu forma signi episcopalis impressa erat. Vigilius Papa in Epistola ad episcopos Galliæ: *Illud pari auctoritate mandamus, ne quisquam sine prædicti fratris et coepiscopi nostri formata tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci.* Et in epistola ad Aurelianum episc. Arelatensem: *Ne quis sine formata tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci, sed ut consuetudinem illam debeant custodire, quam constat semper nostræ sedis habuisse vicarium, et a vobis formatam postulent, si causarum D suarum necessitate compulsi ad longiora itinera destinare disponunt.* Vide B. Augustin. epist. 163 et eruditissimum Sirmondum ad Sidonium.

Dimissoriæ proprie pertinent ad eos, qui in aliam parœciam sive diœcesim transibant, ut in ea perpetuo manerent, ut in d. formata Wolfeonis et in formata Heddonis ad Rodulphum Lauduneusem. Et hoc modo episcopus commendatum per dimissoriam acquirit, ut Joannis VIII epist. 138, ad Vulgarium monach. Commendatitiæ vero pertinent ad eos, qui ad tempus migrabant; puta si privati alicujus vel publici negotii causa abituri essent, vel ad comitatum irent, id est, ubi princeps degeret, *à la Cour.*

(55) *Archiepiscopi sui.* Episcopus sine litteris metropolitani, metropolitanus sine litteris archiepiscopi ad comitatum venire prohibetur. Balsamon hic ἀρχιεπίσκοπον πατριάρχην Nov. VI, c. 2 et 3, *regionis patriarcham* vertit. Julian. nov. VI, num.

Κωνσταντινουπόλει. Τὸν δὲ οὕτως ἀνιόντα χρὴ πρῶτον παραγίνεσθαι πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἢ τοὺς ἀποκρισιαρίους τῆς κατ' αὐτὸν διοικήσεως, κἀκείνοις κοινοῦσθαι τὸ πρᾶγμα· καὶ εἰ δεήσοι, δι' αὐτῶν, ἢ διὰ ῥαφερενδαρίων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας πρὸς βασιλέα μηνύεσθαι.

Χρὴ τὸν χειροτονούμενον κληρικὸν ἄμεμπτον καὶ γραμμάτων ἔμπειρον εἶναι, καὶ μήτε ἐκ ταξεωτῶν ἢ βουλευτῶν, εἰ μὴ κατὰ τὴν πρότερον οἰηθεῖσαν διάταξιν· μήτε δεύτερον γάμον, ἢ παλλακὴν συνοικήσαντα, ἢ γυναῖκα ἔχοντα μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συναφθεῖσαν, χειροτονεῖσθαι αὐτὸν προῖκα χωρὶς

A Constantinopolim (56) adeat. Qui vero sic ad**ve**nerit, primum accedere debet ad sanctissimum archiepiscopum Constantinopolitanum, vel ad dioecesis ejus apocrisiarios (57), quibuscum negotium communicetur, ac si quidem opus erit, per eos, vel per ecclesiæ Majoris referendarios (58), imperatori significetur.

Clericum, qui ordinatur, oportet expertem esse reprehensionis (59), et litterarum peritum (60), nec ex apparitoribus (61), aut curialibus, nisi secundum ordinem prius positum. Nec eum, qui secundas contraxerit nuptias (62), vel qui cum concubina contubernium habuerit, aut qui uxorem

Annibalis Fabroti notæ.

25, 26. Vetus interpres, *regionis aut diœceseos patriarcham*. Fulgentius in Breviat. Canon. cap. 46. Zosimus PP. in epist. 5, ad episcopos Galliæ.

(56) *Constantinopolim*. In sacrum comitatum. B. Ambrosius de obitu Valentiniani: *Jussit eum ad comitatum venire*. Ammian. lib. XIV: *Ad comitatum imp. vinctum perduceret*. Gesta de nomine Acacii: *Ut ad comitatum vicibus clerici dirigantur*. Justinian. d. nov. VI, c. 3. πρὸς τὴν βασιλείαν: vet. interpres, *ad imperium*. Anastasius Bibliothec. de vit. PP.: Ne ignoti sine commendatitiis. Vide Alexandri III, epist. 19. 1 coll. in fine. Vide capit. Car. M. p. 8 et 90, 223, 232, b. cod. LL. Antiq. p. 868, tom. III, concil. p. 611, vid. quæ diximus ad tit. 3 l. 3 l. cap. 22.

(57) *Diœcesis apocrisarios*. Episcopi per apocrisarios suos, vel referendarios Magnæ ecclesiæ causas propter quas in comitatum venerunt exponunt, et responsum impetrant. Vide glossaria nostra ad Cedrenum et Nicetam, et Photii Bibliothecam, p. 266.

(58) *Referendarios*. Glossæ Juris. ῥαιφερενδάριος ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. *Referendarius qui responsa fert*. Item ῥαιφερενδάριος, ὁ τὰ ῥηθέντα ἀναφέρων ἀπό τινος· *qui dicta ab aliquo refert*. Erant autem non in ecclesia modo, sed et in palatio.

(59) *Expertem esse reprehensionis*. Clerici et episcopi debent esse irreprehensibiles, ut præscribit D. Paulus in Epist. ad Timoth. cap. III, v. 2. *Quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis*, ut est in can. 2, concil. Arvernens.: Τὸν γὰρ ἄρχοντα φωστῆρα δεῖ εἶναι, ὥστε πρὸς τοῦτον πάντας ὁρῶντας φωτίζεσθαι, καὶ ὁδηγεῖσθαι. *Illum enim qui aliis præest, veluti stellam esse oportet ad omnes in ipsum intuentes illuminandum et dirigendum*, ut ait Theophylactus in D. Pauli Epistolam. Et vita clericorum innoxia et inexpiata esse debet. Et illi vitæ integri, scelerisque puri. Verum hoc ita intelligendum est, ut episcopus aut clericus non sit ἀναμάρτητος et impeccabilis, sed irreprehensibilis quantum humanæ naturæ fragilitas patitur. S. Hieronymus lib. I, contra Pelagianos: *Vult certe Deus talos esse episcopos, sive presbyteros, quales vas electionis docet. Primum quod dixit irreprehensibilis, aut nullus aut rarus; quis enim qui non quasi in pulchro corpore, aut nævum, aut verrucam habeat?*

(60) *Litterarum peritum*. Γραμμάτων ἔμπειρον. Balsamo, γραμμάτων παντοίως ἐπιστήμονα. Justinianus Novell. VI, cap. 4, *qui litteras scit*. Julianus *litteratum* vertit. Per contrarium ἀγράμματος; illiteratus, et litterarum expers exponitur in Glossis Græco-Latinis, *qui sache lire*. Adde Novellam CXXIII, tit. seq. concilium Romanum sub Eugenio II. c. 4. Vide distinct. 38, can. 5, *in laicis* ex Leonis epist. 23, cap. 7. *extr. de elect.*; Constit. apost. lib. II, c. 1, et lib. VIII, cap. 1. Ca-

B rolus M. apud Sangallensem lib. I, cap. 3, quosdam hortatur, ut strenue litteris incumbant. *Et dabo vobis*, inquit, *episcopia et monasteria permaquifica*. Stephanus Tornacensis in epist. 183: *Vir est, quem et morum gravitas, et litterarum peritia; et honestas commendabilem reddunt*. Wilelmus Malmesburiensis lib. I de gest. pontificum Anglor. Atque adeo litterarum peritia præsulibus semper necessaria fuit, ut sola imperitia, abdicandi sacri magistratus justa causa esse potuerit. Anselmus in epistola ad Urbanum summum PP. Narrat tamen Albert. Crantzius *Historiæ Bremens. Eccles.* lib. 8, cap. 53, ad archiepiscopatum admissum Henricum ex comitibus de Anholt, qui vix primas litteras attigerat. Inscientiæ etiam monstrum ad patriarchalem sedem evectum scribit Nicephor. Gregoras: Τὸν πατριαρχικὸν διεδέχετο θρόνον Νίφων τῆς Κυζίκου μητροπολίτης, τῷ βασιλικῷ θελήματι τῶν ἀρχιερέων εἰξάντων, καὶ μετατησάντων αὐτὸν ἐκ Κυζίκου πρὸς τὴν τῆς πατριαρχίας περιωπήν. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ πάντη μὲν ἀδαὴς τῆς ἔξω παιδείας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῆς θεοπτείας, ὡς μηδ' οἰκεία χειρὶ τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα γράφειν εἰδώς. *Nipho Cyzici metropolitanus pontificibus imperatoris voluntati obtecutis ad patriarchatum accersitur. Erat autem ille vir Græcarum litterarum plane rudis, sacrarum etiam fere; ut qui sua manu nec elementa litterarum sciret pingere.*

(61) *Nec ex apparitoribus*. Ex ταξεωτῶν, ἢ βουλευτῶν, ex cohorte, vel curia: nec sit officialis aut curialis conditionis, Julianus Antecessor.

(62) *Qui secundas contraxerit nuptias*. Digami a sacerdotio arcentur. D. Hieronymus lib. I advers. Jovinianum: *Quam sancta sit digamia hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest*. D. Augustin. de bono conjugali: *Sacramentum nuptiarum sic ad unum maritum et unam uxorem redactum est, ut dispensatorem ecclesiæ non liceat ordinari, nisi unius uxoris virum*. S. Epiphanius hæres. 59. Tertullianus in libro de exhortatione castitatis: *Presbyter esse non alius potest quam laicus semel fuerit maritus*. S. Leo in epistola 87 ad episc. Cæsariensis Mauritaniæ: *Nequaquam ad diaconi gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopalis culmen ascendas, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit*. Vide Hieronymi epistolam 83, ad Oceanum, et in epistolam ad Titum cap. 6. Theodoretus in I ad Timoth. cap. 3; S. Ambros. in cap. 3 Paulinæ I ad Timoth. Digami enim arcentur a sacris ordinibus propter defectum sacramenti, cap. *Debitum extra cod.* Quia qui carnem suam dividunt, non significant unitatem Christi cum unica et immaculata sponsa Ecclesia. Can. *Acutius dist.* 26.

habeat, quæ a viginitate cum ipso copulata non fuerit. Eumdem oportet ordinari gratis (63), absque omni largitione : et audiente populo universo accipere præcepta canonica, perinde ac de iis est traditum, qui ad episcopum pervenerunt.

Neminem, qui sit illitteratus, clero ascribi oportet.

Presbyter, aut diaconus (64), aut subdiaconus, qui post ordinationem in matrimonio degit (65), aut concubinam superinducit, aperte vel simulate, sacerdotium amittens, privatus esto (66).

Lector, qui secundas contrahit nuptias (67), ad gradum sacerdotii ne provehitor. Si vero operam dederit, ut provehatur, a clericatu removetor. Tertium matrimonium eidem prohibetur.

Quæ ordinatur diaconissa (68), virgo sit (69). B aut olim in unius solius viri contubernio vixerit ;

A πάσης δόσεως, καὶ τὰ κανονικὰ δίχεσθαι παραγγέλματα εἰς ἐπήκοον παντὸς τοῦ λαοῦ, παραπλησίως τοῖς εἰς ἐπισκοπὴν παραγινομένοις.

Ὅτι οὐδεὶς ἀγράμματος εἰς κλῆρον καταλέγεται.

Πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις προσομιλῶν ἢ παλλακὴν ἐπεισάγων φανερῶς ἢ ἐσχηματισμένως, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτων, ἰδιώτης ἔστω.

Ἀναγνώστης δευτερογαμῶν μὴ προκοπτέτω εἰς βαθμὸν ἱερωσύνης. Σπεύδων δὲ προκόψαι, παπαύσθω τοῦ κλήρου. Τριγαμεῖν δὲ κωλύεται.

Ἡ χειροτονουμένη διακόνισσα παρθένος ἔστω, B ἢ ἐνὶ καὶ μόνῳ πρώην συνοικήσασα ἀνδρί, σὺνεγγυς

Annibalis Fabroti notæ.

(63) *Ordinari gratis.* Vide Ærodium rerum judicat. p. 444 et Cassiodor. 9. 15 et seq.

(64) *Presbyter aut diaconus.* In ordinationibus clericis, ut loquitur Cyprianus, id etiam servari debet, ut sint ἀνέγκλητοι, seu inculpati. Fulbertus epist. 61. Observanda sententia Apostoli dicentis, oportere non solum episcopum, sed presbyterum quoque et diaconum sine crimine esse.

(65) *Qui post ordinationem in matrimonio degit.* Presbyter, diaconus, et subdiaconus, si matr. nomium contrahat, cadit clericatu, cap. 1 et 2, *extr. qui cler. vel. vovent. matrim. contrah. possunt.* Concilium Aurelianense II, c. 8, propter votum continentiæ : tam enim diaconi quam subdiaconi cum primum in clerum asciscuntur carnem suam in æternum obsignant : Hugo a Sancto Victore, de C sacrament. lib. I, cap. 30 : *Ordo impedit conjugium faciendum, et dirimit contractum, quia votum continentiæ sacris ordinibus est adnexum, ut licet verbis non fiat, nihilominus tamen in ipsa susceptione factum intelligatur.* Concilii tamen Ancyrani can. 10, diaconis in Ecclesia Orientali nuptias contrahere permissum fuit, si ea lege ordinati essent ab episcopo ut eis liceret matrimonio jungi, nec deponebantur, si postea uxorem ducerent. Verum ex can. 6 concil. VI in Trullo, presbyteri, diaconi, subdiaconi post ordinationem quidem nuptias jure non contrahunt, sed utuntur matrimonio contracto, excepto tempore contrectationis sacrorum mysteriorum : κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταχειρίσεως, ex sententia Zonaræ ad can. 4 concil. Carthaginensis.

(66) *Privatus esto,* ἰδιώτης ἔστω. Justinianus, Novella VI, cap. 5, ἰδιώτης ἔσται καὶ λαϊκός, Julianus Antecessor, *sit privatus et laicus.*

(67) *Lector qui secundas contr. nuptias.* Lector nuptias contrahere non prohibetur, can. 25 apostolorum, eoque jure utuntur Græci cap. *cum olim* 6, *extra de cler. conjugat.* Sed si secundas contraxerit, ad sacerdotii honorem provehi non potest,

(68) *Diaconissa virgo sit aut olim, etc.* Diaconissa univira eligebatur, non renupta, quo verbo utitur concilium Epaonense c. 2. Paulus ad Timoth. I, cap. 7. *Disciplina Ecclesiæ et præscriptio Apostoli viduam adlegi in ordinem nisi univiram non concedit ;* et de virginibus veland. cap 9, ad quam Epiphanius περὶ πίστεως καθολ. συντ. αὐτὰι δὲ μονόγαμοι οὖσαι.

(69) *Virgo sit.* Non virgines, sed viduæ primis Ecclesiæ cunabulis eligebantur, quæ scilicet post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiabant, ceu loquitur Tertullianus, de exhort. castitatis cap. 1. Clemens autem ordinem viduarum instituisse fertur, ut est in fine lib VI. Recognitionum, quasi pro monstro esset ut virgo in censum viduarum referretur, quas ætatis ratio frigidioris ad Ecclesiæ ministerium admitti suadebat, non juniores, ὡς τῶν ἀκμαζουσῶν καὶ ἐργάζεσθαι καὶ τρέφεσθαι δυναμένων, ἃς καὶ πόνοι δαμάσειν χρὴ τῆς ἀκμῆς τὰ σκιρτήματα. *Quod quæ adhuc ætate vigeant, laboribus suis victum sibi possint quærere ; quas etiam oportet ætatis adultæ lasciviam laboribus edomare,* ut scribit Theodoretus ad d. epistolam Pauli ad Timoth. Procedente autem tempore virgines quoque ascitæ. Epiphanius hæresi 79 : ἀειπάρθενοι οὖσαι *semper virgines.* Qui locus revocat mihi in mentem epistolam S. Ignatii ad Smyrnenses in fine, quam viri docti interpolatam credunt : Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ ἀειπαρθένους καὶ χήρας. Vetus versio : *Saluto domos fratrum meorum cum uxoribus et filiis, sed et virgines et viduas ;* et merito quidem : nam Ignatiano sæculo virgines non adlegebantur, sed viduæ. Atqui genuina etiam, ut creditur, Ignatii epistola virginum quoque meminit his verbis : καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Versio vetus : *Et virgines vocatas viduas.* De virginibus quod ait, non sapit Ignatii sæculum, si pro diaconissis accipias. Cætera ferri possunt hoc sensu, ut vir sanctus saluiet vocatas viduas, id est, non omnes, sed quæ adlectæ essent in ordinem, et in viduatu collocatæ, ut loquitur Tertullianus, de virginib. veland. itaque nisi obstaret veterum codicum auctoritas, sic legi vellem in dicta epistola, καὶ τέκνοις καὶ τὰς λεγομένας χήρας, expuncta voce παρθένους. Diaconissarum ministerium continetur Nov. VI, c. 6, D et can. 12 synodi Carthag. IV, et hoc significat Epiphanius d. loco si modo λουτρὸν ibi accipias pro baptismo. Diaconissæ igitur adhibebantur cum mulieres catechumenæ sacro lavacro tingerentur. Idem Epiphan. : Περὶ πίστεως καθολ. διακονίσσας καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, ἂν χρεία κατασταίη λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. *Diaconissæ instituuntur ad ministerium mulierum duntaxat honestatis causa, si necesse fuerit lavacri seu baptismatis gratia, aut inspectionis corporum.* Cave enim a veteri illius loci interpretatione (*balnei gratia*). Ait διὰ τὴν σεμνότητα, scholiastes Harmenopuli in Epitome Canonum, διὰ τὸ σύφρεπτες, *propter decorum.* Hoc etiam nominatim scribitur Constitutionum apostolicarum lib. III, cap. 15, Γυναικὸς χρήζομεν διακόνου, καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας. Ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· καὶ μετ' αὐτὸν ἡ

οὖσα τῶν ν' ἐνιαυτῶν· πλὴν εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ χειροτονεῖται. Δεχέσθω δὲ καὶ αὐτὴ τὰ κανονικὰ παραγγέλματα, καθ' ὁμοιότητα τῶν χειροτονουμένων κληρικῶν, καὶ μηδενὶ ἐξωτικῷ συνοικείτω, ἀλλὰ μόνοις τοῖς γονεῦσι, καὶ τέκνοις, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ θείοις. Εἰ δὲ ἑτέρῳ χωρὶς τούτων συνοικεῖ, [ἴσ. διὰ] αὐτὸ τοῦτο μηδὲ προσαγέσθω εἰς χειροτονίαν. Ἀλλὰ κἂν χειροτονηθεῖσα ἐκπιπτέτω, ὑποβαλλομένων αὐτῆς τε καὶ τῷ συνοικήσαντι [ἴσ. τοῦ συνοικήσαντος] αὐτῇ τῷ τε παρόντι νόμῳ, καὶ ταῖς κατὰ τῶν φθορέων διηγορευμέναις ποιναῖς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσῃ, ἢ ἕτερον μετέλθῃ βίον, ἔνοχός ἐστι θανάτου, καὶ τὰ πράγματα αὐτῆς τῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ τῷ μοναστηρίῳ ἐν ᾧ ἐχειροτονήθη, προσκυρωθήσονται· τοῦ φθείραντος ἢ γαμήσαντος αὐτὴν διὰ ξίφους τιμωρουμένου, καὶ δημεύεται καθυποβαλλομένου.

Πᾶς κληρικὸς, εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀναγνώσταις τέτακται, τῆς ἱερᾶς ἀφιστάμενος ὑπηρεσίας, ἢ ἕτερον μεταδιώκων βίον, ἄπορος μὲν ὢν ἔσται ταξεώτης. Εἰ δὲ εὔπορος εἴη, βουλευτὴς γενήσεται πρὸς τὴν τῆς ὑποστάσεως εὐπορίαν.

Τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ λειτουργούντων κληρικῶν ἡ ποσότης τῆς προσόδου, καὶ κρατήσει ad Optatum p. 240, in quosdam canones, et sanctum Basilium in epistola canon. ad Amphiloch. cap. 24, et concil. Epaon. c. 21.

et prope absit ab annis quinquaginta (70): extra quam si ad monasterium (71) ordinetur. Accipiat autem et ipsa præcepta canonica, ad similitudinem clericorum, qui ordinantur, nec in ullius extranei contubernio sit (72), sed duntaxat in contubernio parentum, et liberorum, et fratrum, et patruorum ac avunculorum. Sin apud alium quempiam extra hos habitat, hac ipsa de causa non perveniat ad ordinationem. Quin etiam si ordinata fuerit, removetur, tam ipsa, quam qui cohabitavit ei, lege præsenti, atque iis pœnis, quæ adversus stupratores sancitæ sunt, damnandi. Quod si post ordinationem matrimonium contraxerit (73), vel ad aliam vitam transierit, rea mortis erit, et facultates ejus illi ecclesiæ, vel illi monasterio, in quo ordinata fuerit, addicentur: eo, qui stupro ipsam polluerit, aut uxorem duxerit, gladio pariter (74) et bonorum publicatione puniendo.

Omnis clericus, licet in ordine lectorum sit, a ministerio sacro deficiens, aut aliam vitam persequens, siquidem inops est, appariter erit: sin locuples, curialis fiet, pro facultatum patrimonii sui modo.

Numerum clericorum, qui qualibet in ecclesia cultui divino serviunt, tam reditus quantitas,

Annibalis Fabroti notæ.

διάκονος ἀλείψει αὐτάς· *Muliere diaconissa indigemus, et primum quidem cum baptizantur mulieres. Diaconus unget tantum frontem ipsarum oleo sancto, et post ipsum diaconissa unget eas* (vertunt, *abstergat eas*). Idemque confirmat Hieronymus in Epistolam Pauli ad Romanos, cap. XVI: *In Orientalibus*, inquit, *diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare videntur in baptismo sive in ministerio verbi*, quod Sedulius presbyter transcripsit in explanatione ejusdem epistolæ. Sed et auctor Vitæ S. Pelagiæ, cap. 8, testatur diaconissas mulieribus baptizandis ministerium præbuisse. Videamus obiter an diaconissæ inter laicas censerentur: et in ea quidem sententia sunt viri docti, quibus erroris fundus est canon 19 concilii Nicæni, ibi: Ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι, *Inter laicos recenseri*. Vellem observassent ejusdem canonis verba illa: ὁσαύτως δὲ καὶ, etc.; sic enim habetur in omnibus fere codicibus; alii vero legunt, ἐν τῷ κανόνι ἔξει. Itaque varia quoque circumfertur versio: Dionysii Exigui sic habent: *Qui sub regula versantur*; Isidori autem Mercatoris: *Qui in eodem clero inveniuntur*. Prior scriptura verior est, eamque sequuntur Theodorus Balsamon et Joannes Zonar. De sententia canonis videamus. Certe nec ipse Zonaras, nec quidem recentiores videntur cum percepisse. Hoc igitur constitutum est in d. canone, ut diaconissæ, quæ ab hæresi Paulianorum ad Ecclesiam redierint, rebaptizentur, et iis quæ in eodem habitu esse noscuntur, quod nimirum non habeant manuum impositionem, adeo ut omnino inter laicos deputentur, manus imponantur anno 40 (hoc enim tempus constitutum fuit ordinationi earum, aut ut ait Balsamon, ἠξιοῦντο καὶ χειροτονίας διακονισσῶν, *manuum impositionem merebantur*), si inveniantur idoneæ, alioquin manus non imponantur. Cujusmodi interpretatio Balsamoni quoque suboluit, non etiam Zonaræ, ut dixi, qui scribit, diaconissas quæ non instituantur se in supradictam hæresim prolapsas, inter laicas adnumerari, ad d. canonem in fine. Vide episcopum Aurelianensem

(70) *Ab annis* L. Ætatis diaconissarum legitimæ non fuit constans definitio. Ne minor annis 60 vidua eligeretur Paulus præcepit ad Titum priore cap. 5. Annum 50 circiter statuit Justinianus novell. VI, c. 6. Patribus Chalcedonensibus annum 40 sufficere visum est, canone 15, concil. Chalced. c. 15; et c. 14 concil. VI in Trullo. Rationem discriminis et juris varii reddit Zonaras ad d. can. 15 ut Paulus. Vide ad l. 9 sup. *de episc. et cleric.* et Hieronymum ad Salvinam de viduitate serv.

(71) *Extra quam si ad monasterium*. Minor enim annis quinquaginta exigente necessitate ordinari potest: sed ei alibi degere non licebit, quam in asceterio sanctimonialium.

(72) *Nec in ullius extranei contubernio sit*. Diaconissis extraneorum consortio interdicitur. Julianus Antecessor Nov. VI, cap. 29. Nulla autem facultas diaconissis tributa est, habere quosdam secum veluti fratres, sive cognatos, vel quos dicere solent agapitos, vel dilectos. Vide Capitula Caroli M. p. 7, b, et 107, et 117; Capitula Caroli Calvi p. 415. Vide concil. Carth. I, c. 3 et 4; Turonens. III; Toletan II, c. 3; Arausic. c. 16; Turon. II, c. 12, 17; Paris. lib. I, c. 4; Trosleian. c. 2; Aurel. III, c. 4; Hispal. II, c. 11; Forojul. c. 12; Tarrac. c. 1; Trull. c. 5; Turon. II, c. 21; Paris. c. 5; Matisc. c. 12; Meldens. c. 67; Concil. Trosleian. c. 8; concil. Aquisgran. c. 118; Aquisgran. II, sub Ludovico parte 3; concil. Turon. sub Carolo, c. 31; Maguntin. c. 19; Remense, c. 27; Capitula Car. M. p. 155; Clemens epist. 2 ad Jacobum fratrem Domini: *Nemo tamen clericorum cum extranea habitet femina, nisi proxima aut soror fuerit.*

(73) *Matrimonium contraxerit*. Vide Cap. Carol. M. et Cod. legum antiquar. p. 633.

(74) *Gladio pariter*. Vide ad l. 5, sup. *de episc. et cler.*

quam quæ invaluit consuetudo, determinet. Violantes hanc constitutionem quilibet accusato.

Cujuslibet diœcesis patriarchæ, ac metropolitani, et episcopi, et clerici, qui legem hanc non custodiunt, a sacerdotio removeantur. Præsides autem qui violationes ejusdem non indicant, poenam quinque librarum auri solvent. Dat. XVII Kalendas Aprilis. Belisario et Eutropio coss.

A οσεως διορίζει συνήθεια. Τῶν παραβαινόντων τὴν διάταξιν ὁ βουλόμενος κατηγορείτω.

Οἱ ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχαι, καὶ μητροπολῖται, καὶ ἐπίσκοποι, καὶ κληρικοὶ, μὴ φυλάττοντες τὸν παρόντα κανόνα, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτουσιν. Οἱ δὲ ἄρχοντες, μὴ ὁμνύντες [ἴσ. μηνύοντες] τὰς κατ' αὐτοῦ παραβάσεις, ε' χρυσίου λίτρας καταθήσουσι τιμήν. Ἐγράφη Καλάνδαις Ἀπριλλίαις ὑπὸ Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου.

II. *De episcopis et clericis.*

Idem imperator Petro præfecto prætorio (75).

De administratione, ac privilegiis, aliisque diversis capitulis, et quæ deinceps.

Præsens constitutio, cum tempore posterior sit, novat omnia capita constitutionis ante hanc jam. Sancit autem, ut cum usus postulat episcopum ordinari (76) ab episcopis (77), clerus et primates illius civitatis (78) de tribus personis (79),

B Β'. Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Περὶ διοικήσεως, καὶ προνομίων, καὶ ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων.

Ἡ παροῦσα διάταξις, μεταγενεστέρα οὖσα, πάντα καινίζει τὰ κεφάλαια τῆς πρὸ αὐτῆς διατάξεως. Διατυποῖ δέ, ἵνα χρεία γένηται τοῦ ἐπισκόπου χειροτονηθῆναι, ὁ κλῆρος καὶ οἱ πρωτεύοντες τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκ τριῶν προσώπων κληρικῶν καὶ μοναχῶν

Annibalis Fabroti notæ.

(75) *Petro præfecto præfectorio.* Non recte in edit. μαγίστερῳ τῶν θείων ὀφφικίων, *magistro divinorum officiorum.*

(76) *Ordinari.* Χειροτονηθῆναι, *creari*, ut recte Julianus Novella CXV, c. 1, melius quam vetus interpres, quem Leunclavius secutus est. Idemque Julianus in fine c. 1, χειροτονῆσαι, recte vertit *consecrare.* Χειροτονία igitur et pro electione, et pro ordinatione seu consecratione ponitur. Glossæ : χειροτονία. *creatio, procreatio, creatura.* Procreatio igitur idem quod creatio. Innocentius I, in Decretis : *Non sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos procreari.* Vide Glossarium nostrum ad Anastasii Biblioth. *Historiam ecclesiasticam*, in χειροτονία.

(77) *Ab episcopis.* Hæc non sunt in Græcis, nec in Novella Justin. CXXIII, cap. 1, et omnino abesse debent : nec enim solis episcopis electio permissa est. Qui hæc de suo addidit fortasse respexit ad synodum Nicænam, qua cavetur ut episcopi ab episcopis eligantur, can. 4, et can. 3, Nicænæ II, quod equidem de consecratione et manuum impositione admiserim, de electione non item, de qua hic agitur.

(78) *Clerus et primates civitatis.* Episcopus a clero et primoribus civitatis eligitur. Primores civitatis, οἱ πρωτεύοντες τῆς πόλεως, Balsamoni οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως. Justiniano Nov. CXXIII, cap 1, et Bals. ad Photii *Nomoc.* tit. 1, c. 25, sunt, qui οἱ ἐν τέλει Gregorio Nysseno in vita Gregorii Thaumat. οἱ ἐν τέλει, καὶ ἀξιώματι ; Theodoreto, *Histor. ecclesiast.* lib 4, cap. 17 : Οἱ λαμπρότατοι καὶ οἱ λογάδες, honorati, nobiles civitatis. Liberatus diaconus, in Breviario, cap. 14, laici nobiles ac cives, Hincmarus ad Hedenulphum Laudunensis ecclesiæ *episcopum* ; imo ab omni populo retustissimis temporibus deligebatur episcopus. Clemens aut certe scriptor perantiquus *Constitutionum Apostolicar.* lib. VIII, cap. 2. Primus igitur B. Cyprianus, epist. 68, ad clerum et plebem in Hispania consistentes, coram omni syn. p. 131, lin. 3 ; B. Hieronymus in Jonam cap. 3, de Cypriano : *Ad probationem bonorum operum arbitror solum hoc satis esse, quod judicio Dei et plebis favore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et ut putatur novellus, electus est* ; et in Epistolam ad Galatas ; Leo epistola 82, in editione Nivelliana (al. 84), ad Anastasium Thessalonicens. : *Cum de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postularint.* Et epistola 87 (al. 89) : *Expectarentur certe vota civium, testimonia populorum, quæreretur honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Stephanus Tornacensis epist. 173 : *Concurrunt in electione illa quatuor quæ a Leone I dicta sunt, vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Intelligit epistolam 87, al. 89, Leonis. Sulpitius Severus hb. *De Vita B. Martini*, cap. 7 ; Hincmarus epistola ad clerum et plebem Tornacensem : *Clerum plebemque ejusdem ecclesiæ publice admonere festines, ut remoto privato studio, uno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant et eligant sacerdotem.* Gregorius Turonensis : *Cumque populus S. Quintianum, qui de Rutena ejectus fuerat, elegisset.* Et lib 5 : *Favente populo episcopatus gratiam adipisceris.* Lib. X : *Gregorium diaconum plebs omnis elegit.* Concilium Remense : *Ne quis sine electione cleri et populi ad regimen ecclesiasticum provehereturr.*

Merito autem populi consensus exspectabatur, quia qui præponendus est omnibus ab omnibus eligi debet, ut est in concilio Aurelianensi ; sive, ut est in decreto cleri Laudunensis de Hedenulpho electo episcopo, quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet ab omnibus eligi : ne civitas non optatum episcopum aut contemnat aut oderit, et fiat minus religiosa civitas quam convenit, cui non licuit habere quem voluit. Denique omnium interest electum potius habere quam quemlibet.

Multa tamen sunt quæ his quæ diximus refragari videntur ; sunt enim qui putent adhibitum fuisse consensum populi ad comprobandam electionem jam factam a clero. Imo populi et cleri electio fuit. B. Cyprianus d. epist. 68 : *Quando ipsa* (de plebe loquitur) *maxime habeat potestatem, vel eligendi, vel indignos recusandi.* Nec aliter concilii Nicæni can. 5 accepit interpres Arabs, apud quem sic habetur : *Et si populo placebit eligatur.* De electione episcopi vide P. Blesensem epist. 15 ; Nazianzen. orat. 21 ; Capitula Car. M. p. 18. Coram populo statuebantur episcopi. Ibid. p. 289 ; Synesium, epist. 67 ; Alexandri III epist. 25 ; vide etiam Duval, *De electo episcopo per plebem*, p. 386, 389 usque ad p. 395. Vide Anastas. Bibliothecar. in Leone III, in Valentiniano, et Sergio II.

Sunt qui putent electionis jus ademptum populo, et allegendum ad episcopos, ab episcopis eligi debere, can. 3 Nicænæ VII synodi ; can. 13 concilii

(79) *De tribus personis.* Duo aut tres præsentati metropolit. concil. Barcin. II, c. 3.

συναύλοις δὲ, εἰ βούλονται, καὶ λαϊκοῖς, προκειμένων A clericis ac monachis, et cum eis (siquidem ita
τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, ψηφίσματα ποιῶσι, λέγον- velint) laicis quoque, propositis sacris Evangeliis
τες ἐν αὐτοῖς ὡς κανονικοὺς αὐτοὺς εἶναι, καὶ οὔτε decreta faciant (80), quibus in decretis dicant, se
γυναικὶ, οὔτε παλλακῇ συζῶσιν, ἢ παῖδας ἔχουσιν. illos sciré canonibus conformes, et quod neque
Ἀλλ' εἰ καί τις γέγονεν αὐτοῖς γαμετὴ πρότερον, ὡς cum uxore vel concubina sint eodem in contu-
ἐκ παρθενίας ταύτῃ συνῴκησαν. bernio, neque liberos habeant. Quod si quam prius
habuerint uxorem, a virginitate cum illa cohabitasse.

Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, Curialis, vel apparitor, episcopus non fiat, nisi
μὴ πρότερον ιε' ἔτη μονάσας. Ἀλλ' εἰ παρὰ ταῦτα prius quindecim annis solitariam vitam egerit.
γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόσθω τύχῃ. Si præter hæc factus fuerit episcopus, conditioni
suæ restituitor.

Ἥττων τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω Episcopus minor annis triginta (81) ne ordi-
ἐπίσκοπος. nator.

Ὁ λαϊκὸς, εἰ μὴ τρεῖς μῆνας κατάλεκτος ἐν κλήρῳ, Laicus, nisi per tres menses (82) clero fuerit
μὴ προαγέσθω εἰς ἐπίσκοπον. B ascriptus, ad episcopatum non producitor.

Ὁ βουλευτὴς, ἐπὶ δεκαπέντε ἔτη μονάσας, χειρο- Curialis, qui vitam solitariam quindecim annis
τονείσθω ἐπίσκοπος, καὶ τῆς τύχ ς ἐλευθεροῦται, τὸ egerit, episcopus ordinator, et a conditione sua

Annibalis Fabroti notæ.

concilii Laodiceni. In quorum sententiam ire non possum; verius enim est jus et facultatem eligendi penes populum remansisse. Quoniam autem discordante inter se plebe, ad seditionem plerumque ventum erat, ideo a Patribus Laodicenis electio plebi adempta, can. 12: Ὅτι δὲ στάσεις ἐντεῦθεν ἠγείροντο, ut alii Zonaras ad d. canonem. De plebe ob studia privata ad seditiones prorumpente vide Gregorium Nazianz. orat. 19; Evagrium, lib. II c. 15; Theodor. Lectorem; Sozomenum, lib. VI. *Histor. ecclesiast.* c. 23 et 24; Socratem, VI, c. 10; Anastasium Bibliothecar. in Conone et in Sergio II; Gregor. Turonens. *Histor.* lib. II, c. 13; Sidonium Apollinar. lib. IV, epist. ult. C De plebis electione conqueritur Gregor. Nazianz. d. epist. 19 et alibi.

Nemo nescit per initia electionem pontificis Romani et reliquorum episcoporum fuisse penes clerum, populum, et principes; quanquam quod de populo dicitur, quidam sic accipiendum putant, ut consensus populi adhibitus tantum fuerit ad comprobandam electionem jam factam a clericis. Vide can. *Si quis* 23, 16. *quæst.* 1, et gloss. ad verbum: *Vel populi*, et can. *Sic vive* 26, cad. causa, et quæst. Hildebertus Cenomanensis episc. in epist. 12: *Nam de electione quid loquar, in qua populo minime licet clerum præcedere, sed assensu prosequi eligentem.* Alii contendunt episcoporum electionem penes populum fuisse, can. *Sacrorum* 63 distinct. cap. *Querelam*, extr. *De elect.* Verum sive populus una cum clericis episcopos elegerit, quod variis auctorum locis comprobari posset, sive electionem jam factam approbarit, tantum constat, præsente D saltem, vel attestante populo, quod sine consensu non procedit, episcopos eligi solitos. D. Hieronymus in can. *Licet* 8, quæst. 1.

Verum procedente tempore, desiit adhiberi populi consensus in electionibus, cap. 2 extr. Justinianus plebem non excludit, sed privatas civitatis admittit, τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, nov. CXXIII. Quod ad principes attinet, jus populi ad eos translatum videtur. Hugo Grotius in lib. *De imper. summarum potestatum circa sacra*, cap. 11, num. 20, usque ad num. 25, et Francisc. Florens, ad tit. Decretal. *de electione.*

(80) *Decreta faciant.* In tres personas suffragia conferant.

(81) *Episcopus minor annis* XXX. Veteri Hebræorum lege non eligebantur in sacerdotium, nisi qui implevissent annum 30, Hieronymo teste in epistola 62, ad Theophilum, et in proœmio ad Ezechiel. Sacerdotibus etiam Christianis ætas quidem annorum 35 præstituta a Justiniano in Nov CXXIII, c. 1. At ex Nov. CXXXVII, cap. 2, satis est expleviss annum 30, ut et concilii Agathensis can. 17, et ex eo can. *Episcopus*, dist. 77; concilii Lateranens. can. 3. Hæc viri perfecti ætas est, d. can. 17, et legis Wisigothorum lib. X, tit. 2, c. 3; D. Gregor. Nazianz. in oratione 40: Ὡς τελείαν βάσανον ἀρετῆς, καὶ τοῦ διδάσκειν καιρὸν ταύτης ἔχούσης τῆς ἡλικίας· *Quia hæc ætas perfectum virtutis argumentum docendique maturitatem habet.* Theophylactus in Lucam, cap. 3: Αὕτη ἡ ἡλικία ἐστὶ τελειοτάτη· *ætas illa perfectissima est.* Et in Joannem cap. 1: Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος· τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον· τριακονταετὴς γὰρ ἐβαπτίσατο. *Vir autem dicitur Dominus, fortassis propter ætatem perfectam; quoniam 30 annorum erat cum baptizaretur.* Hildebertus Cenomanensis episcopus, epistola 12; S. Hieronymus, contra Jovinianum lib. I: *Propterea inter duodecim apostolos unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes electus est virgo? Ætati delatum, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, et pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur.* Gregorius VII, epist. 5, ad episcopos Britanniæ, non admittit juvenem quemdam præclarum genere et honestis moribus, ad episcopatus onus portandum. Scribit tamen D. Chrysostomus, non tam ætatis rationem habendam, quam virtutis et pietatis, in Epistolam Pauli ad Timoth. et D. Chrysostomus apud Georgium Alexand. in Excerptis Photianis. Idem scribit Albertus Crantzius, *Histor. Bremensis* lib. IX, cap. 47; et Hincmarus in Vita S. Remigii ait, eum anno 22 archiepiscopum electum fuisse. Denique, ut cætera exempla omittam, Eleutherius propter eximiam virtutem vicesimum annum agens episcopus Illyrici ordinatus est, ut scribit Nicephor. Callist. lib. III *Histor. ecclesiast.*

(82) *Laicus nisi per tres menses.* Hoc jus sequuntur Leo et Constantinus. Synodus Avernensis II, c. 9; et Aurelianensis V annum præstituit. In Fulgentii quoque Ferrandi Breviatione canonum refertur ex concilio Sufetulensi, ut quicunque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat. Refert etiam Crisconius in Breviario canonico, c. 164, ex Decretis papæ Cœlestini tit. 21, quod non conveniat, contemptis clericis Ecclesiarum, de laicis episcopum ordinari. Novella tamen sexta, c. 1, vers. *Prius autem*, sex mensis præstituti fuerant.

liberator: sic tamen, ut semissem cum quarta patrimonii sui parte curiæ ac fisco præbeat.

Si intra sex menses decreta de episcopis facta non fuerint, competens patriarcha vel metropolitanus, animæ suæ periculo, quem vult, ordinato.

Si copiam trium personarum non habent, qui decreta faciant, unum, vel duos, pro ipsius loci abundantia, decernere possunt.

Qui præter hæc ordinatur, excidit ordinatione. Qui vero ipsum ordinat, ad unius anni spatium a sacro ministerio separatur, facultatibus ejus ecclesiæ applicandis.

Accusatus episcopus (83) ordinandus, antequam ordinator. Accusator, si victus fuerit, aut trimestri spatio deseruerit accusationem, relegatur: episcopo, qui ordinat, ex violatione legis eisdem pœnis subjiciendo (84).

Omnis episcopus gratis ordinator (85), eo, qui dat, vel accipit, vel intervenit, sacerdotium amittendo; præterquam quod etiam id, quod datum fuerit, ecclesiæ applicabitur. Quod si laicus est, qui accepit, duplum ejus, quod datum fuerit, ecclesiæ restituet. Qui vero cautionem hoc nomine acceperit, et ipsam restituet et summam solvet, quantam illa continet.

Legito 17 (85*) præsentis tituli constitutionem, quæ cum tempore posterior sit, reperiet tradita de episcoporum ordinatione.

Patriarchæ Romanus (86) et Constantinopolitanus et Alexandrinus et Theopolitanus (87) et Hierosolymorum archiepiscopus (88), ab initio constituta tam cathedraticorum (89), quam consuetudinum nomine præstanto; viginti tamen ut curi libras non transcendant. Qui vero ab ipsis, vel ab aliqua synodo ordinantur metropolitani, ac similiter et qui a metropolitanis (90) ad episcopatum provehuntur, si non minorem triginta libris auri reditum habet ecclesia, quam ad ecclesiam ordinandi sunt: centum solidos ordinanti nomine cathedratici solvunto, clericis et notariis ejusdem præcepto. Si vero minorem quidem triginta libris

ἡμῖσυ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ἐπαρχιάρχης παρέχων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ.

Ἐὰν ἐντὸς ἓξ μηνῶν μὴ γένωνται τὰ τῶν ἐπισκόπων ψηφίσματα, ὁ ἁρμόδιος πατριάρχης ἢ μητροπολίτης ἓν βούλεται χειροτονείτω κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς.

Ὅτι, εἰ μὴ εὑπορεῖται τῶν τριῶν προσώπων οἱ ψηφίσματα ποιοῦντες, δύναται ἓνα ἢ δύο πρὸς τὴν τῶν τόπων εὐπορίαν ψηφίσασθαι.

Ὁ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας. Ὁ δὲ χειροτονῶν ἐπὶ ἐνιαυτὸν χωρίζεται τῆς λειτουργίας, τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρουμένης τῆς αὐτοῦ παροικίας.

Κατηγορηθεὶς ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, πρὸ ἐξετάσεως μὴ χειροτονείσθω. Ὁ δὲ κατήγορος, ἡττηθείς, ἢ ἐπὶ τρίμηνον ἀκλινῶν τὴν κατηγορίαν, ἐξορίζεται, τοῦ χειροτονοῦντος ἐπιτρέπου ἐκ παραβάσεως τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβαλλομένου.

Πᾶς ἐκκλησιαστικὸς πρόκειται χειροτονείσθω, τοῦ δόντος, ἢ λαμβάνοντος, ἢ μεσίζοντος τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτοντος, πρὸς τὸ καὶ τὸ δοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρωθῆναι. Εἰ δὲ λαϊκός, ἐστὶν ὁ λαβών, διπλοῦν τὸ δοθὲν ἀναδίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀσφάλειαν δὲ περὶ τούτου λαβών, καὶ ταύτην ἀναδίδωσι, καὶ ὅσην περιέχει ποσότητα.

Ἀνάγνωθι τὴν ιζ' τοῦ παρόντος τίτλου διάταξιν μεταγενεστέραν οὖσαν, καὶ καινίζει τὰ περὶ τῆς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων.

Οἱ πατριάρχαι Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως, ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων, τεταγμένα ἐξ ἀρχῆς ὑπέρ ἐνθρονιστικῶν καὶ συνηθειῶν παρεχόμενοι, μὴ ὑπερβαίνοντες τὰς κ' τοῦ χρυσίου λίτρας. Οἱ δὲ παρ' αὐτῶν ἢ παρά τινας συνόδου χειροτονούμενοι μητροπολῖται, ὁρίως δὲ καὶ οἱ παρὰ τῶν μητροπολιτῶν εἰς ἐπισκοπὴν προαγόμενοι, εἰ μὴ ἐλάττονα τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχῃ, εἰς ἣν μέλλουσι χειροτονεῖσθαι, ἑκατὸν νομίσματα ὑπὲρ ἐνθρονιστικῶν παρεχέτωσαν τῷ χειροτονοῦντι, τοῖς δὲ κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις νομίσματα τριάκοντα. Εἰ δὲ ἐλάττονα μὲν τριάκοντα τοῦ χρυσίου

Annibalis Fabroti notæ.

(83) *Accusatus episcopus.* Hic de electi, nondum tamen ordinati episcopi accusatione agitur. Vide Balsamonem ad Photii *Nomocan.* tit. 9, cap. 1, in med.

(84) *Iisdem pœnis subjiciendo.* Qui ordinare festinavit, anno uno ministerio sacro abstinet, et res ejus ecclesiæ addicentur cujus episcopus est.

(85) *Gratis ordinator.* Tertullianus, *Apolog.* c. 39; Cassiodor. IX, 15 et seq.

(85*) Hoc est ultimum hujus tituli primi, quæ in libris Novellarum est centesima tricesima septima.

(86) *Patriarchæ, Romanus.* Quinque numero sunt patriarchæ in Ecclesiæ corpore, quod ab iis administratur, ad exemplum quinque corporis humani sensuum, ut scribit Petrus Antiochenus in epistola ad Dominicum Gradensem, quæ habetur in cod. ms. biblioth. Regiæ, ut refert eruditissimus Petrus de Marca, archiepiscopus Tolosanus, in Dissertatione de primatu Lugdunensi.

(87) *Theopolitanus.* Hic est Antiochenus. Julianus Antecessor.

(88) *Hierosolymorum archiepiscopus.* Semper ultimo loco ponitur patriarcha Hierosolymitanus, ut concilii Florentini sessione 25: Τὸν Κωνσταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ πάπαν, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας μετὰ τοῦτον, εἶτα τὸν Ἱεροσολύμων.

(89) *Cathedraticorum* Enthronistica sive cathedratica intra modum legitimum non improbantur. Est autem ἐνθρονιαστικὸν, quod pro ordinatione episcopi datur ordinanti, vel clericis, vel notariis ecclesiasticis. Vide Novellam Isaaci Comneni; vide Balsamonem in *Nomoc.* Photii, tit. 1, c. 34. In mandato tamen quod metropolitano dari solebat, præcipitur ut sportulæ illæ non ordinanti, sed pauperibus erogentur.

(90) *Qui a metropolitanis.* Vide Servinum vol. I, p. 59.

λίτρῶν, οὐχ ἧττονα δὲ τῶν δέκα πρόσοδον ἐτησίαν ἡ ἐκκλησία ἔχῃ, τότε ρ' νομίσματα διδότω τῷ χειροτονοῦντι, καὶ τοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις διαχόσια. Εἰ δὲ ἧττων μὲν τῶν δέκα λιτρῶν, οὐχ ἧττων δὲ τῶν πέντε ἡ ἐτησία πρόσοδος τῆς ἐκκλησίας, παρεχέτωσαν τῷ μὲν χειροτονοῦντι πεντήκοντα νομίσματα, τοῖς δὲ ἀμφ' αὐτὸν ο'. Ἐλάττονος δὲ πέντε λιτρῶν, οὐκ ἐλάττονος δὲ τριῶν τῆς ἐτησίας προσόδου οὔσης, δεκαοκτὼ νομίσματα ὁ χειροτονῶν λαμβανέτω, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν εἴκοσι τέσσαρα. Εἰ δὲ λείποιτο τῶν τριῶν λιτρῶν ἡ ἐκκλησιαστικὴ πρόσοδος, οὐκ ἐλαττοῦται δὲ τῶν δύο, παρεχέσθω τῷ μὲν χειροτονοῦντι νομίσματα ς', τοῖς δὲ ἀμφ' αὐτὸν νομίσματα ιβ'. Ἐπ' ἐλάττονι δὲ προσόδῳ τῶν δύο λιτρῶν, μηδὲν καθόλου παρεχέσθω. Εἴ τις δὲ πλέον λάβῃ τοῦ ὡρισμένου, τριπλοῦν τὸ δοθὲν ἀναδώσει τῇ ἐκκλησίᾳ. Δύναται δὲ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι καὶ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἴδια προσφέρειν πράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν μέλλει χειροτονεῖσθαι.

Πᾶσα ἐπισκοπὴ ὑπεξουσιότητος, καὶ ἀναπογράφου καὶ δουλικῆς ἀπαλλάττεται τύχης.

Ἐπίσκοπος ἢ μοναχὸς μὴ προσκαλείσθω πρὸς κηδεμονίαν. Οἱ λοιποὶ κληρικοί, εἰ βούλονται, τὰς τῶν συγγενῶν καταδεχέσθωσαν τεσσάρων μηνῶν τὴν οἰκείαν τῷ ἄρχοντι φανεροῦντες γνώμην. Πρὸς δὲ ἐξωτικὰς μὴ ἐλκύσθωσαν

Μηδεὶς ἐπίσκοπος, ἢ μοναχὸς, ἢ κληρικὸς, ἐκλήπτωρ, ἢ διοικητὴς δημοσίων, ἢ μισθωτὴς τελῶν, ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κουράτωρ οἴκου, ἢ ἐντολεὺς δίκης, ἢ ἐγγυητὴς ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐγγυῶν [ἴσ. αὐτῶν] γενέσθω, οἱονδήποτε ἔχει βαθμὸν ἱερωσύνης· μόνοις γὰρ ἐξέσται αὐτοῖς ἱερατικῶν φροντίζειν πραγμάτων κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ῥητοῦ.

Δύνανται αἱ ἁγίαι ἐκκλησίαι καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγεῖς οἶκοι ἀλλήλοις καὶ τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς μισθώσασθαι, καὶ ἐμφυτεύσεις ἐκδιδόναι χωρὶς τῶν διοικητῶν καὶ χαρτουλαρίων, καὶ συγγενῶν αὐτῶν, καὶ ἀγχιστέων. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν ἐπίσκοπος τῆς ἰδίας ἐκπίπτει περιουσίας, αὕτης κληρουμένης τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὁ δὲ κληρικὸς ποινὴν δώσει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ ἐπίσκοπος ὁρίσει. Οἱ δὲ ἐκλήψεις ἢ διοικήσεις δημοσίων ἢ ἰδιωτικῶν καταπιστευσάμενος κληρικὸς οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχὸς, ἢ ὑπὲρ τῶν τοιούτων αὐτοὺς αἰτιῶν δεξάμενος ἐγγυητὰς, οὔτε τοὺς εὐαγεῖς οἴκους, οὔτε αὐτοὺς τοὺς

auri, sed decem libris tamen non inferiorem reditum annuum habet ecclesia, centum solidos dat ordinanti, clericis et notariis ejus ducentos. Quod si minor decem libris auri, non minor autem quinque libris annuus est reditus ecclesiæ, quinquaginta solidos ordinanti solvunto, septuaginta vero solidos iis, qui sub eo sunt. Si minor quinque libris, at non minor tribus est ecclesiæ reditus annuus octodecim solidos accipito, qui ordinat, et qui circa ipsum sunt, viginti quatuor. Quod si reditus ecclesiæ minor est tribus libris, at non minor duabus, ordinanti det solidos sex (91), iis autem, qui sub eo sunt, duodecim. De reditu vero minore duabus auri libris, nihil omnino præstanto. Si quis autem plus acceperit, quam statutum sit, triplum ejus, quod datum est, ecclesiæ solvet. Cæterum potest is, qui ordinandus est, tam ante datum episcopatum, quam post ordinationem, illi ecclesiæ, ad quam ordinandus est, facultates suas offerre.

Omnis episcopatus a potestate patris (92) et ascriptitia serviliique conditione liberat.

Episcopus aut monachus ad cognatorum curam non vocetur. Cæteri autem clerici, si velint, eorum curam suscipiant, intra quatuor menses suam voluntatem magistratui declarantes. Ad extraneorum autem curam ne compellantur.

Episcopus, aut monachus, aut clericus, non fiat exceptor (93), vel administrator rerum fiscalium, vel conductor vectigalium, alienorumve prædiorum, aut curator urbium, aut procurator litis, aut pro causis ejusmodi fidejussor (94) : quemcunque tandem sacerdotii gradum] habeat. Quippe licebit eis duntaxat rerum sacerdotalium habere curam, juxta constitutionem hujus tenius.

Possunt ecclesiæ sacrosanctæ, cæteraque venerabilia domus, inter se, ac suis clericis locare, atque emphyteuses dare, absque suis administratoribus et chartularis et cognatis et propinquis. Qui adversus hæc facit episcopus bonis suis excidit, quæ applicantur ecclesiæ, clericus autem eam pœnam dabit ecclesiæ, quam episcopus statuerit. Qui vero vel exceptiones, vel administrationes rerum fiscalium, aut privatarum, clericis cujuscunque gradus, aut monachis commiserint, aut pro talibus causis eos fidejussores acceperint, nec venerabiles domus convenire, nec ipsos clericos

Annibalis Fabroti notæ.

(91) *Dat solidos sex.* Sic legitur in Peirescii cod.; in Novella vero Justiniani c. 5, νομ. ιβ' et νομ. ς', et ita in quibusdam libris Juliani, ut notatur in variis. Omittitur autem hic quod colligitur ex d. Nov. in presbyterum, archidiaconum, πρῶτον τῶν πρεσβυτέρων, et archidiaconem, πρῶτον τῶν διακόνων, in Ecclesia pecuniæ distributionem habuisse, Arnulphus Lexoviensis de P. Picta-viensi archid. Fulbertus. epist. 55 et 79 ; Isidorus epist. ad Laudefredum episcopum de officio archidiaconi. Pervulgatum est quod de B. Laurentio primo archidiacono scribit Prudentius, cui hæc subnectam ex Chrysologi sermone 133 : *Quoniam erat archidiaconus, apud illum esse utique credebantur opes ecclesiæ.* Augustin. in sermone 38 *De divers.: Thesaurus ecclesiæ suscipiens Christianis pauperibus erogasti.* Sulpit. Sever. in dialogo 2, de virt. S. Martini.

(92) *Omnis episcop. a potest. patr.* Vide sup. ad l. 33 *de episc. et clerc.*

(93) *Exceptor.* Episcopus exceptor seu susceptor tributorum fieri non potest, nec conductor vectigalium. Concilium Chalced. c. 3; Ferrandus Diaconus, in Brevior. c. 125; Carthagin. c. 18.

(94) *Fidejussor.* Vide Clementem, Constit. lib. II, c. 6; et Chassan. ad tit. *De fidejuss. exit*

vel monachos, vel eorum facultates præsumat, atque etiam damnum, quod accidit loco, de suo restituent.

Episcopus ne producitor ad dicendum testimonium (95), sed propositis sacrosanctis Evangeliis, personis publicis præsentibus, quæ, novit, testatur.

Nemo propter causam pecuniariam vel criminalem absque divino jussu episcopum producat, aut sistat : præsides, qui jam dicta fecit, præter amissionem cingulli, tormentis et exsilio tradendo.

Episcopus aut clericus (96) absque jussione sacra, vel absque permissu illius, qui jurisdictionem in eos habet, peregre ne proficiscitor : nec proficiscens, ultra spatium anni (97) reditum differto. Nam ex ecclesia sua nullas expensas accipiet. Quod si canonice citetur, nec intra statutum tempus redierit, alius ordinator. Cum Constantinopolim venerit secundum ea quæ dicta sunt, per Constantinopolitanum patriarcham imperatori indicator. Cetcrum verba textus de his sunt hujusmodi : Interdicimus autem religiosissimis episcopis, ne suas ecclesias relinquant. Et post alia verba : Ita tamen ut ne illis quidem episcopis, qui sub beatissimo Constantinopolis archiepiscopo et patriarcha sunt, licest absque permissu ipsius, vel absque jussu nostro, imperatoriam urbem adire. Quod si hoc etiam modo cujuscunque loci episcopus peregre profectus fuerit, non amplius uno anno suam relinquat ecclesiam. Et debent episcopi, qui ad urbem imperatoriam, ceu dictum est, appulerunt, cujuscunque sint diœcesis, ante omnia beatissimum archiepiscopum Constantinopolitanum adire, atque ita per eum ad nostram serenitatem accedere.

Patriarchæ ac metropolitani semel aut bis anno publicas synodos instituanto, in quibus suas inter se, subjectorumque sibi episcoporum et clericorum causas dijudicent et emergentia capitula canonice disponant.

Clericus tabula ne ludito (98), nec consortium habeto cum eo, qui tabula ludit, nec ludentem spectato, nec ad spectacula venito. Quippe si fecisti, ad triennium in monasterium immittitur.

Episcopus per coactionem clericum suum ne dimittito.

κληρικούς ἢ μοναχούς, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν εὐθύνειν δύνανται, ἀλλὰ καὶ τὴν γινομένην τῷ δημοσίῳ βλάβην ἐκεῖθεν ἀποκαταστήσουσιν.

Μὴ παραγέσθω ἐπίσκοπος εἰς μαρτυρίαν · ἀλλὰ προτιθεμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων τῷ ἐπισκόπῳ, δημοσίων προσώπων παρόντων, μαρτυρείτω ἅπερ ἐπίσταται.

Χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς χάριν αἰτίας μηδεὶς ἐπίσκοπος χωρὶς θείας κελεύσεως διαγέσθω, ἢ παραστάσιον ποιείτω · ἄρχοντος τοῦ ταῦτα τὰ εἰρημένα προστάττοντος πρὸς τῇ ἐκπτώσει τῆς ζώνης βασάνοις καὶ ἐξορίᾳ παραδιδομένου.

Μὴ ἀποδημείτω ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς χωρὶς θείας κελεύσεως ἢ ἐπιτροπῆς τοῦ ἔχοντος τὴν κατ' αὐτοῦ δικαιοδοσίαν · μήτε δὲ ἀποδημῶν πλέον ἐνιαυτοῦ ὑπερτιθέσθω τὴν ἐπάνοδον, ἐπεὶ οὐ λήψεται δαπάνας ἐκ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ. Εἰ δὲ κανονικῶς καλούμενος μὴ ἐπανέλθοι εἴσω τοῦ ὁρισμένου χρόνου, ἕτερος χειροτονείσθω. Ἀνιὼν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τὰ εἰρημένα, διὰ τοῦ ταύτης πατριάρχου μηνυέσθω βασιλεῖ. Ἔχει δὲ τὰ περὶ τούτων ῥητῶν οὕτως· Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τὰς οἰκείας καταλιμπάνειν ἐκκλησίας. Καὶ μεθ' ἕτερα · Οὕτω μέντοι, ἵνα μηδὲ ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις οἵτινες ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχην εἰσὶν ἐξεῖν δίχα ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ἢ ἡμετέρας κελεύσεως εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν. Εἰ δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίσκοπος οἱουδήποτε τόπου ἀποδημήσῃ, μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ τὴν ἰδίαν καταλιμπάνειν ἐκκλησίαν. Τοὺς δὲ ἐπισκόπους τοὺς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ὡς εἴρηται, παραγινομένους, οἱασδήποτε εἶεν διοικήσεως, πρὸ πάντων ἐπιέναι πρὸ τοῦ μακαριώτατου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οὕτως δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰσιέναι γαληνότητα.

Οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ μητροπολῖται ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ κοινὰς ποιείτωσαν συνόδους, τὰς κατ' ἀλλήλων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν διακρίνοντες αἰτίας, καὶ τὰ ἀνακύπτοντα κανονικὰ διατιθέντες κεφάλαια.

Κληρικὸς μὴ ταυλιζέτω, μηδὲ κοινωνείτω τῷ ταυλίζοντι, ἢ θεωρείτω αὐτόν, μήτε δὲ θέαις παραβαλλέτω, ἐπεί τοί γε εἰς μοναστήριον ἐπὶ τριετίαν ἐμβάλλεται.

Ἐπίσκοπος ἐξ ἀνάγκης μὴ ἀπολυέτω ἴδιον κληρικόν.

Annibalis Fabroti notæ.

(95) *Episcopus ne producitor ad testim.* Vide ad l. 7 sup. *de epise. et cleric.*

(96) *Aut clericus.* Theodor. Balsamon hic ex Basilicis inseruit vocem *clericus* ; Novella enim Justiniani VI, cap. 3, loquitur tantum de episcopo, ut ipsemet testatur ad *Nomocan.* Photii, tit. 3, c. 2.

(97) *Spatium anni.* Vide Balsam. loco citato.

(98) *Tabula ne ludito.* Ταβλίζειν dicunt Græci recentiores, id est tabulis ludere, Novella CXXVII, cap. 10 ; Hesychius κυβεύειν, ταβλίσαι ; Isaacus Porphyrogenit. in *Characters Palamedis* ; Meursius p. 660. Hinc τάβλη ἄνομα παιδιᾶς. Vide Glossarium utrumque ad Cedren. et Nicetam ; concilium Albiense nuper editum cum variis Galliæ concilis, cap. 15 : *Statuimus insuper aliquos canones innovando, ne clerici in sacris ordinibus constituti, et qui beneficiis ecclesiasticis sustentantur, ad aleas et tarillos non ludant.* Quod vetitum antea fuerat, can. 41 et 50 synodi in Trullo conctæ. De alea multa Joann. Sarish. Polyerat. lib. 1, cap. 5. Vide tractatum *De aleatoribus* inter opera Cypriano ascripta ; et concilium Trident. sess. 22, c. 1 ; et concil. Eliberitan., can. 79, ubi dicitur : *Si quis alea, id est tabula, luserit, abstineatur.* Episcopis etiam interdicitur alea ludus can. 42 apostol. in Epitom. canon. 55, tit. 3, sect. 2.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἀκοινώνητον ποιῶν τινα πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι τὴν αἰτίαν τὴν τοῦτο γενέσθαι κατὰ κανόνας βουλομένην, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἔσται ποινήν· τοῦ μείζονος ἐπισκόπου τὸν δεθέντα λύοντος, καὶ τὸν ἐπίσκοπον τῇ ποινῇ καθυποβάλλοντος, ἐφ' ὅσον συνίδοι χρόνον.

Ἐπίσκοπος μηδένα τυπτέτω, μηδὲ ἐπιβαινέτω ἧς ἐξέπεσε πόλεως. Εἰ γὰρ παραθείη ὑπεξελθεῖν τοῦ τόπου εἰς ὃν οἰκεῖν κατεκρίθη, ἐν ἑτέρᾳ ἐπαρχίᾳ ἐμβάλλεται μοναστηρίῳ.

Οἱ κληρικοὶ γραμμάτων ἔστωσαν ἐπιστήμονες· παλλακὴν ἢ φυσικοὺς παῖδας μὴ ἐχέτωσαν· μήτε δὲ ἐσχηκότες χειροτονείσθωσαν. Νομίμῳ γαμετῇ ἐκ παρθενίας συζευχθείσῃ συνοικείτωσαν.

Ἥττων τριάκοντα ἐνιαυτῶν μὴ χειροτονείσθω πρεσβύτερος, μήτε διάκονος ἐλάττονα εἰκοσιπέντε· μήτε ἀναγνώστης, μὴ ἐπιβὰς τοῦ [δεκάτου] ἑβδόου ἔτους· μήτε διακόνισσα ἢ μὴ ὑπερβᾶσα τοὺς μ' ἐνιαυτοὺς χειροτονείσθω. Ἔστω δὲ παρθένος, ἢ ἐκ παρθενίας ἀνδρὶ συνοικήσασα.

Εἴ τις χειροτονουμένου κληρικοῦ κατηγορεῖν βούλεται, τὸ περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ ἐπ' αὐτῷ πραττέσθω πραχτέον.

Ὁ ἄγαμος μέλλων χειροτονεῖσθαι διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ὁμολογείτω μένειν ἄγαμος, μὴ δυναμένου τοῦ ἐπισκόπου ἐπιτρέπειν αὐτῷ γαμεῖν, εἰ μὴ ἄρα βούλεται τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεσεῖν.

Πρεσβύτερος ἢ διάκονος γαμῶν τῇ βουλῇ μετὰ τῆς οὐσίας παραδιδόσθω. Ἀναγνώστης δὲ μὴ κατὰ τὰ ἐπιτεταραμμένα γαμῶν, ἢ δευτέρους ὁμιλῶν γάμοις, μὴ προκοπτέτω.

Μηκέτι βουλευτὴς ἢ ταξιάρχης κληρούσθω, τῆς βουλῆς καὶ τῆς τάξεως διεκδικούσης τὸν κληρωθέντα· πλὴν εἰ μὴ ιε' ἔτη μονάσας ἔτυχεν. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ ἀπὸ μοναχῶν γενόμενος κληρικὸς μὴ γαμείτω, μηδὲ εἰς βαθμὸν μέτεισιν ἱερωσύνης μὴ κωλύοντα τοὺς γάμους.

Ὁ ἀπὸ κληρικῶν γενόμενος λαϊκὸς ἐπιδιδόσθω τῇ βουλῇ.

Βουλευτὴς πρὸ τῆς διαπάξεως εἰς κλῆρον καταλεγεὶς δι' ὑποκαταστάτων λειτουργείτω τὰ χρηματικά, τῶν σωματικῶν ἀπηλλαγμένος.

Ὁ εἰς κλῆρον καταταττόμενος μὴ πλέον τῶν διαρίων τοῦ ἑνὸς ἐνιαυσιοῦ συνηθείας παρίχεται.

A Episcopus aut presbyter (99), qui aliquem prius excommunicat, quam examinata causa sit, quæ secundum canones hoc fieri vult, eamdem pœnam incurret, episcopo majore ligatum solvente atque ipsum episcopum illi pœnæ subjiciente, tantum ad tempora spatium, quantum ei visum fuerit.

Episcopus neminem perculito, nec per vim eam civitatem qua ejectus est, invadito. Quippe si conatus fuerit ex eo se loco propripere, quo ut in loco degat, condemnatus est, in alterius provinciæ monasterium redigitur.

Clerici litterarum periti sunto, Concubinam, aut liberos naturales ne habento: nec si habuerint, ordinantor. Cum uxore legitima, inde usque
B a virginitate cum eis copulata, contubernium habento.

Presbyter non ordinator, qui minor est annis triginta (1), nec diaconus, qui minor annis viginti quinque: nec lector, qui annum decimum octavum non fuerit ingressus: nec diaconissa, quæ annos quadraginta non excesserit, ordinator. Sit autem virgo, vel quæ a virginitate fuerit in mariti contubernio.

Si quis clericum qui ordinatur, accusare vult, valeat etiam in illo, quod a nobis de episcopo tractatum est.

Cœlebs ordinandus diaconus, aut subdiaconus spondeat se mansurum cœlibem, nec potest epi-
C copus ei permittere, matrimonium ut contrahat, nisi episcopatum velit amittere.

Presbyter, aut diaconus, qui matrimonium contrahit; curiæ cum patrimonio suo traditor. Lector autem, qui secundum ea quæ præcepta sunt, matrimonium non contrahit, aut secundas adit nuptias, ulterius ne provehitor.

Curialis (2), aut officialis, posthac ne fiat clericus, tam ipsa curia, quam officio vindicante illum, qui clericus factus fuerit: extraquam si quindecim annis solitariam vitam egerit. Qui talis fuerit et ex monacho factus sit clericus; matrimonium non contrahito, nec ad gradum sacerdotii pervenito qui nuptias non prohibeat.

Qui ex clerico factus fuerit laicus, curiæ tra-
D ditor.

Curialis, qui ante latam hanc constitutionem in clerum fuerit allectus, per substitutos munera pecuniaria præstato, liberatus a muneribus corporalibus.

Qui clericorum in numerum refertur, non amplius, quam unius anni diaria, nomine consuetudinum præbeto.

Annibalis Fabroti notæ.

(99) *Episcopus aut presbyter.* Patriarchæ Nicol. V. ad d. Nov.

(1) *Annis triginta.* Sic legitur in d. Nov. cap. 13, et perperam vetus interpres habet *triginta quinque*, qua de re dixi ad Theophilum tit. *De jur. nat.* Vid. Julian. Antecessor, qui refertur in can. 2, dist. 78: synodus in Trullo, c. 14; Agathensis, c. 17. Nam Dominus noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus est, et sic cœpit docere. Can. 11 concilii Neocæsariensis; Gregorius Nazianzenus, orat. 39; Theophylact. in *Lucam*, cap. 3; et in Joannem cap. 1. Novella CXXVII, c. 2, anni 30 requiruntur in presbytero ordinando. Ex Decretis Nicolai hoc refertur: *Sacri canones sanxerunt, ut subdiaconus non ordinetur ante 14 annum, nec diaconus ante 23, nec presbyter ante 30.*

(2) *Curialis.* Innocentius in canone *Designati*, distinct. 51.

Qui religiosam curam suscipit, gratis hoc facito : et qui dat aliquid, vel accipit, vel interyenit, sacerdotium amittito, præterquam quod id quod datum fuerit, religioso loco sit applicandum. Sin laicus est, qui accepit, aut mediator fuit, duplum ejus, quod datum est, exigetur a curatoribus ejusdem religiosæ domus. Sed habent tamen licentiam ii qui prædictas curas gerunt, ut prius, quam eis hæ injungantur, iisdem religiosis domibus offerant, si quid voluerint, pro animæ suæ salute.

Servus sciente, nec contradicente domino inter clericos relatus, manumittitur. Sin dominus ignorat, potest eum intra spatium anni retrahere in servitutem, post annum vero, non amplius, extra- B quam si ad aliam vitam transierit. Ascriptitius autem etiam præter voluntatem domini sui in prædio clericus fieri potest.

Qui religiosam domum ædificat, deligat eos qui cultum sacrum in ea peragere debent, uti scilicet episcopus eos ordinet, si digni sunt. Sin autem, meliores eligat.

Clerici, ad ipsos usque cantores, et ecclesiis et s ocis ministeriis studiose sint intenti, castrense peculium sive res ab se acquisitas habentes, licet in alterius potestate sint, ac testari de iis possint, servando tam ascendentibus, quam descendentibus legitimam partem. Nota quod constitutio clericorum, usque ad cantores, mentionem fecerit.

Presbyter, aut diaconus, qui falsum testimonium C dixit, ad triennium a ministerio sacro separator et monasterium inhabitato. Quod si falsum testimonium dixerit in causa criminali, clericatu spoliator et secundum leges punitor, sicut et reliqui clerici, qui quavis in causa falsi testes fuerint.

De litibus adversus clericos pecuniariis cognoscat episcopus et judicata præses exsequatur, siquidem litigantes in hoc corresponderint. Sin alteruter eorum intra decem dies contradixerit, sententiam præses examinet, ac si recte concepta sit, eam ratificet, omni deinceps appellatione cessante; vel quod sibi videtur, pronuntiet; quo casu ab ejus sententia restat appellatio.

Episcopus, qui jussu imperatorio vel præsidali causam adit, appellationem subsecutam ad eum referat, qui causam ad ipsum transmisit.

Si clericus apud episcopum suum criminaliter accusetur, post criminis probationem deponitor et judici competenti ad pœnas traditor. Si præses crimen examinat et clericum reum deprehendit; acta mittat episcopo, ut is eum deponat et ad pœnam tradat. Episcopo contradicente, una cum ipso ad imperatorem acta referat, ejusque jussionem de ipsis exspectet. Interea clericus sub legitima custodia sit.

Si episcopus recuset aut differat cognitionem pecuniariæ litis, adversus clericum suum motæ,

Ὁ εὐαγὲς μεγίστων φρόντισμα πρόσκεται τοῦτο πραττέτω· τοῦ διδόντος τι ἢ λαμβάνοντος, ἢ μεσάζοντος τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτοντος πρὸς τὸ καὶ τὸ δοθὲν τῷ εὐαγεῖ τόπῳ προσκυρωθῆναι. Εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ λαβών, ἢ μεσίτης γενόμενος, τὸ δοθὲν διπλοῦν ἀπαιτηθήσεται ὑπὸ τῶν πρανοήτων τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου. Ἄδειαν δὲ ἔχουσιν οἱ τὰ εἰρημένα μετιόντες φροντίσματα πρὸ τοῦ ταῦτα αὐτοῖς ἐγχειρισθῆναι, προσφέρειν τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσιν οἴκοις, εἴ τι ἂν βουληθῶσιν ὑπὲρ σωτηρίας τῆς ἰδίας ψυχῆς.

Δοῦλος, εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου εἰς κλῆρον καταλεγείς, ἐλευθεροῦται. Εἰ δὲ ἀγνοεῖ ὁ δεσπότης, δύναται ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τοῦτον δουλαγωγεῖν, μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν οὐκέτι, πλὴν εἰ μὴ ἕτερον μετέλθοι βίον. Ὁ δὲ ἐναπόγραφος καὶ παρὰ γνώμην δεσπότου ἐν τῷ ἰδίῳ χωρίῳ δύναται κληροῦσθαι, ὑποκείμενος τῇ γεωργίᾳ.

Ὁ κτίζων εὐαγῆ οἶκον ἐπιλεγέσθω τοὺς ἐν αὐτῷ λειτουργεῖν ὀφείλοντας, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον χειροτονῆσαι αὐτούς, εἴπερ εἰσὶν ἄξιοι· εἰ δὲ μή γε, τοὺς καλλίονας ἐπιλεξάσθω.

Οἱ κληρικοὶ μέχρι ψαλτῶν καὶ αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ταῖς λοιπαῖς ἱεραῖς προσκαρτερείτωσαν εὐχαῖς καὶ ὑπηρεσίαις, εἰ καὶ ὑπεξούσιοί εἰσιν, ἐν καστρησίῳ πεκουλίῳ τὰ ἐπικτηθέντα, καὶ δυνάμενα εἰς αὐτὰ διατίθεσθαι, φυλάττοντες τοῖς ἀνιοῦσι καὶ κατιοῦσι τὸ νόμιμον μέρος. Σημεῖον, ὅτι τοὺς ἄχρι ψαλτῶν ὠνόμασεν ἡ διάταξις.

Πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ψευδομαρτυρήσας, ἐπὶ τριετίαν χωριζέσθω τῆς λειτουργίας, καὶ μοναστήριον οἰκείτω. Εἰ δὲ ἐπὶ ἐγκληματικῇ αἰτίᾳ ψευδομαρτυρήσῃ, γυμνούσθω τοῦ κλήρου, καὶ νομίμως τιμωρείσθω, ὃν τρόπον καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ ἐν πάσῃ αἰτίᾳ ψευδομαρτυρήσαντες.

Τὰς κατὰ τῶν κληρικῶν χρηματικὰς ὑποθέσεις κρινέτω ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ ἄρχων ἐκβιβαζέτω τὰ κριθέντα, εἴ γε στοιχήσαιεν καὶ οἱ δικαζόμενοι. Εἰ δὲ θάτερος αὐτῶν εἴσω δέκα ἡμερῶν ἀντείποι, ἐξεταζέτω τὴν ψῆφον ὁ ἄρχων καὶ ἡ κουράτου [ἴσ. κυρούτω] αὐτὴν ὀρθῶς ἔχουσαν, πάσης λοιπὸν σχολαζούσης ἐκκλήτου· ἢ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθω, ἐκκλήτου ὑποκειμένης τῆς αὐτῆς ψήφου.

Ἐπίσκοπος, ἐκ βασιλικῆς ἢ ἀρχικῆς κελεύσεως ἀκροώμενος ὑποθέσεως, τῷ παραπεμφθέντι αὐτῷ τὴν δίκην τὴν ἐπιδοθεῖσαν ἐκκλήτου ἀναφερέτω.

Ἐὰν κληρικὸς παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησιαστικῶς κατηγορῆται, καθαιρείσθω μετ' ἔλεγχον, καὶ τῷ προσφόρῳ δικαστῇ παραδιδόσθω πρὸς τιμωρίαν. Εἰ δὲ ὁ ἄρχων ἐξετάζει τὸ ἔγκλημα, ἐνόχου αὐτὸν εὑρίσκων, πεμπέτω τῷ ἐπισκόπῳ τὰ πεπραγμένα, ἐφ' ᾧ καθελεῖν αὐτὸν καὶ παραδοῦναι πρὸς τιμωρίαν. Ἀντιλέγοντος δὲ τοῦ ἐπισκόπου, ἀναφερέτω σὺν αὐτῷ βασιλεῖ τὰ πεπραγμένα, καὶ τὴν περὶ τούτων ἀναμενέτω κέλευσιν. Ὁ δὲ κληρικὸς ὑπὸ νομικὴν ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθω ἀσφάλειαν.

Ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος παραιτεῖται ἢ ὑπερτίθεται δικάσαι τῇ κατὰ τοῦ οἰκείου κληρικοῦ κινουμένῃ χρημα-

τιχῇ ὑποθέσει, ὁ ἄρχων ταύτης ἀκροάσθω, ἐνυπόθηκον ὁμολογίαν ὅρκου χωρὶς ἐκτιθεμένου τοῦ κληρικοῦ. Εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὴ αὐτῷ ζήτησις ἐπάγεται, μόνος ὁ ἐπίσκοπος ταύτην κρινέτω.

Ἐπίσκοποί τινες κατ' ἀλλήλων κινούντων [Ἰσ. κινοῦντες] αἰτίας παρὰ τῷ ἰδίῳ δικαζέσθωσαν μητροπολίτῃ, συνακροωμένων δύο ἐπισκόπων τῆς συνόδου. Θατέρου δὲ μὴ στοιχοῦντος τῇ τούτων κρίσει, ὁ ἁρμόδιος πατριάρχης ἐξετάσει τὴν ψῆφον, μὴ ἀδιώς ἐκκλητον.

Μητροπολίτης δὲ ἐναγόμενος παρὰ τῷ ἰδίῳ κρινέσθω πατριάρχῃ. Ὁ αὐτὸς δὲ φυλαττέσθω τρακτάτος καὶ ἐπὶ κληρικοῦ, τῷ ἰδίῳ ἐνάγοντος ἐπισκόπῳ ἢ μητροπολίτῃ. Τὰ δὲ εἰρημένα ἅπαντα πρόσωπα, εἴτε παρὰ τοῖς ἰδίοις ἐπισκόποις, ἢ μητροπολίταις, ἢ πατριάρχαις δικάζονται, εἴτε παρ' ἑτέροις τισίν· οὔτε δὲ ἐγγύην, οὔτε ἐξωμοσίαν ὑπὲρ τῆς δίκης παρέχουσιν, ἀλλὰ μόνον ὑπόθηκον cautiona.

Πᾶς κληρικὸς, εὐαγῶν τόπων διοικητὴς ὤν, ἀπαιτείσθω ὅσα ἂν λογισθεισόμενος φανείη χρεωστῶν, καὶ μετὰ καταβολὴν, εἰ λέγει ἀδίκως εὐθυνθῆναι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τὸν μείζονα ἐπίσκοπον ἐπικαλείσθω· τούτων δὲ ἐχόντων χώραν καὶ ἐπὶ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων.

Ὁ κληρικὸς παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μὴ ἀποδημείτω, τὰς προειρημένας ποινὰς εὐλαβούμενος, ἃς κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπήγαγεν ἡ διάταξις.

Πᾶς δὲ ἐπίσκοπος, εὑρισκόμενος ἐν Βυζαντίῳ, παρὰ μόνοις τοῖς ἐπάρχοις ἢ τοῖς θείοις δικασταῖς ἐναγέσθω, ἐν ᾧ γέγονε προκάταρξις ἐν τῇ πατρίδι· ὅπου γὰρ ἡ προκάταρξις, καὶ τὸ πέρας τῆς δίκης γυμνάζεται.

Ὁ ἀποκρισιάριος μὴ ἐναγέσθω ὑπὲρ τῶν ἀποστειλάντων αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ ἐντολὰς ἐνάγει τινὶ, ἀντεναγέσθω. Ὁμοίως δὲ καὶ ὑπὲρ ὧν συνήλλαξε ταῖς ἀποκρίσεσι διακόνων. Ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων κρατεῖ, διὰ χειροτονίαν ἢ πρεσβείαν ἀνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῶν χρονίων παραγραφῶν ἐκ τῆς αὐτῶν ἀπολήψεως μὴ βλαπτομένων.

Ὁ κληρικὸς καὶ ὁ μοναχὸς καὶ δι' ἑαυτῶν καὶ δι' ἐντολέων ἐνυβρίστως ἐναγέτωσαν. Μονάστρια δὲ μὴ ἀφελκέσθω τοῦ μοναστηρίου, ἀλλὰ δι' ἐντολέως ἐναγέσθω, τοῦ παραβαίνοντος δικαστοῦ τῇ; ζώνης γυμνουμένου· τοῦ δὲ ἐκδίκαστοῦ πρὸς [*in alio ms.* παρά] τοῖς εἰρημένοις βασανιζομένου καὶ ἐξοριζομένου· ἄδειαν ἔχοντος τοῦ ἐπισκόπου μηνύειν βασιλεῖ περὶ τούτου.

Κληρικὸς αἰτιαθεὶς τέσσαρα κεράτια λόγῳ σπορτούλων παρεχέτω. Εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίαις κατὰ θείαν κέλευσιν ἢ πατριαρχικὴν, ἢ ἄρχοντος ἐπιτροπὴν σταλῇ πρὸς αὐτοὺς ἐκδίκαστης, χρύσινον α'. Πολλῶν δὲ ὑπὲρ μιᾶς αἰτίας ὑπομνησθέντων, ἓν σπόρτουλον ὑπὲρ πάντων διδόσθω. Ἐπίσκοπος δὲ αἰτιαθεὶς ὑπὲρ ἰδίας αἰτίας διδότω σπόρτουλα. Μηδαμῶς δὲ ἐναγέσθω ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας, ἀλλ' ὁ οἰκονόμος αὐ-

A præses eam audiat, præstante cautionem clerico sub facultatum suarum obligatione, citra jusjurandum. Sin ecclesiastica lis ei intentatur, solus episcopus in illa judex esto.

Cum episcopi lites adversus se invicem movent, apud metropolitanum suum experiantur, una cum illo duobus episcopis e concilio causas audientibus. Quod si horum alteruter non assentiatur illorum judicio, patriarcha competens sententiam examinabit, nullam veritus appellationem.

Quod si metropolitanus sit, qui convenitur, apud patriarcham suum judicator. Idem tractatus servator etiam in clerico, qui suum convenit episcopum, aut metropolitanum. Cæterum omnes indicatæ personæ, sive apud episcopos suos, aut
B metropolitanos, aut patriarchas litigant, sive etiam apud alios quosdam; nec fidejussionem, vel juratoriam cautionem litis nomine præstant, sed solam securitatem sub bonorum obligatione.

Ab omni clerico, qui religiosorum locorum administrator est, exiguntur ea quæcunque constiterit eum debere, cum rationes ad ipso reddantur, ac solutione facta, si dicat injuste rationes exactas a se per episcopum suum, episcopum majorem impleret: his ipsis locum habentibus etiam in hæredibus ejus.

Clericus præter voluntatem episcopi sui peregre ne proficiscitor, prælictas pœnas veritus, quas adversus episcopos hæc constitutio statuit.

C Omnis episcopus, qui Byzantii reperitur, apud solos præfectos prætorio, vel divinos judices convenitor, de quo primum facta est litis contestatio in patria. Ubi enim litis contestatio facta est, ibi finis etiam litis exercetur.

Apocrisiarius eorum nomine, qui miserunt ipsum; ne convenitor. Si vero mandatis acceptis aliquem convenit, reconventio locum habeto. Similiter et illorum nomine convenitor, quæ dum apocrisiarii munere fungitur, contraxit. Eadem in episcopis quoque locum habent, qui propter ordinationem, aut legationem aliquam, Constantinopolim venerint: præscriptionibus longi temporis, ex ipsorum absentia, nullo modo lædendis.

Clericus et monachus, tam in sua persona, quam
D per procuratores, absque injuriis conveniuntor. Monastria vero ne abstrahitor e monasterio, sed per procuratorem convenitor, judice, qui hoc transgreditur, cingulo spoliando; executore vero, præter indicata, tormentis etiam subjiciendo et relegando: episcopo licentiam habente, ut de hac re significet imperatori.

Clericus accusatus, quatuor siliquas ratione sportularum præbeto. Si vero in provindiis jussu imperatorio, vel patriarchali, vel permissu præsidis executor ad eos missus fuerit, solidum unum præstent. Quod si plures unius causæ nomine commoniti fuerint, unæ duntaxat omnium nomine præbentor sportulæ. Episcopus accusatus litis suæ causa nullas det sportulas. Idem nullo modo con-

ventur ecclesiæ suæ nomine, sed ipsius œconomus. Qui vero sportulas accipit ultra statutam quantitatem, duplum ejus, quod accepit, restituit : et dignitatem, quam habebat, amittit.

Clericus in contubernio duntaxat habeat matrem et filiam et sorores et alias a turpi suspicione remotas. Qui vero cum alia cohabitat, nisi cohortatione interveniente destiterit, aut si stupri consuetudinem habuisse cum ea convictus fuerit, curiæ traditur. Episcopus omnino nullam in contubernio mulierem habeto.

